

3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30

2 400 40



MADE IN SPAIN

del collegio de la Compañia de Jesus de Granada  
R-7757

# AD RAVLPHI FLA


VIACENSIS, ORDINIS S. BENEDICTI,

uiri incomparabilis, eruditorumq; sui temporis  
omnium sine controuersia principis,  
in mysticum illum Moyfi  
Leuiticum libri

XX,

post quingentos & amplius q; scripti sunt annos, iam  
nunc primum publico donati.

Libera sint sua cuiq; iudicia. & tamen hoc opere iam pri-  
dem nec eruditius, nec disertius, nec pium magis pro-  
diit quicquam, nec deinceps facile prodibit.



Eucharius Ceruicornus Agrippinas  
chalcographus Marpurgensis  
excudebat,

Anno Christi nati  
M, D, XXXVI,

Colonie impensis Petri Quentell.  
Cum gratia & priuilegio.





# SOVENERABILI AC RELIGIOSO

PATRI, GOBELINO LARIDIO, CARTHUSIAE MOGVNTINEN

sis Priori dignissimo, affini suo & amico præcipuo, Eucharis Ceruicor-  
nus Agrippinensis S. D.



Rat hoc benivolentia erga me tua, simul & mea erga te obseruantia dignum, religiose pater, ut maturius aliquatofacere debuerim, quod nunc primū uelut a somnis exurgens, feci. Ideoq; uerendū mihi non iniuria foret, ne toties & tam diu a me præteritus, officii istud tardum mali cōsuleres: nisi & humanitas tua maxime cognita, huiusmodi timorē foris pelleret: & ego non tui negligentia, sed melioris cuiuspiā occasionis spe, haec uenū isto quicquid est officio supersedissem. Decretū q̄ppe fuerat mihi iam pridem, chartaceum aliquod mun⁹ tibi pro necessitudine nostra dicare: sed hoc ita, ut amico insigni & raro, nō nisi rarum aliquid & insigne offerretur. Huius copia quamquam sæpenumero fuit, cū ram multos insignes auctores iam inde à uigesimo ab hinc anno meis prælis excuderim: tñ haud scio quonam modo huc usq; anima quasi nausearit, expectariq; semper aliquid, quod tua persona dignius foret. Atq; ista siue expectatio siue spes, adeo non male cessit, ut uel te iudice, cui soli molesta esse debuerat, probatum iri confidam, licet alioqui procrastinationis inuidiosum sit nomen. Tale enim quiddam nunc tandem mitto dicoq; tibi, quale nescio an posthac sperari queat, certe mihi speratum antehac fuit nunquam. Ii sunt Radulphi illius Flauiacensis, uiginti super Leuiticum libri, tanta facundia, tanta eruditione, tanta pietate, tanta deniq; spiritus & mysterioꝝ scrutatione insigniti, ut supra uix credi aut cogitari possit quicquam. Hos offero tibi uel pro ueteris debiti persolutione, uel quia sic iam meæ res habent, pro familiari nobisq; possibili ualedictione. Nam quōd mihi pergendum sit, & quas ob res, iam antea compertum habes, ut necesse haud pu- rem, scienti nota referre. Esse autem non eas quas maleuoli excogitant, id est, fastidium bonorum, æque tu scis ac ego. Quapropter summopere mihi rogandus es, quoniam ubiq; uiget inuidentia mei, potissimum uero apud hos, qui benedicere an maledicere nobis debeāt, ipsi uiderint; si ubi forte aderis ubi sinistra clientis tui mentio fiet, ut memor esse uelis Eucharis tui: causamq; eius sic agas, ne quis amicū & affinem tuum in affinis præsentia impune rosisse uideatur. Nos, ubi cū que fuerimus, uolente deo sic agemus, ut nostri neminem sit puditurum, nam mutatio loci adeo non oberit nobis, ut quæ huius auctoris edendā causā fuit, ea semper integra sit mansura. Sed hæc obiter dicta sint. Illud non minori affectu desidero, ut auctori huic nostro Radulpho, & abs te, & à studiosis omnibus honor suus habeatur. Talis enim ac tantus est, ut ei uix nimium honoris haberi possit: id quod ipse prima statim fronte, dum nisi inceptus fuerit legi, facile ostendit: ne quis forte cauilletur, bonæ meriti non opus esse præcone. Gratissimū igitur erit, si Radulphus hic nos- ter aliquando in Refectorio conuentus tui legatur, & maxime, si F. Henrico Memmingæ, utriusque nostrum summo, homini deuoto ac studioso, priuatim communicetur. Mirum autem uideri non debet, q̄ ego, qui excuderim hunc auctore, & ad id negotiū uenerabili patre felicis memorie, Andrea Boelgen abbate ueteris montis, archetypum impetraxim, dedicandā partes mihi sumo: si mirum non est, q̄ Moguntinus ille tuus uicinus, qui tantūmodo exemplar Erbaccense ad istam editionem procurauit, dedicandā cui uoluerit, partes sibi cepit. Quāquam alioqui Radulphus is est, quem ad dicandum uel plures uendicare debeant, nō modo nos duo. Bene ualebis, si prius uitam Radulphi ex Tritemio hic subiectam, per legas, ad deinde ipsi Radulpho manū ad- moueas. Vehementiore enim commendatione non eget, nisi ut legatur. Colonia ex officina mea XVI. Calend. April. Anno Christi nati M. CCCC. XXXVI.

**R**adulphus Flauiacensis, monachus ordinis sancti Benedicti, uir in diuinis scripturis eruditissimus, & in omnibus literis humanitatis suo tēpore doctissimus, ingenio subtilis, sensu profundus, eloquio dulcis, ornatus & disertus, in exponendis uoluminibus sacris acutus, & multum egregius. Scripsit duo magna & præclara uolumina.

- In Leuiticum Lib. uiginti. Cum aliquando sermo de Iudæ,
- In epistolas Pauli Lib. quatuordecim.
- Historiam Francorū Lib. I.
- Chronicā quoq; breuē Lib. I.

Alia insuper multa edidit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. Sunt qui scribant eum monachum fuisse Fuldensis cœnobij in Germania.

# REVERENDO IN

CHRISTO PATRI, D. CAROLO PHEFFER

Moguntino, Ebbirbacheñ. monasterij apud Rhenigeos Cisterciē. ord.  
Abbati dignis, Theobaldus Spengell Mogunt. S. D.



**N**on demiror, pater in Christo reuerende, idemq; tui cœnobij dux meritissime, quam ob rem Homerus noster, omnis eruditionis facile parens, Mineruam illā Telemacho in consultricem attribuit: inuens, quantum expediat, priusquam ne gocium aggrediamur, sapienterem in consilium adhibuisse: quandoquidem id a prudentioribus fieri uideamus, quoties rem aliquādo grauis, aggressuri sunt, uel eruditissimū aliquem consulere asciscunt, uel saltem earum rerum peritis, quendam selegunt, ut nimirum citius, id quod uolunt, expediāt. Vtinam id consilij semper imitentur, qui seipsos sacris studijs addicunt. Tametsi ueris, illud sacrarum literarum studium, ubiq; non parum momenti habet, id tamen discendi iudicium ad penetranda nempe diuinā literarum mysteria, ut Homerus ait,

ὁ γὰρ πῶ πάντεσσι θεοὶ φαίνοντι μαρτυρεῖς.

nō oibus, neq; uis longo, neq; labore multo, sed felicioribus tūmodo ingenijs, & uix quidem contingere solet, ut nō est iuxta prouerbiū, cuius adire Corinthū. Præterea cum & illis illa diuinarum legum professio, ægre quidem, & non absq; maximis tum ecclesiæ, tum Reipub. incommodis, contigit, quanta nunc utilitas & suis quidē theologicis doctrinis expediti, luce meridiana clarius uideamus. Quid enim bone deus, nostri illi Theologi neoterici aliud agunt, quā id quod oratorib. olim accidisse scribit Fabius? Primi, inquit, utilia inuenerunt. Posterius uiderentur aliquid suum atulisse, etiam recta immutarunt. Sic quoque apertis, & indubitatis, scripturas fidei suis ac peruersis glossis lacerat ac subuertunt, inq; sua (q̄d omnium pessimū) perfidia propagāda adeo diligenter & sagaces sunt, ut paucis in annis uniuersam penē Germaniam libellis suis seditiosis, oppleuerint. Interim & suæ dignitati consulunt, suas traditiones defendunt, suos errores stabiliunt, suas consuetudines tenent, ad hoc sacris scripturis abutuntur, contentionibus gaudentes, ad iudicandum alacres, aliquando & nondum lecta contemnunt. Itemq; suis blandiloquijs simplicium corda seducunt, plebem deniq; illam in seditionem & inobedientiam aduersus deum, ecclesiasticam & secularē potestatem concitant. Insuper & in catholica ecclesia, ceremonias religionemq; pene omnem, citra pontificum consensum uariare audent. Quantæ & seditiosæ & bonorum direptiones, quanta & pietatis & honestatis ruina atq; euerio excitata sit, nemo est qui ignorat. Illuc in summa eorum omnis spectare uidetur conatus, ut ueritatis scopo omnes aberrare faciant, ut quapropter, cur nam deus Opt. Max. eos nobis Theologos, easq; calamitates immiserit, cuiusq; gratia hæc tragædia agitur, obiter quidem aliqd dicatur, operæ precium fore existimaui. Eximiam quandam laudem promeruerunt, qui mundo cum omnibus suis pompis ac uoluptatibus contempto, procul in horridas solitudines recesserunt, ibiq; horridam agebant uitam, ac aliquando sibi duriora, quā patiens imperantes. At me hercle, rem multo difficiliorem, multoq; sanctiorem præstat, qui populo bonum præbet pastorem. Verum nostris iam temporibus maxime equidem lugendum, q̄d rebus illis humanis, ac apud deum nullius momenti, maiorem adhibemus curam, quā in ijs unde æterna nostra felicitas pender. Qua de re sepius queri compellimur, quod sine fine modoq; hoc uitio peccatur. Quis enim ad arandum agrum colono locat, ni prius illum ad agricolationē exercitatum cognouerit? Quis deniq; uinitorem uitis colendæ rudem, conducit? Noster uero iam seculo, maxime quidem lugendum ac miserandum est, quod rebus illis friuolis tam solici re fideles ac periti operarij deliguntur, ac grex domino charissimus, cui libet ac nullo pene delectu cuius concedit. Hæc itaq; exempla nostri si sacerdotes ac pastores animaduertent, proculdubio nec omnes ita sese ad eam dignitatem ingerent, neq; quod nempe per alios faciunt, per seipsos fecisse existimarent: quī tamen multo minus ad eam quam suscipiunt prouinciam, idonei sunt, quā calcearius ad dandum pharmacum, qui fortassis Galenum nunq̄ uidit, aut de Auicenna ne uerbum quidem unquam audiuit. Sed hisce hic non opus. Vetus est querelā. Ob id interim grauisime quidem Christum sacerdotibus ac pastorib. illis irascitur, quod gregem domino charis, quem nimirum pascere ac amare debuerant, negligunt, deserunt, ac perdunt, eoq; nobis Christus Iesus immitit lupos illos hæreticos. Prima omnium quapropter sit cura pastorum, ut officij meminerint sui, quo ne illud in eos, quod in Agamemnonem dicit Achilles, ἀπιστοὺς ἐκαστὸν, qui gregem suum non solum deglubat, uerum & laniet, dici queat. Quandoquidem sese non solum pastores, nō tantum custodes, sed & patres, eosq; p̄sisi

mos, erga gregem dominicum, præbere debeant. At prohi Iupiter, Offensus est iam iam dominus noster Christus, ocio, luxu, superbia, ac libidine. Quamobrem & res, & tempus postulat, ut p. delicijs ac ocio studium diuinari literarum amplectatur, pro luxu sobrietate, pro libidine castimoniam, pro superbia pœnitentiam. Ac deinde domini præsidium implorandi aduersus hæreseon & schismati autores. Suadendum ac faciendū præterea est, ut tum deum omnes si mul nostra peccata agnoscamus, supplicesq; ad domini misericordiã confugiamus. Non est furdus, mihi crede, Christus nec inexorabilis. At si perseueramus in his, ob quæ deum iratum esse nouimus, nec perseuerantes modo, uerum etiã peiora prioribus adicientes, oleum addimus camino. Insuper Christus lesus ecclesiæ sponfus, dilectus, suæ sponfæ non irascitur, nec eam à ueritatis etiã scopo aberrare sinit. Quandoquidem eos ac tales diuinæ scripturæ interpretes, non minus cruditione quidem quam sanctimonia spectatos dedit. Qui pro fidelis consolatione, ac Christianæ religionis propugnatione maximos subiere labores, quibus sane nihil uel magis erat in uotis, uel iucundius, quam uita & factis multos Christo lucrifacere, & sacratis, dei sponfam & augmentatam & pacatam reddere: insuper & sese quasi muri pro ea ponere, quo impio hæreticorum conatu resisterent, atq; fortiter pugnarent Quorum in ordine primus Irenæus suauis, suis scriptis pessima Valentiniani dogmata, impiumq; eius conatum, quibus castis, Iesu Christi sponfam aggredi moliebatur, suppressit. Tertullianus Marcionem, atrocis, Christianæ religionis hoste, qualiauit, Origenes Celsum. Verū qualem sese D. Augustinus aduersus Donatistas, Faustū, huiusq; sarinæ quam plurimos, ppugnatorē exhibuit, satis sua declarant scripta. Sic quoq; & cæteri patres ab initio, iuxta successiōis seriem, ad hæc nostra usq; tempora contra suorum temporum hæreticos propugnauerunt. In quorum numero non immerito hic noster Radulphus Flauiacensis, acerrimus Christianæ religionis athleta, suis in Leuitico cōmentarijs, quibus ueram religionem, ecclesiæ ritum, ac ceremonias deum colendi iuxta ipsius beneplacitum, præscribit, censendus arbitrat. Præscribuntur enim in eo oblationum & sacrificiorū ritus, atq; de uotorū & redemptionū solutionibus, quomodo iuxta domini uoluntatem Leuitico ordini præstandæ sint, & quibus legibus coercenti ad uitijs, quibus fortassis dediti fuerant, à sacerdotibus & Leuitis docendi in lege domini, agitur. Quam obrem nō immerito hic liber Leuiticus appellari meruit, siquidem omnes ferme libri nomina sua uel ab autore, uel à materia, uel ab utroq; habent. Quod autoris prologus latius explicat. Cum igitur nūc Christus eos diuinæ legis scriptores, præterea & propugnatores castis, & dilectis, suæ sponfæ, quo impijs hæreticorū aggressiōibus oppugnarent, utq; sacra religio, ecclesiæ ritus ac cultus ab pessimo eorundē insultu defenderetur, dedit: aliud nihil aut magis suadendum, aut magis faciendum arbitror, nisi ut populus, uita in melius cōmutata, precibus aliudius à deo flagiter, ut principum animos ad ea cōuertat, quæ tum Christo grata sint, tū populo salutifera. Nunc deniq; amplius, pater, cum tua autoritate & horratu hunc nostrum Radulphum, dominus Nicolaus Hutichius tui cœnobij prior dignis, deq; literis nō pessime meritis, mihi iam olim tradidit, continue capita quædã per curri uerius quam legi, mire equidem gustus placuit, neq; dubito quin magis sint placitura, si talibus epulis affatim expleri licet. Tam siquidem erudite & feliciter in illo Leuitico laborauit. Autorem uero hūc nostrū apud R. T. multis commendare non opus, ut quem facile doctis, & studio pietatis flagrantis, esse non ignoras, quod & qui lecturi prima fronte cognoscent. Superest itaq; pater Reuerēde, ut omnes tibi certatim gratulemur, ut qui autor ipse esse uoluit, quo preciosus ille Radulphi thesaurus cōmunibus Theologiæ studiosorū usibus commodisq; ressitueretur, ne iniuria temporum diutius non tam neglectus, quam ignoratus, in tenebris lateret. Propterea laborem illum sumptumq; maximum, quem ob communem omnium studiosorum fructum in describēdo excudendoq; dominus Petrus Quetell suscepit, æquo bonoq; animo cōsulito, idq; obnixè rogans, ut in similibus autoribus conquirendis, ut cœpisti, pergas. Tum (mihi crede) haud frustra te ecclesia sentiet, in tanto dignitatis fastigio, à deo Optimo Maximo positi esse. Valeat his tua R. D. Ex Moguntiaci pridie Idus Martij. Anno M. D. XXXVI.

# INDEX RERVM AC

VERBORVM IN SEQVENS RADVLPHI OPVS, QVOD  
habet libros uiginti, ordine alphabetico fidelissime digefus.

¶ Ut cōmodius intelligat lector sequentis indicis, quid sibi uelint hæc quatuor literæ, a, b, c, d, quoniam unaqueq; pagella duas habet columnas, m. c. m. i. n. e. r. i. t. s. u. p. e. r. i. o. r. e. m. p. a. r. t. e. m. c. o. l. u. n. n. e. p. r. i. o. r. i. s. s. i. g. n. i. f. i. c. a. r. i. p. e. r. a. i. n. f. e. r. i. o. r. e. m. p. e. r. b. s. u. p. e. r. i. o. r. e. m. u. e. r. o. c. o. l. u. m. n. e. p. o. s. t. e. r. i. o. r. i. s. p. e. r. c. i. n. f. e. r. i. o. r. e. m. p. e. r. d.

<b>A</b> Aron in Hor mortuus, mystice quid signet. 100. c	Aes altaris quid signet 26 c
Aaron quid sonet 99 d	Aetas triplex 306. a
Aaronis filijs non tot uestimenta imposita, quot patrum, mystice quid 80. d	Aethiopijsæ Moysi nuptæ mysterium 161. c
Aaronis persona quid intelligatur 169. c	Affectus nostri quo mystice insinuentur 45. c
Aaronis manus 179. b	Affectus carnales quomodo spiritualis ignis pabulum sint 22. b
Aaronem thymi. ma manu haurire 174. b	Affectuum sanctorum motus per quid designatur 41. b
Aaronem pro se & pro domo sua orare, quid presignare 171. c	Ager extra urbem quid 285. c
Aaronem & filios eius residuum simile partem comedere, quid 50. d	Ager mystice quid 147. b
Abiu quid sonet 97. a	Ager 205. a
Abiata omnia quomodocunq; restituenda si possunt 46. c	Agnus mystice quid 125. b
Abiui uestimenta 161. a	Agni paschalis mysterium 146. a
Abisalonis & chameleontis cōparatio 117. a	Agni paschalis immolatione quid significatum 27. b
Accipere uxorem de genere suo 220. c	Agnum cuius manus non inuenit 125. d
Accipere de sanuario panes 225. a	Agrorum precium 312. c
Accipiter quos signet 115. c	Alas deponere 7. d
Accipiter mystice quis 5. d	Albedo 133. b
Actu uenire 250. c	Alboris diuersæ significationes 132. b
Adadremmon ubi sit, & quid sonet 255. a	Albugo 35. b
Addere partem quintam, quid 46. c	Alexander Magnus 269. b
Adeps operiens uitalia, quid 19. a	Alienigena 228. c
Adeps hostie mystice quid 23. c	Alienus ignis quis 47. d
Adeps 18. d	Aliud esse, regimen habere: aliud, uerbo tantum docere 246. c
Adeps operiens uentrem, quis 22. a	Altare & basis eius 27. c
Adipem cadaueris morticini in uarios usus habendum, non comedendum, mystice quid 69. d	Altare holocausti, quid 26. c
Adipem domino subtrahere, quid 45. c	Altare 225. b
Adipem domino quis incendat 23. c	Altare mysticum 2. d
Adipem duobus modis comedat 70. b	Altaris unctio 79. b
Adipe suo quis uescatur 23. d	Altaris acceptio alia 4. b
Adipum genera quatuor 21. a	Altaris cornua quando aut quorum sanguine tangenda 40. b
Adipes morticiorum, quid 69. d	Altaris partes quando aut quorum sanguine aspergendus 40. b
Adipes hostie qui 4. a	Alter dies sabbati 242. a
Adipes super pectora conteremare, quid 93. d	Amalech quid sonet 292. c
Adipes sequestrari & in altari incendi 19. b	Ambulare in præceptis dei 191. d
Adonai quid sonet 210. d	Ancilla nobilis 205. d
Aduerbij sicut, acceptio 28. b	Angelus ille sanctus, quis 27. d
Aduersus eos qui cantica sacra & psalmos sine intellectu transcurrunt 264. b. c	Angelos ante passionem Christi ab hominibus adoratos, post passionem non item, mystice quid 27. a. b
Adulteros absq; liberis esse, mystice quid 216. a	Animal malum 308. a
Adulterium 193. d	Anime nomine quis designatur 34. c
Adulterium quid 159. b	Anime acceptio quædam 188. a
Aequalitatem dilectionis proximi non ad affectionem cordis humani, sed ad iustitiæ conseruationem referre debere 202. c	Anime nomine cur homo uocetur 24. d
Aerem uas 162. d	Anime sanguis mystice quid 150. d
	Anime descriptio 24. a
	Anni initium apud Iudeos 279. b
	Annibal 269. b
	Anniculi oblatio quid signet 5. b

<b>Annus</b>	168. b	<b>Balthasar à Cyro occisus</b>	269. b
<b>Annus benignitatis, quis</b>	94. d	<b>Baltus quid</b>	74. d
<b>Annus unius</b>	285. b	<b>Barba</b>	134. d 148. d 210. c
<b>Antichristus quomodo mystice lapidetur</b>	273. c	<b>Barbam radere</b>	148. d
<b>Antichristi aduentus signa aliquot, nostro etiam isto seculo facta</b>	270. a b	<b>Basis altaris</b>	55. c
<b>Antichristi in Leuitico figura, quis</b>	267. b	<b>Bene agere</b>	58. d
<b>Antichristi oculi</b>	269. d	<b>Benedicti decretum</b>	142. a
<b>Antichristi aduentum propius adesse quam putamus</b>	268. c	<b>Benedictio in presenti quæ</b>	94. d
		<b>Bene maleq; quis faciat.</b>	39. a
<b>Antichristum ex tribu Dan oriturum</b>	271. a	<b>Bestie</b>	190. c 500. b
<b>Apostasia quam execrabilis deo sit</b>	308. a	<b>Bestie mala</b>	294. d
<b>Apostolos spiritum sanctum bis adeptos mystice qd</b>	80. a	<b>Boni odoris apud deum quid sit</b>	4. c
<b>Aque uiuentes, quid</b>	145. b 158. b	<b>Bos &amp; ouis cuius speciem gerant</b>	5. a
<b>Aquas ingredi</b>	306. b	<b>Bosra quid sonet</b>	221. c
<b>Aquila quos signet</b>	15. a	<b>Bouis ad ostium immolatio, quid</b>	20. c
<b>Aquile caluities</b>	157. d	<b>Bouem quis offerat</b>	18. b
<b>Aquilo mystice quis</b>	5. c	<b>Boum nomine quid intelligatur</b>	247. a
<b>Arbafus quis &amp; quid egerit</b>	269. a	<b>Bruchus</b>	105. c 115. d 134. a
<b>Arbitrij liberi assertio conditionata</b>	171. d	<b>Bubo quos signet, &amp; cuiusmodi sit</b>	115. c d
<b>Arbor fructifera</b>	294. a	<b>Bysus &amp; purpura mystice quid</b>	48. c
<b>Arbores</b>	260. c		
<b>Arca testamenti quis nobis sit</b>	28. b	<b>Cadaver mortuum</b>	190. b
<b>Arca unctio quid uelit</b>	79. a	<b>Cadaveris etymologia</b>	59. b
<b>Arduum quiddam</b>	85. b	<b>Cadaveribus mortuorum quid intelligatur</b>	218. b
<b>Aræ Ornan tebusi typus</b>	252. d	<b>Cadere in faciem, &amp; retro cadere, quid</b>	95. c d
<b>Ariadam simillam qui offerant</b>	62. c	<b>Caluitium &amp; eius uaria significatio</b>	137. c
<b>Arietis sanguine cur extremi auriculae dextre tangatur</b>	85. c	<b>Camelus quos signet</b>	110. d
<b>Arietis consecrati adeps mystice quid</b>	84. b	<b>Candelabrum</b>	265. c d
<b>Arietem deo offerre</b>	206. b	<b>Candelabri unctio quid</b>	79. a
<b>Arietum nomine quid intelligendum</b>	247. a	<b>Canistrum mystice quid</b>	84. d
<b>Armus dexter mystice quid</b>	72. a	<b>Capillus flauus</b>	135. a
<b>Armus separationis, mystice quid</b>	72. d	<b>Capillus niger</b>	135. c
<b>Armi dextri separatio</b>	84. c	<b>Capillum sui coloris esse, quid</b>	135. d
<b>Aromata in tenuissimum puluerem conteri</b>	174. a	<b>Capilli</b>	129. d 148. d 219. c
<b>Ascella spiritualiter quid</b>	7. b	<b>Capitis &amp; barbe lepra</b>	126. d
<b>Aspergere parietem altaris sanguine</b>	40. c	<b>Capiti ornatum detrabere</b>	100. c d 221. d
<b>Asportare mortuos extra castra, quid</b>	98. b	<b>Capra mystice quid</b>	4. d
<b>Astartes</b>	213. a	<b>Capram quis offerat</b>	18. b
<b>Astrages à Cyro captus</b>	269. b	<b>Capras bis parere quotannis</b>	34. d
<b>Athaci siue athaci natura incerta</b>	115. a	<b>Capituum in numero captiuorum adamari</b>	245. c
<b>Atrium quid</b>	50. a	<b>Captum à bestia</b>	190. c
<b>Auauitia diuitum taxata</b>	278. d	<b>Caput turturis ad collum retorqueri, quid</b>	40. a
<b>Aucupem auis capte sanguine fundere</b>	189. d	<b>Caput hostie</b>	5. d
<b>Auidi uerbum dei tutius quam prædicari</b>	248. d	<b>Caput leprosi nudari</b>	139. b
<b>Augurari qui dicantur</b>	209. a	<b>Caput</b>	129. d 161. b
<b>Augurini de sera poenitentia iudicium timidum</b>	41. d	<b>Caput ad collum reflecti</b>	6. b
<b>Auis quando mystice offeratur</b>	70. d	<b>Carmelus mystice quid</b>	47. a
<b>Auis ad altare oblatio</b>	7. d	<b>Carmen Sibyllæ</b>	197. b
<b>Auium holocausto quid signetur</b>	5. d	<b>Caro</b>	128. b
<b>Auibus mystice qui signetur</b>	109. c	<b>Caro uiua</b>	131. d
<b>Aureum altare quid signet</b>	26. c	<b>Carnis acceptio uaria</b>	189. a
<b>Auris</b>	231. c	<b>Carni quatenus prouidendum</b>	6. b
<b>Auris dextra</b>	85. c	<b>Castitas quanta cura custodienda</b>	74. d
<b>Aurem non habere</b>	231. c	<b>Cauda</b>	21. d 84. b 231. c
<b>Azimi mystice qui</b>	239. c	<b>Caudam offerre</b>	60. d
		<b>Cauda pectori superimponi ad cremandam, quid</b>	95. d
		<b>Cauonum mos &amp; significatio</b>	160. a
		<b>Cæcus</b>	198. d 225. c

<b>Cedrinum lignum tingi</b>	146. a	<b>Comedere sanctificata per ignorantiam</b>	230. b
<b>Cedrus quid designet</b>	144. b	<b>Comedi carnes post tactum sanguinis qd</b>	88. a b
<b>Cedrus &amp; uittulus libani</b>	25. c	<b>Compellatio Iudeorum litera herentium</b>	147. a
<b>Celum ferreum esse quid signet</b>	299. c	<b>Compunctionis spiritus &amp; carnis, differentia quas-</b>	256. b
<b>Celum &amp; terra mystice quid intelligatur</b>	299. c	<b>ta</b>	257. a
<b>Centenarius</b>	295. a	<b>Compunctionis genera duo</b>	254. b
<b>Cerastes quid</b>	271. a	<b>Computatio mensum secundum Hebræos</b>	98. b
<b>Chameleon (alij aliter scribunt) cuius nature sit</b>	116. d	<b>Concrematio mystice quid</b>	60. d
<b>Chameleonte qui significetur</b>	117. a	<b>Concrematione adipum quid intelligatur</b>	163. c
<b>Chamos</b>	215. a	<b>Concubitum etiam legitimum, sine peccato non esse</b>	261. a
<b>Charadriion quos signet</b>	114. b	<b>Conlensa</b>	298. a
<b>Charitas quo numero exprimitur</b>	307. a	<b>Confessio quid</b>	41. c
<b>Charitas per oleum ubi signetur</b>	34. d	<b>Confessionis eoa&amp;ta descriptio</b>	106. b
<b>Chimarrus &amp; chimarra quid</b>	110. d	<b>Confessionis utilitas</b>	137. d
<b>Chirogyllus (alij aliter scribunt) quos signet</b>	137. d	<b>Consumptio cinerum ubi &amp; quando fiat, &amp; quid innuat</b>	49. a
<b>Chore (atlas Core) quid sonet</b>	130. b	<b>Contaminare</b>	135. b
<b>Christus quomodo dicitur leprosus</b>	32. a b	<b>Contaminatos se clamare</b>	139. b
<b>Christi sanguis qualiter &amp; quos expiet</b>	27. b	<b>Contaminari fidem</b>	196. c
<b>Christi sanguine tangi</b>	9. c	<b>Contemplandi septimo die ratio</b>	128. b
<b>Christum etiam leuitica tribus fuisse</b>	118. a	<b>Continentie superbe et immunditie idem finis</b>	140. d
<b>Cibus sanctorum quis</b>	15. a 158. c	<b>Contrarietas quedam in litera</b>	215. b
<b>Ciceronis ians</b>	76. a b		245. c 247. c 291. a
<b>Cidarid quid uelit &amp; quid sit</b>	170. b	<b>Contritio &amp; lachryme quanti apud deum meriti</b>	10. b
<b>Cidarid linca</b>	17. d	<b>Contritos uel tonsos habere testiculos</b>	235. b
<b>Cilicia quos signent</b>	10. a	<b>Conuenientia septem donorum cum uestibus pontificis</b>	77. d
<b>Cincinnati mystice quid</b>	29. d	<b>Conuersio Libani in Carmelum, quid</b>	47. a
<b>Cinis mystice quid</b>	7. a	<b>Cornua</b>	178. c
<b>Cineres mystice quid</b>	48. b	<b>Cornua altaris mystice qui</b>	33. a
<b>Cinerum ab altari depositio &amp; ad orientem locatio, quid</b>	48. b	<b>Corporis &amp; sanguinis Christi in sacramento reuerentia</b>	211. b
<b>Cinerebus quid designetur</b>	48. b	<b>Corpus mystice quid innuat</b>	159. a
<b>Circumcisio unguium</b>	244. a	<b>Coruus quos signet</b>	115. b
<b>Cisterna</b>	119. a 194. c	<b>Craticule adustio quando feratur</b>	15. d
<b>Ciuitatem quid faciat</b>	286. c	<b>Cremari holocaustum tota nocte mystice quid</b>	47. c
<b>Claudum quid</b>	225. c	<b>Crepidio quid</b>	6. c
<b>Clibanus</b>	11. a 118. d	<b>Crescere lepram</b>	156. c
<b>Clopeus mystice quid</b>	130. d	<b>Criminator</b>	199. a
<b>Coccus cur bis tingi præceptus</b>	9. d	<b>Crocodili natura &amp; quos designet</b>	116. c d
<b>Cocum tingi</b>	146. a b	<b>Crucis forma ubi à Moysse expressa</b>	27. b
<b>Coclea similia quid</b>	64. c	<b>Crusulam &amp; collyridam Moysi idem esse</b>	84. d
<b>Cogitationum subtilitas per quid designetur</b>	41. b	<b>Cum adipe caudam offerri</b>	21. d
<b>Coire cum muliere, mystice quid</b>	166. a	<b>Cum proximo simpliciter in syluam pergere</b>	15. a
<b>Collyrida quid sit</b>	64. d	<b>Cur apostolis secundo datus spiritus sanctus</b>	293. d
<b>Collyrida quid signet</b>	84. d	<b>Cur ignis in altari adhibitis lignis assidue fouendus</b>	49. c
<b>Collyridæ unius inter panes multos, laganaq; multa, ratio &amp; separatio</b>	85. b c		
<b>Columbe aut turturis offerendi cum agno ratio</b>	125. c	<b>Cur in introitu tabernaculi capra offeratur, non ouis</b>	22. d 23. a
<b>Columbe &amp; turturis natura</b>	39. d	<b>Cur lagana offerri iubeantur azyma &amp; oleo uncta</b>	64. b
<b>Columbe significatio mystica</b>	5. d		
<b>Comburare uittulum seu hircum</b>	185. a	<b>Cur Magdalene potius omnium primo, quam sue mariæ Christi resurrexisse se manifestarit</b>	22. d 23. a
<b>Comburare igne</b>	141. c	<b>Cur mentio oblationis pro gratiarum actione, inter pacificas hostias de improposito fiat</b>	65. d
<b>Comburi hostiam pro peccato, non comedi, quid</b>	58. c d	<b>Cur non nisi ad ostium tabernaculi sacrificandam</b>	185. b c
<b>Comedere cum sanguine</b>	208. d	<b>Cur nulla extra uestibulum hostia offeratur</b>	21. a
<b>Comedere carnes hostie una die, &amp; nihil in crastinum relinquere</b>	66. a b	<b>Cur poenitentia non differenda sit</b>	41. a
<b>Comedere in loco sanctuarij</b>	51. b c		
<b>Comedere animalia munda, quid</b>	110. b		

Cur post hirci mactationem expietur altare 92.c  
 Cur primum Aaron, deinde filij eius, postremo altararietis sanguine tacti sint 84.a  
 Cur quibusdam hostijs edendis biduum, quibusdam una dies concedatur 67.b  
 Cur uiginti quatuor à David substituti summo pontifici 54.a  
 Cutis & eius color 127.a  
 Cygnus mystice quid 5.d  
 Cygnus quos signet 114.a  
 Cyri munificentia 233.d

**D**abri quid sonet 270.d  
 Damatio reproborum cur differatur 178.d  
 Dan non sine causa ex numero duodecim tribuum, à Iohanne remotum esse 272.b c 271.c  
 Dare de femine suo Moloch idolo 194.b  
 David cuius tybus 250.b  
 Davidis humilitas 35.c  
 Davidis nomine qui signentur 255.c  
 Davidem bis unctum in regem, mystice quid 80.a  
 Decem concubinarum Davidis, à filio eius stupratarum, mysterium 301.d  
 Decem mulieres, quid 301.d  
 Decem oboli mystice quid insinuent 43.b  
 Decime tres simile 149.d  
 Decima simile offerre 54.c  
 Decima parte seu denario quid insinuetur 41.c  
 Decimarum trium diuiti pauperi unius, deputatarum, sublime mysterium 153.b c  
 Decimare decimam decimam 248.b  
 Decurrere sanguinem super crepidinem, mystice 6.c  
 Decussare 217.d  
 Deducere Christum 145.a  
 Delicia spiritalis efficaciores carnalibus 294.c  
 Delictum quid 59.b  
 Delicti & peccati an & quae differentia sit 59.a b c  
 Denarij perfectio 182.d  
 Denarij plenitudo 314.a  
 Denarij respectus 123.c  
 Deo placere quid nequeat 16.c  
 Deum in hominibus sanctis coli à Christianis, non ipsos homines praecipue 293.a  
 Detegi domum 155.c  
 Dexter armus 84.c  
 Dextera manus quid signet 83.d  
 Diabolus quo nomine dignus 156.b  
 Dies 257.b  
 Dies octauus 259.c  
 Dies tertius quis 67.d  
 Dies una & dies secunda 66.a  
 Dies septem mystice quid 88.d  
 Dierum sex ad dona septem collatio 77.b  
 Diebus septem esse sub habere matris 234.b  
 Differentia inter portare immunda & tangere 115.c  
 Differentia panum & simile 245.d  
 Differentia peccati & delicti 150.b  
 Differentia praceptorum, legum, & iudiciorum 305.b  
 Differentia sanguinis 187.d

Differentia uillarum & urbium 286.c  
 Dignus pontificatu quis 74.a  
 Diligere proximum 201.d  
 Dimidium scilicet mystice quid 43.b  
 Discretio sanctorum duplex 16.a  
 Dispersio lapidum sanctorum mystice quid 75.b  
 Dissimulatione alieni peccati aliquem fieri reum 35.d  
 Distrabere agrum 290.d  
 Diues mystice quis 152.d  
 Diuidi non recte 16.a  
 Dominus 191.c  
 Dominicae pecunie quis uiolentus existat 43.c  
 Domus intra muros urbis 286.b  
 Domi uel foris gigni 192.c  
 Domum leprosam claudere 156.b  
 Domum in uilla acquiri 285.c  
 Dormire seu comedere in domo leprosa clausa 157.d  
 Duae decime simile, quid 242.d  
 Duae uite in quibus duabus seu duobus significatae 67.c  
 Duo agni 249.d  
 Duo in tabernaculo testimonij altaria 26.b  
 Duo turtures mystice quid 40.a  
 Duobus modis offendere deum 308.d  
 Duodecim propositionis panum mysterium 265.a  
 Duos quosdam esse contaminandi modos 219.b  
 Duplex animae motus 188.b  
 Duplex fermentum 245.c  
 Duplicati temporis saeminae parientibus, ratio 124.b c  
 Duplicationis illius alia ratio 124.d  
 Dupliciter aliquid tangi 53.b

**E**cclesiastica iudicia quid querant aut uelint 155.a  
 Ecclesia persecutio ab Arrianis quanta 156.b  
 Eden 236.a  
 Edere panes cum carnibus, mystice quid 88.b  
 Edom quid sonet 221.c  
 Efficacia unctiois sacrae 80.b  
 Efflorescere mystice quid 131.c  
 Egestas mystica 297.d  
 Eleazar quid sonet 99.a  
 Eleemosyna quae seu quando proficit uel ob sit data 68.c d  
 Eleuare pectus & armum coram domino 105.b  
 Elias quomodo dominus Elisei dictus sit 228.d  
 Eli & Phinees sacerdotum quam dispar ratio 54.c  
 Elifaphan quid sonet 98.b  
 Emi seruum a sacerdote 228.d  
 Emptionis & redemptionis respectus 312.a  
 Equo raso atque albo quid quodam loco exprimitur, item nigro & pallido 156.d  
 Eruca 103 b 134.a  
 Eruere lapides in quibus est lepra 156.c  
 Esau & pueri illius quinque panes habentis, comparatio 46.b d  
 Esse naso paruo 223.d  
 Esse pede fractio aut manu 813.d

Et coniunctionis acceptio 158.c 260.b  
 292.d  
 Etymologia migalis 116.d  
 Etymologia mustela 116.c  
 Eundem locum diuersa ratione nunc mundum, nunc mundissimum dici 49.a  
 Eunuchus amputatis testiculis, mystice quis 233.b  
 Excusable culpa quae 15.a  
 Exercitium sancti laboris per quid mystice innuat 41.b  
 Exire de loco sancto 101.c  
 Exire de tabernaculo per die aut noctem, quid 88.d  
 Expletio dierum purgationis 125.a  
 Expostulatio acerriima cum Iudeis litera inherens, tibus 93.c  
 Extra castra cineres ferre, quid 48.d  
 Extremum auriculae tantummodo unctum, non ipsam auriculam, non frustra esse 83.d  
 Extras luctum prohibens, & Moyses iubens, quomodo concordatur 183.c

**F**acinus 132.c  
 Falconis uelocitas rapacitasque 114.b  
 Far quid sit 16.d  
 Feminalia 170.a  
 Feminalia linea quid 81.a b  
 Feminalium onus non fortuita in Leuitico, sed rationabilis 81.c  
 Foedus dei 16.b  
 Foedus humor mystice quid 160.c  
 Foeminarum & marium discriminum 306.a  
 Fermentum duplex 65.a  
 Ferrum & as 299.c  
 Ferrum de manubrio fugere spiritualiter, quid 13.a  
 Ferro incidere carnem 210.c  
 Festiuitates principales 260.a  
 Fictile uas 58.a  
 Fictile uas confringi 162.d  
 Fidei integritas per quid mystice innuat 43.b  
 Fidei regula à quibus sumenda 72.a c  
 Filia summi sacerdotis 229.a  
 Filiae Pharaonis Salomoni nuptae, mysterium 253.a  
 Filiae quae 52.d  
 Filij Aaron mystice qui 9.b  
 Filius prophetarum percussus ab uno, ab alio non percussus, quis 31.b c  
 Filij Aaron mystice qui 2.c  
 Filiorum diuersitas 229.d  
 Filios Aaron imponere manus arietis oblato, quid 82.d 83.c  
 Finis mystice quid 29.d  
 Flagitium 132.c  
 Flores mystici 58.d  
 Flumina seu stagna qui quando sunt 112.a  
 Fluxus sanguinis 188.b  
 Fluxus sanguinis geminus 165.a  
 Fluxum sanguinis quando quis patitur 164.d  
 Fluxu continuo laborare 166.b  
 Fluxus seminis quid insinuetur 159.b c

Fomenta igni dare mystice quid 49.c  
 Fontes 119, d c 194.b  
 Fornicatio quid 159.b  
 Fortitudo duplex 58.b  
 Frangere ascillas, quid 7.c  
 Fratres in scriptura qui 98.b  
 Fructus fidelium 260.d  
 Fructus noster mystice quousque immundus 207.d  
 Fructus possessionis 285.c  
 Fundere sanguinem per altaris circuitum 3.a  
 Fundere super primitias oleum 17.b  
 Fur alienam domum effringens, mystice quis 56.d  
 Furor domini quid 302.d  
 Fusio reliquiarum sanguinis ad basim altaris, quid 82.c

**G**allus mystice quis 96.a  
 Gallus gallinaceus, quis 96.b  
 Gazophylacia intra pavementum esse, & pavementum intra gazophylacia, quid 92.a  
 Gelboe quid sonet 130.d  
 Gemere quarum animam sit 125.b  
 Gemina hominis natiuitas 234.a  
 Gembratio haru uocit, fratres tui, mystice quid 98.d  
 Gemitum duplicem haberi oportere 40.a d  
 Genera consecratorum duo 315.c  
 Genera conuersationis sanctae duo 67.b  
 Genera fidelium duo 295.a  
 Genera hircorum duo 171.a  
 Genera sacrificiorum tria 53.a  
 Generatio mystica 232.d  
 Generationes quid 23.c  
 Gestare in pectore iudicium coram domino 104.a  
 Gibbus 223.d  
 Gladius 294.d 300.b  
 Gladij uaria in scripturis acceptio 295.b  
 Gog quid sonet 268.a  
 Gradibus tribus omne peccatum perfici 118.b  
 Grandis & tortus nasus 223.d  
 Gratia manifesta & euident, quae 41.a  
 Gryphes, cuiusmodi sint & ubi, & quos designent, 113.a b  
 Gula quos potissimum infestet 22.b

**H**abere pectusculum & armum arietis & pacificorum 87.b  
 Habitare in tabernaculis 258.d  
 Habitationes quid 23.c  
 Halictus quos signet 115.b  
 Hebræo in seruum tradi 288.b  
 Haedus mystice quid 4.d  
 Haedi mystice quid 71.c  
 Haereticus quaedam de Christi resurgenti corpore 242.c  
 Haeretici cuiusdam superbe dictum 28.c  
 Haeticorum depictio 160.b 134.c d  
 Herniosus siue ponderosus 224.b  
 Herodius siue salco quos signet 114.b  
 Hin 242.d  
 Hirami munificentia 233.c

Hircus pro peccato, quis	106. d 249. a
Hirci diuino igne consumpti mysterium	106. d
Hirci sanguis	176. a
Hirci	171. a
Historia quid	205. b
Hodie mystice quid	107. d
Holocauftum quod quis deo fiat	4. c
Holocauftum quid	181. a
Holocauftum matutinum & uespertinum	92. d
Holocauftum quid sonet	152. c
Holocaufti altare, quid	33. c
Holocaufta	1. d
Holocauftorum genera tria, & eorum mystica significatio	2. a
Homo cur seu quando animalis suae carnalis appellatur	24. c
Homo paratus, quis	180. b
Hominem nomine anime signari	35. d 36. a
Homine qui laesus est placato, etiam dominum placatum esse	46. d
Hominum & iumentorum acceptio in malum, quae	69. c
Homines multipliciter delinquere	42. d
Hor quid sonet	100. c
Hortus malorum granatorum	255. a
Hostia pacifica mystice quae	95. b
Hostia populi quae	91. b
Hostia pro peccato quae	94. a
Hostia uiua	305. d
Hostiae adeps quid	71. b
Hostiae carnes tangere	57. a
Hostiae pellem detrahere	3. b 61. c
Hostiam ad altare quando sacerdos offerat	6. b
Hostiam cum adipe offerri	181. c
Hostiam Magdalena ad domino comestam, mystice quid	56. c
Hostia	224. c
Hostiarum diuisio	1. d
Hostiarum pacificarum diuisio	18. a
Hubera fortiter premere	191. a
Hulcus mystice quid	132. d
Hulcere laedi	133. a
Humerale quid fuerit, quidque signet, aliis etiam superbumerale dictum	75. c
Humilitatis & superbiae collatio	56. a
Humilitatis gradus secundum S. Benedictum	17. b
Hus quid sonet	197. b
Hyacinthus cuius coloris sit	75. a
Hyacinthina tunica quid	ibidem
Hyperboles proprietates	303. c
Hyperbolicae aliquot locutiones in scriptura sacra	5. c
Hypocrite rapina	51. d (87. a)
Hypopus (aliis byssopus) mystice quid	144. b
Hypopompingi	146. a
<b>I</b> aculorum duorum tonathae, mysterium	250. c
Ibis quos signet	114. a
Idololatria spiritalis	194. a
Idoli seu sculpitilis ratio	292. d

Iecur	19. b
Ierusalem quid sonet	238. a
Ignatij erga Christum feruor	11. c
Ignis altaris	173. c d
Ignis duplex	47. d
Ignis egressus a domino, quis	95. b
Ignis mystice quid	133. d
Ignis mysticus	3. b
Ignem in altari semper ardere, quid	49. b
Ignem alieno & uino idem aliquando notari	104. c
Ignominiosa seruitus, quae	288. b
Ilia	19. b
Illusiones somniorum	209. d
Immaculatus aries quis	43. c
Immolare Christum	144. d
Immolare hostias	225. c
Immolare uictimam pacificam	196. a
Immolutio uituli & concrematio quid signarint	29. b
Immunda in lege quae	57. a
Immunditia damnabilis proprie quae	159. c
Immunditia suis qui notentur	111. a b
Immunditiae respectus	176. b
Immundorum tactum, nisi mortuorum, non prohiberi	116. a
Immundum tangere quid	37. b
Imperfectam superioris dilectionem, arguere imperfectam erga proximos dilectionem	201. b
Impetigo	224. b
Impinguatam simulam offerre	62. d
Impius pro isto quomodo tradi dicatur	180. a
Impij cur in aeternum cruciabuntur	179. d
Impijs dandum & non dandum, quomodo intelligi debeat	68. d
Imponere manum, quid	25. d
Incendere thura	225. c
Incensum	220. a
Incestus	193. d
Indigere poenitentia, quid	56. a
Indignationem dei in filios Aaron, patris uoce placari, mystice quid	107. c
Iniquorum mos	225. c
Innocentia quorundam inutilis	21. d
Inquilinus mystice	228. d
Insectatio Iudaei literam sectantis	118. b
Intellectu uenire	250. c
Interitus duorum filiorum Aaron, mystice quid	95. d
Interpretatio holocausti	246. b
Intestina mystice quae	4. a
Intrare domum leprosum clausam	157. d
Inuitus tabernaculi unde seu a qua plaga patebat	5. c
Ioab quid sonet	311. c
Ionathas quid sonet	250. b
Ioseph a suis uenditus & ab alienigenis honoratus, cuius figura	29. c
Iofias quid sonet	255. b
Ithamar quid sonet	99. a
Iterata uestium ac corporis lotio quid uelit	149. b
Iterata septem dierum reclusio	128. a

Iubileus quid sonet	276. b
Iubileo prope adesse, uel longe abesse	278. a
Iubileum quis inueniat	311. d
Iudaei literam sequentis exagitatio	187. a b
Iudiciorum & preceptorum respectus	191. d
Iudicis quid sit	131. d
Iugis scabies	224. a
Iumenta & pecora	275. d
Iumenta cum alterius generis animantibus coire	204. d
Iuramentum mysticum	38. c
Iuramenti sermo	38. c
Iustitia	20. a
Iustitia tripartita	76. d
Iustitia quid	195. c
Iustitia uera iudicium	107. c
Iabri anei acceptio & unctio	79. d
<b>L</b> acerta	117. b
Lachryma sanguinis appellationem quando mereantur	35. b c
Lagana, quid	84. d
Lagana quis offerat, & a quo offerenda	64. b
Laganorum separatio, quid	85. b
Lais quid sonet	272. d
Lamina aurea ratio & significatio	78. a
Lanuel quid sonet	104. a
Lana	205. a
Lari natura & quos signet	113. c
Latentes cogitationes & crimina per cuius oblationem inueniuntur	41. b
Lattitudo interior & exterior	238. d
Latronum crudelitas quo animali designetur	116. c d
Lauari aqua	161. a
Lauari uestes	136. b
Lauari uestimenta	147. c
Laudabilis caluities	137. d
Laus ipsorum septuaginta	44. a
Lazarus quid sonet	106. b
Lazarus & filiae archisynagogi differentia	60. a b
Leclulum menstruatae tangere	165. d
Leclius	160. c d 165. c
Legum, mandatorum, iudiciorumque differentia	297. a b
Lepra carnis & lepra carnis uiuae	129. c d
Lepra adium quid	154. c
Lepra in barba	135. a
Lepra in capite, quid	154. d
Lepra proprie quae	129. b
Lepra solius calumniae	130. b
Lepra cicatricis malum	132. b
Lepra species seu diuisiones aliquot	126. c
Lepram in superficie apparere	141. d
Lepram mundatam inueniri	144. a
Leprose domus litura quid intelligatur	157. a
Leprosam uestem septem diebus recludi	140. d
Leptosus quis proprie dicendus	128. d
Leptosi corpus discooperiri	139. b
Leptosus mystice qui	126. b
Leptus quos signet	110. d
Leuare fasciculum coram domino	242. b

Leuare sibi tradita coram domino	85. d
Leui quid sonet, & quos figuret	255. d
Leuius esse delictum quam peccatum	59. d
Lia quid sonet	238. d
Libamentum quid	50. b 71. a
Libamenta	92. c 152. a
Libanus mystice quid	47. a
Libatio quid	50. b
Libera mystice quae	206. a
Liberi	288. d
Ligna cadere, mystice	13. a
Ligna igni altaris semper subiicienda	49. b
Ligna mystice quid	3. c 29. d
Lignum uas abini aquae	162. d
Lignum uas	117. c
Limen templi	145. b
Linum	74. c 169. d 205. a
Lippus	224. a
Litura domus	156. d
Locus cineris mystice quis	29. d
Locus lepra reliqua superficie humilior, quid	156. b
Locus lepra	142. a
Loco munito quid signetur	49. a
Locum cinerum iuxta altare esse, quid sit	48. b
Locusta	103. c 115. a 134. a
Loqui de tabernaculo	1. b
Lucens candor, quid	127. c
Lucens quippiam	127. a
Lucerna mystice quae	47. c d
Luctus duplex	151. a
Lugere mortuos licere	99. c
Luna	146. d 239. b
Luto alio limiri uel lini domum	157. b
<b>M</b> ateria lapidum, quid	127. c
Macula alba sine rufa	133. d 140. b
Magdalena quorum figuram gerat	10. c
Mageddo quid sonet	255. a
Mala forum	58. d
Mala sibi quis laudabiliter faciat	38. d
Mali acceptio quaedam uulgo ignota	38. d
Mali nomen cur Christo in canticis aptetur	294. a
Malignorum spirituum crudelitas	305. c
Mane & uespere	54. b
Manere in sanguine purificationis, quid	123. d
Manicheorum insania	143. c
Manicheorum quanta in prophetis contumelia	135. a
Manipuli plurimi in unam redacti consertiem, mystice quid	242. b
Manue quid sonet	121. d
Manus	83. d 151. a
Manus impositio mystice quid	2. c 25. d
Mares qui	52. d 58. b
Maria cuius typus	161. b
Mariam lepra percussit	161. c
Maria uirgini quid ad honorem fiat a puerperis nominis	121. c
Martyrij honorem non nisi in ecclesia esse	186. c
Matrem cum foetu non simul offerri debere	234. d

Melchisedec subito introducti, mysterium	281. a	Mulier foeminam pariens, mystice quæ	112. b	124. b
Mellis duplex acceptio	14. c	Mulier post partum cur immunda dicatur	112. d	
Mellis primitias offerre quid	15. b	Mulierem tangere	166. a	
Membra mystice quid	3. c	Mulieres decem	302. b	
Mensa quid uelit, & eius unctio	79. a. b	Mullerum ante fores tabernaculi excubatio	79. d	
Mensis	243. d	Multiloquium per quid mystice insinuat	160. b	
Mensis ex mense	237. b	Mundare	128. c	143. d
Mensis septimus	183. b	Mundatio coram domino, quæ	184. b	
Menstruatam tangere	165. c	Mundaturi alios, q̄ mundi debeant esse	54. b	
Menstruus fluxus	166. b	Mundissimus cinerum locus quid designet	49. a	
Mensura templi mystice quæ	43. b	Mundissimus extra castra locus quis	48. d	
Mens & domus & agri nomen sortitur	310. c	Mundorum siue immundorum ratio	109. a	
Mentis humane uariis usus	148. a	Munera de melle offerre	15. b	
Mentis religiose per similitudinem designata, officium	62. b	Muros iherusalem à principe coquorum destrui, mystice quid	23. a	
Mentem iusti parere	234. d	Mus quos signet	116. c	
Mente coqui	64. c	Mustela quid signet	116. b	
Mercenarius mystice	228. d	Mutare consilia qui sepe coguntur	21. d	
Mercenarij	233. a	Mutatio panum propositionis	266. a. b	
Mergulus quos signet	114. a	Mysterium passerum duorum	145. d	
Mergulo quid proprium	5. d	Mysterium prophetæ iubentis se percuti	144. d	
Messis mystica	241. b	Mysterium septenarij	151. c	
Messium trituram apprehendere uindictam	294. b	Mysticus holocaustorum & pacificorum sensus	1. d	
Michael quorum præpositus	304. c	Mystica sabbati observatio	237. d	
Migale quid signet	116. d	Mysticum quoddam fermentum	51. b	
Milleuarij heresis	196. c	Mysticum dei altare	49. b	
Mille passus unig;.	287. b			
Miluis quos signet	113. b			
Minuere primitias	17. c			
Miri quiddam de locusta	209. a			
Misael quid sonet	98. b			
Misericordia simul & crudelitas Davidis	36. d			
Misericordie fructus quantus	151. d			
Moloch quorum idolum fuerit	212. d			
Moloch quid sonet	194. a			
Mons sanctus	290. d			
Montes Gelboe, mystice quid	150. d			
Morari in loco sancto	88. d			
Mors animæ	240. d			
Mors Christi uitæ nostræ ostium	25. c			
Mors corporis	240. d			
Mors filiorum Aaron combustorum cur fieri uelita	99. c. d			
Mortem qualemcumq; æquo animo ferendam	314. c			
Morticinium	190. c			
Morticina mystice quid	37. a			
Morticina quæ uocentur	69. d			
Morticina tangere, & improvisè ab eis tangi	117. b			
Mortua caro quæ	129. c			
Mortuum mystice quid	37. b			
Mortuum tangere	37. c			
Mortui filij Aaron, cum uestibus cur eieci	98. c			
Mos lugentium	99. b			
Moses à parentibus expositus, & a regis filia assumptus, cuius figura	29. c			
Moses cuius typus	161. b			
Mosis à filia Pharaonis suscepti & educati, typus	251. d			
Muliebris oratio	256. b			
Mulier	165. a			

Naboth in non uendendo patrimonio quid mystice innuat	287. b
Nadab & Abiu cur incensi, mystice quid	97. a
Nadab quid sonet	97. a
Naim quid sonet	238. b
Nafus	135. b
Nathan quos figuret	235. c
Natura maris, fluminum & stagnorum	111. d
Nec sanguinem nec adipem comedere, mystice quid	23. d
Negotiatores mystice qui	159. d
Nehemias cuius typus	177. a
Nemini sua salus procrastinanda	41. a
Neminem omnia dei præcepta seruare	297. a
Neminem peccare inuitum	120. a
Neminem suâ satisfactione debere esse contentum	151. d
Neomenia quid sonet	254. b
Nigredine quid intelligatur	135. a
Noctua quos designet	113. c
Nocturnum somnium	228. a
Nomine agnæ quid intelligendum	39. b
Non crescere lepram	128. a
Non crescere maculam, quid	135. d
Non elongari cineres ab altari, mystice quid	48. c
Non habere caudam	231. c
Non mitti oleum in similitudinem, nec thuris aliquid imponi, quid	42. a
Non morientem mortificare	103. d
Non satis esse peccata deseruisse, nisi & deserta plantantur	35. b
Nouenarius	280. a

Nox ac dies quid	88. d	Ostium tabernaculi, cuiusmodi intelligatur	53. c
Nox	257. b	Ouis amnicula quid	147. c
Nube quid intelligatur	169. b	Ouis & capra mystice quid	37. a
Obedientie commendatio	36. c	Ouis decima	133. b
Obitus filiorum Eli, mystice quid innuerit	95. d	Ouis in uestibulo immolatio, quid	20. c
Obitus sanctorum cur natalitiâ uocentur	48. b	Ouis holocaustum quos designet	4. d
Oblatio arietis per pontificem, mystice quid	82. d	Ouis sanguine & cornua altaris tangi, & basim illius insendi	35. c
Oblatio capræ quando aut quomodo fiat	4. d	Ouem quis offerat	18. b
Oblatio dominica	265. c. d	Oziel quid	98. b
Oblatione arietis in cõsecratione, quid, signetur	85. b		
Oblatorum diuersæ species	226. b		
Oblinisci, quid	37. d		
Oboli quos siculum faciant	43. b		
Obscuratum aurum mystice quid	75. b		
Observatio sabbati uera	238. a		
Observatio interitus filiorum Aaron, deuatorum ab igne	96. c. d		
Occidere utulum saginatum	157. c		
Occidi in castris utulum, sed extra castra occidi	182. b		
Occisum à bestia, quid	37. b		
Octauus dies	89. b. c		
Odonarius cui sacer	149. c		
Occultationis Christi in scenopegia, ratio	258. c		
Offerre holocausta & hostias pacificas, quid	1. d		
Offerre hostias pacificas	246. b		
Offerre pecus quis mystice non possit	39. d		
Offerre sacerdoti arietem immaculatam	46. a		
Offerre similitudinem aridam, quid	62. d		
Offerre uoto	67. a. b		
Offerri sanguinem à filiis Aaron, quid	91. c. d		
Oleum	248. d		
Oleum cur in similitudinem pro peccato oblatam non mittatur	41. c		
Oleum in sinistram cur mittatur	151. b		
Oleum mystice quid	17. b		
Oleum quando simile superfundatur	8. c		
Olei cõspersione quid innuat	64. b		
Olei diuersitas	262. c		
Olei superfusio quid	13. b		
Omniem adipem domini esse, quid	45. c		
Omni holocausto pellis detrahenda	61. d		
Omnia munda mundis, quomodo intelligenda	187. a		
Onocrotalus cuiusmodi sit & ubi, & quos signet	114. a		
Operatio nostra quando ad deum peruenisse dicatur	26. d		
Operari bonum absq; adipe	181. c		
Operum mystica ratio	52. c		
Ophiomachus quid sit, unde dicatur, quos signet	115. a		
Opus seruire	238. a		
Oraculum quoddam de futura Augustini conuersione	10. c		
Oraculum super testimonium esse	175. d		
Orationis efficacia	9. d		
Ordinare membra cæsa super ligna, mystice	3. d		
Ordo septem donorum	76. c		
Oriens mystice quid	6. d		
Origo lepræ spiritualis	144. a		
Ostentum esse bubonem	113. d		
Ostium claudere, quid	97. a		
		Pacificæ hostiæ quæ	1. d
		Pacificæ hostiæ	249. a
		Pactum dei nobiscum	297. c
		Pallorem in parietibus domus uideri	155. d
		Palma	260. d
		Panes	224. c
		Panes azymi, quid	84. d
		Panes dei	220. a
		Panes mystice qui	64. a
		Panes primitiarum	245. d
		Panes ad pondus reddere	302. b
		Panes offerendos, absq; sermone esse debere, quid	64. a
		Panum nomine qui nominati	11. c
		Panum propositionis senos & senos altris, scopus	265. b
		Papiliones	257. d
		Papule	231. b
		Papule erumpentes, quid	158. d
		Parentum timor seu honor	145. c
		Partitio similitudinis quid	52. b
		Partus spiritualis, quis	121. d
		Pascha quid sonet	176. d
		Passer immolatus, quis	158. b
		Passerem super aquas uiuentes immolari	145. c
		Passerem uiuū tingi sanguine passeris immolati	147. b
		Passerem unum uiuū cū hyfopo offerri	144. b
		Passerem duorum mystica significatio	144. c. d
		Pastoris & aque collatio	57. c
		Pastoris similitudinem comedere	55. a. b
		Pauper mystice quis	152. d
		Peccatum quid	59. b
		Peccati notitia uera	32. c
		Pecora quæ lex uocet	110. a
		Pecudum sanguis fundi, animum distillari cur iubeatur	40. b
		Pectusculum & armus cur filibus Aaron concedatur	105. a
		Pectusculum eleuationis	72. c
		Pectusculum	71. b
		Pecuniæ sanctificata damnata, quid	44. c
		Pedes mystici	4. b
		Pellicani natura	114. b
		Pellis	164. b
		Pellis holocausti quæ	61. c
		Pelles	117. d
		Penitentiam agere quid sit	140. b
		Penitentiam nostram nihil prodesse nisi Christi passionis suffragium	25. a
		Penitentis hostiam in loco sancto comedere	56. d



Pennula quid	40. a	Proiectio uesculae mystice quid	6. d
Percussura quid	158. d	Prolepseos in scriptura frequens usus	29. d
Percutere, mystice quid	145. a	Proles partus spiritualis	121. d
Peregrinus mystice quid	290. b	Propbanus quis	104. b
Perpetuum in lege quomodo accipiatur	72. d	Propheticum locutio	203. d
Per se mori, quid	37. b	Propinquus mystice quis	285. b
Perseuerantia iuramenti seu propositi mali, quibus nominibus digna	38. c	Propositionis panes cur sic uocentur	266. a
Pes	85. d 151. a	Prostitutionis malum	211. a
Pesilentia	300. d	Prouerbialis dictio	204. a
Phase quid sonet	239. a	Proximus quis	200. d
Phasga quid sonet	100. b	Proximus quando mystice occiditur	13. a
Pharao cuius figura	296. d	Prudentes ad quid esse debeamus	5. b
Pictoris boni mos	47. b	Psalmodia in ecclesia ubi & quando instituta	264. d
Pietas	20. a	Pseudoprophetarum & hereticorum presumptio	45. b
Pili	127. b 147. c	Puerpera Christiane cur se ab introitu ecclesie, quae draginta diebus contineant	121. c
Pilorum in album mutatio	127. b	Pustula mystice quid	127. a
Filos radi, non uelli	149. a	Quadragesimae ratio & mysterium	123. c
Pinguedo intrinseca, quid	19. a	Quadrupedibus quid innuat	109. c
Pinguedo interior pacificorum quando domino offertur	28. c	Quando lepra in carne, quando in carne uiua	129. c
Pisces quid signent	109. d	Quando appareat in cute lepra	127. b
Piscis ille immanis apud Thodiam, mystice qs	57. a b	Quando mens iusti frigatur	54. d
Pluuia spiritalis	295. c	Quando pastor sua se potestate priuet	55. b
Pollicis manus dextrae ac pedis dextri, seorsum ungi, quid	85. d	Quando peccatur	139. d
Pollicis manus ac pedis cur tingatur, praesertim dextri	151. a	Quando penitentia agenda	41. d
Polluta seu munda quae	103. a	Quando turtur seu pullus columbae offerri dicatur	115. d
Poma germinantia	206. c	Quanta peccatorem humilitas deceat	33. d
Ponderosus	224. b	Quanta inter seruientes deo distantia	66. c d
Pondus sanctuarij, mystice quid	44. a	Quanta sacrificiorum uirtus	55. b
Popularis iudicij non esse, ab ecclesia recedere	72. d	Quaternarius cuius figura	208. a
Porphyrio seu pelicanus cuius natura, & quos signet	114. b	Quaternarij ratio & mysterium	95. a
Portam ad orientem qui habeant	33. a	Quaternarij respectus	123. c
Portam ad aquilonem, qui	33. b	Quaternarij soliditas	242. d
Portare sagma	162. a	Quatuor leprosum sub Eliseo, figura & mysterium	131. a
Possessio spiritalis	283. a	Quatuor pedibus mystice qui incedant	114. d
Possidere deus quomodo dicatur	282. c	Quatuor plagae	301. a b
Postulare pro nobis spiritum, quid	41. a	Quatuor principalia regna secundum Daniele	269. b
Potus sanctorum quis	118. a 199. a	Quenam elemosyna magni meriti	15. b
Predicatores trinitatis per quos tres accipiuntur		Quaestio cur tabernaculum prius, quam pontifex consecratus sit	80. c
Predicatores quosdam, etiam bona predicando, peccare	159. d	Quaestio de armo solo cum pectusculo, Aaroni deputato, & postea arietate toto	88. a
Praelati discreti	289. d	Quaestio de bouis & onis mactatione	5. a
Praelatorum potestas	165. b	Quaestio de capra seu haedi immolatione	4. d
Preposita quorundam iudicia	21. c	Quaestio de castratis	232. a
Praeputia arborum	206. c	Quaestio de concubitu cum ancilla seu libera	205. b c
Prerogationis respectus	176. b	Quaestio de aequalitate mensurae & obis diuidenda	62. d
Prima anime uis	24. a	Quaestio de extremitate auriculae tantum uncta, non tota auricula	85. d
Primitiae	16. d 241. c	Quaestio de fermento	254. c
Primogenitus a fini	198. a	Quaestio de gratia	293. d
Primus mensis	239. b	Quaestio de habitu leprosi	138. d
Principes ecclesiae qui	173. c	Quaestio de iubilaeo & anno septimo	288. a
Principis nomine quis designetur	34. c	Quaestio de iumento cui quo coitui sit, occidendo	215. a
Processus iniquitatis	299. d	Quaestio de offerendo fermentato & non offerendo	64. d
Prohibitio thuris imponendi simile pro peccato oblatae, quid uelit	42. a	Quaestio de oblatione primitiarum fermenti	14. d
		Quaestio de proximi dilectione, & eius solutio	200. c d

Quaestio alia de eadem	201. a b	Reliquias sacrificij absq; fermento edi, quid	51. b
Quaestio de similia conuersa oleo & arida	62. c	Renes	306. b
Quaestio de uendendis possessionibus	309. c	Renes cum adipe igni tradi	19. d
Quaestio difficilis de animabus pecorum	187. d	Renes duo quid	192. a
Quaestio notabilis de contrarietate quadam	86. c d	Rentibus quid insinuetur	22. a
Quaestio quaedam & eius responsio	37. c	Renum & renuncolorum differentia	21. b
Quaestio cuiusdam expeditio	23. b	Renunculi cum adipe suo quando domino sanctificatur	28. d
Quaestio cuiusdam alterius expeditio	95. a	Reponi lapides alios	157. b
Quaestio de abstinentia uini sacerdotibus praecipua, uentilatio & solutio	102. b 105. a	Reptilia mystice quid	37. c
Quaestio de peccati alienius prodicione solutio	36. b	Repudiata	219. c
Quaestio geminae expeditio	99. b c	Reputatio Carmeli in saltum, quid	47. a
Quaestiones aliquot de lepra notabiles	129. b c	Rerum in scripturis usurpatarum, diuisio	217. a
Quibus liber ad ostium tabernaculi accessus pateat	20. d	Restituere damnum mystice	44. c
Qui Christi doctrine contrarij	43. c	Resurrectio mystice quid	123. b
Quid ad ueram poenitentiam necessarium	35. a	Reticulum icoris cum renunculis offerre	19. d
Quid in arca, lege, manna, uirga, accipiendum	217. b	Reuocare Christum a mortuis	145. a
Quid sciendum ut deo placeamus	26. c	Rhoos (sed melius rhoa)	255. a
Quid futurum sit absq; misericordia nobiscum agatur	125. c	Ritus & cultus discrimen	265. c
Qui nam morte Christi saluentur	92. b	Rogandi quaedam acceptio	181. a
Quinario quid innuat	44. c	Romanorum in uestales incestas aduersio	220. d
Quinario qui expressi	295. a	Roob quid sonet	272. d
Quindecim	307. c	Rubedo quid innuat	135. a
Quindenarij seu quindecim mysterium	258. d	Rubigo	105. c 134. a
Quinquagenarius quid signet	306. d 307. a	Ruminare, mystice quid	110. b
Quinquagenarij numeri mysterium	44. b	Sabbatum	275. a
Quinquagesimus annus quis	291. b c	Sabbatum ex sabbato	237. b
Quinquaginta scilorum summa	311. a	Sabbatum iudaico sensu obseruari	211. a
Quinta estimationis pars, quid	508. c	Sabbatum uerum	184. b
Quintam addere partem, quid	45. c	Sabbati triplex figura	237. a
Qui quando mare sint	112. a	Sacerdos quando hostia uescatur mystice	56. c
Quis hostiam pro peccato seu delicto offerat	61. a b	Sacerdos multus quis	25. a
Quis sit ex quo semen quasi coitus egreditur	227. d	Sacerdoti simlam tradi, mystice quid	42. b
Quis sua tribuat deo, & se peccato	68. c	Sacerdoti turtures dari, quid	40. a
Quorundam primitias offerri, quae ipsa non offeruntur	14. d	Sacerdotem tunica & feminalibus indui, quid	48. c
		Sacerdotij noui cum ueteri collatio	27. d
Quoties & quando Christus fleuerit	10. c	Sacer ignis	96. d 175. d
Quo unguento hominis caro ungi non possit	45. a	Sacrificandum ubi sit	185. d
Radere barbam	135. d	Sacrificium quid	71. a
Radere caput & barbam	136. a	Sacrificio simile quid signatum	16. d
Radi caesariem	243. d	Sagina quid	162. a
Radi pilos corporis	147. c	Salte federis dei non auferendum esse, mystice quid	16. b c
Rahab saluata typus	251. d	Salices	261. b
Ratio combustionis filiorum Aaron & modus	96. c d	Salis uirtutes	15. c
Rationale quid significarit, & cur pontificis pectori aptatum sit	75. c d	Salina	161. a b
Reatus inobedientiae parentum quantus	213. d	Salua immundi doctoris illini quando contingat	161. d
Recaluitium	137. c	Salomoni dementatio	212. d
Recludi usq; ad septimam	127. d	Salumith quid sonet	270. d
Reclusio septem dierum	127. c	Sanari a morbo	165. a
Recte offerri	15. d	Sancti quatenus orandi	102. a
Redemptio possessionis	285. a	Sanctificari deum, quid	97. d
Redimenda quaedam & non redimenda	313. c	Sanctificata comedere	226. c
Reges mystici qui	104. a	Sanctificatorum diuersitas	42. d
Regina Saba mystice quid	175. b	Sanctuarium intrare, Christo quid	169. e
Ret deo ingrata sacrificium gratum	308. b	Sanctum non tangere, quid	123. d
Relinqui locum maculae	136. a	Sanguis	19. b 23. d 57. c 188. a b
Reliquias carnis & panis igne absumi, quid	88. b c	Sanguis altaris auri cornibus impositus, mystice quid	27. a
		Sanguis hostiae pro peccato, quid	55. b

Sanguinis significatio	123.c	Sielus quot obolos habeat	43.b
Sanguinem comedere	208.d	Sielus quid designet	43.d
Sanguinem offerre	2.d	Sielus sanduarij	312.d
Sanguinem uictima non comedere	70.d	Sicut aduerbij ratio	60.d 84.c
Sanguine hostie appetitum nostrum designari	65.d	Sidon quid sonet	272.d
Sanguine hostie prius cornua altaris tangi, reliquū deinde ad basin eius fundi, quid	33.d	Significans, aliquādo significati nomē sortiri	108.d
Sanguine quid significetur	70.c	Silex mystice quid	65.d
Sardapali molities	269.a	Simcon quid sonet	255.d
Sartago mystice quid	12.a	Simila	8.c 41.c 248.b 264.a
Saul cuius figura	130.d 250.b	Simila cui assimilatur	149.d
Scabies quæ peccata inuauit	128.c	Simila cur mulierum epulis negata	105.a
Scabies uolatilis	231.b	Simila non omnibus hostijs æqualiter amedi, qd	90.a
Scammum ligneum pro gradibus usui fuisse sacerdotibus	94.a	Similam oleo conferti	242.d
Scelera terræ	194.d	Similam quæ offertur, non fermentandam, mystice quid	50.d 51.a
Scenopægiæ interpretatio, sed altera sui parte uacillans	258.b	Simplex doctrina	204.a
Secunda sabbati obseruatio	238.c	Simpliciter ad quid esse oporteat	5.b
Secunda uis anime	24.a	Similior de quibusdam libris sententia	205.d
Secundaria Aaronis unctio mystice quid	87.c	Sinistra manus, quid	151.b
Sedes ubi alius sederit	161.a	Sine coniunctionis natura	39.b
Sedes	160.c d	Sobrietatis	20.a
Segetem ad solum secare	250.a	Sol	239.b
Selencium munificentiæ & pietatis	233.c	Sol iustitiæ, quid	145.d 182.d
Semel quid sonet	235.d	Solitudo hirci emissarij	172.a
Semen	159.c 205.a	Somniorum uariæ rationes	209.b
Semen Abrahæ quis	154.b	Sortis nomine quid innuatur	171.d
Sementis cur tactis morticinis nõ polluat, nisi aqua perfusa	119.c d	Spadones mystici	232.b
Seminatio corporis	279.d	Spadonis petulantia quid possit	51.a
Sempiternum quid	52.d	Spatula palmarum quid & unde dicta	261.a
Senario quid exprimitur	306.d	Species dictionis quatuor	205.b
Sententia in malos prelatos	224.d	Specierum dictionis inter se conuenientia	204.a b
Separatio quorundam Intestinatorum arietis, quid uelut	84.b c	Specula mulierum mystice quid	79.d
Septem dies	240.a	Spicarum grana	196.d
Septem dierum significatio	161.d	Spicariū uirentium & neophytorum cõparatio	17.a
Septem principalia regna	269.a	Spūs Christi cur in colūba & igne monstratus	54.d
Septenaria inclusio, quid	135.c	Splendore uultus & uestium Christi in transfiguratione, quid ostensum	48.d
Septenarius cui sacer, & eius mysteriū	146.b c 238.c	Sponte offerre	67.a
Septenarij sacramentum	247.a	Squamæ quid	111.d
Septenarij mysterium	27.a	Stagna unde dicta	ibidem
Septies aspergi altare	79.b	Stamen	140.b
Septies aspergi sanguinem	175.c 178.c	Stare contra sanguinem proximi	199.b
Septimana septem	245.b	Statui coram domino in ostio tabernaculi	150.b
Septimus mensis	259.a 276.d	Stellio	117.b
Septuaginta cur pro duobus scelis quinquaginta posuerint	49.b	Steriles aquæ	15.c
Septupli acceptio	299.a b	Stigmata	210.d
Sepultura mystice quid	218.c	Strui in altari ligna	4.b
Sequestratio panis unius, mystice quid	85.a	Struthio quos signet	115.c
Serpentia quos signent	120.c	Subiacere delicto post cognitionem, quid	38.a
Seruilia opera quæ	184.a	Subiacere igni ligna, mystice	3.c
Seruilis laudabilis quæ	288.b	Subtilis quædam disputatio de proximi dilectione	201.d & deinceps
Sex anni	275.b	Subtilitas nimia quo innuatur	135.b
Sexdecim accipitrū genera	113.c	Subucula linea	74.c
Sextario olei quid innuatur	149.d	Suburbana mystice quid	287.a
Sicili duo mystice quid	44.b	Suggestionem sine delectatione nihil nocere	118.b
		Summo pontifici uirginem nubere	222.d
		Superborum proprietates quædam	7.c
		Supercilia quid signent	148.d

Superflui sanguinis ad fundamētū altaris fundi	40.c	Triplex aquarum natura	111.d
Superfundere oleum	15.c	Triplex quadam partitio	170.d
Superhumercle & rationale cur cingulo cõstringantur	75.d	Tristitia mortem operans quæ	108.c 185.d
Surdus mystice quis	198.d	Tuba prædicationis	257.c
Sus quos signet	111.a b	Tunica & feminalia linea mystice quid	48.c
Suscipere hircos duos	171.b	Turtur & columba à quo mystice offerendi	39.d
Susurrones qui	199.b	Turpitudinē reuelare	192.c
Sibylle carmen	131.b	Turtur mystice quid	5.d
Symphonia in reditu iunioris filij, quid	253.c	Turturis caput non poenitus collo abrumpi, qd	40.b
Syrorum fuga mystice quid	131.a	Turturum unum offerri, alterum in holocaustum cedere	40.a 165.b
Sytropodes quid sunt, & quos signant	118.d	Turturum alter cur holocaustum fieri seu tota nocte cremati iubeatur	40.d
Tabernaculum	147.d	Turturum alterum pro delicto, alterum in holocaustum offerri	154.a
Tabernaculum cur ante, & pontifex, consecratur	80.c d	Tympani mysterium	254.a
Tabernaculum ingredi completo officio, quid	94.b	Vas æneum & fictile, quid	117.c
Tabernaculum interius & exterius, quid	176.c	Vas æneum mystice quod	58.a
Tabernaculum intrare, mystice quid	103.c	Vas fictile	145.b 162.c
Tabernaculum primum	168.a 263.b	Vas ligneum	162.c
Tabernaculum testimonij	262.d	Vasa hostie, mystice quæ	57.d
Tabernaculi tabula	265.b	Vasa mystice quid	155.a
Tabernaculi uaria significatio	1.a	Velleris ficci mysterium	251.d
Tactus duplex	53.b	Velum quid figuret	26.c
Tactus morticinorum, quid	115.b	Velum testimonij	262.d
Tactus mortuorum	218.c	Veli scisso mystice quid	27.a
Tactus morticinorū quosdam pollui, quosdam nõ	118.c	Venatores mystici	189.c d
Talpa natura, & qui per eam signentur	117.b	Veritatis corporis & sanguinis Christi in sacramento, assertio	166.d
Tangere cadauera quid	111.b	Vermiculus quid signet	144.b
Tangere carnem	161.a	Vernaculus	229.a
Tangere immunditiam	69.c	Verti in candorem, lepram	131.d
Tangere lectum	160.d	Vescens immundis carnibus, quis	111.b
Tangere mortuum	227.d	Vesica mystice quid	6.d
Tangi seu tactum esse	162.c	Vesicula cum plumis projectio mystica	8.a
Templum dei	145.b	Vespera & mane anime	52.b
Templorum reuerentia	211.b	Vespertilio quos signet	114.c
Terra	65.d 294.a 303.b	Vestibulum mystice quid	20.c
Terra cui ue dicitur, quæ	267.d	Vestibulum tabernaculi	20.c
Terra menti comparata	281.d	Vestimentum	115.d 117.c
Terra polluta, quid	194.d	Vestimenta	161.a
Terra quam iustus ingreditur	207.b	Vestimenta lauare	128.d
Tertia uis anime	24.b	Vestimenta sacerdotum	87.d 100.d
Testiculi	233.a	Vestimenta scindere	100.d 211.d
Testimonium	175.a	Vestis	164.b
Thronus Christi	249.d	Vestis Christi	211.b
Thuribulum quid	173.c d	Vestis & consensus collatio	57.c d
Thus quid innuat	9.a 41.d	Vestis duplex	205.a
Thus primitijs imponere	17.b	Veste linea seu lanæa quid infinetur	140.a
Thymiana ex aromatibus compositum facere	174.a	Vestes Christi	221.b c
Timidi mystice qui	110.d	Vestium sacerdotis mutatio quid	48.c
Tintinnabula aurea, quid	78.c	Vetera mystice quæ	295.d
Tituli quid	292.d	Vetustissima quæ	296.a
Tonsuræ genus quoddam uctari	210.c	Via	151.a
Torcular	177.a	Vicenarij mysterium	115.d
Torrens aureus mystice quid	65.d	Vicenario qui expressi	306.c
Tribus Dan mysterium	271.a b	Vidua	229.c
Tribu Dauid & Nathan, qui significati, item Leui & semi	256.a	Viginti animum species non absq; rōne à Moysse commemoratas inter immundas	111.d
Tria quædam tribus diuersissimis animalibus innui	110.c		
Tricenarius	311.a		





Villam quid faciat	286.c	Vngento prohibito qui se ungant	45.d
Vinea	197.b	Vngues circumcidi	243.d
Vinum	242.d 248.d	Vnitatis & bonum in bonis, & malum in malis	155.b
Vini acceptio uaria	103.b	Vno & eodem sermone non idem semper inui	21.b
Vir	165.a	Vno in cibano coquere	302.a
Virorum nomine qui digni	122.a	Vnum eundemq; mystice & boue & arietem & agni esse	247.d
Viris cur uiginti sceli, mulieribus decem iniuncti sint	307.b	Vnus passerum, quis	144.b
Vis animæ triplex	24.a	Vocationis gētū demonstratio	106.d 251.a & deinceps
Visitatio dei uaria	297.c	Volucres quos signent	114.d
Vitaliū adeps quando mystice domino incenditur	28.c	Voluntatem in scripturis pro opere accipi	67.d 68.a
Vite nomine que uita digna	119.d	Voluntatem pro opere aliquando sumi	41.c
Vitarum adiuu & contemplatiuæ collatio	67.c	Voto & sponte offerentis comparatio	67.a b
Vitiorum contra uirtutes insidia	16.a	Vpupa sine opopa quos signet	114.b
Vitulus de armento, cuiusmodi locutio	247.b	Vrbes	300.c
Vitulus libani	169.d	Vsuram exigentes, mystice qui	287.d
Vitulus pro peccato, quis	81.d	Vua primitiua	275.b
Vitulus quis dicitur	25.c	Vulnerum ruptio, quid	106.b
Vituli immolatio & concrematio	182.a	Vultur quos signet	113.b
Vituli sanguinem ad altaris basim fundi, quid	27.c	Vxor	220.b
Vitulum in castris occidi, sed extra cōburi, quid	29.b	Vxorem accipere	220.c
Vitulum lignis superponi, quid	29.d 30.a	Zeli spiritalis exempla aliquot	14.d
Vntio mystica qua	78.d	Zona linea	170.d

Ad lectorem.

IN excudendo præsentis operis, quod est Radulphi Flauiacensis, uiri nunq̄ satis laudandi, siue stylum, siue eruditionem, siue pietatē spectes, usurpata sunt archetypa duo. Eorum alterū sup̄editum reuerendū pater felicis memoriæ D. Vendelinus Boniportuēnsis, abbas cœnobij Erbachensis in diocesi Moguntina, interim dñ Radulphus excuditur, de improbitate mortuus; alterū cōmodatū uenerandus pater bonæ recordationis Andreas Boelgen Coloniensis, & ipse inter excudendum Radulphum mortuus, abbas monasterij S. Mariz in ueteri mōte dūcatu Montensis: idq; factum est in gratiam Eucharij Ceruicornij, intercedente homine studioso F. Engelberto Royuer Agrippinati, eiusdem ueteris montis professō, Vtrunq; insigniter descriptum, sed Erbachense castigatius, Montense gloriosius. His aliquoties inter se discordantibus, sed id leuiter, ut descriptores ipsi uocem æquiualem pro æquiuale aut nō oīno dissimili, subinde posuisse uideri possint: nos, ubi operæ precii uidebat, diuersam lectiōnem asterisco notatam, margini adiecimus, etiam dictione cuius intererat, in contextu potuit insinuari. Verbi gratia: Si qñ exemplarium atq; dictione aliqua, uel syllaba, uel unica litera solum abundabat, eam diuersis characteribus effigiuimus: uolētes hoc pacto lectori cordato significatum, quæ minutoribus omnino typis (italicos seu currentes appellāt) & tersioribus effecta essent, alteri exemplarium deesse, posteq; uel legi uel non legi: atq; id solummodo in ipsa continua oratione. Nam in capitulorum argumentis & carminibus quibusdā diuersi quidē characteres usurpati sunt: sed alia ratione. Ut uero studiosus lector securus ingredi possit & tutius iudicare, sicubi remoret, quæ nobis inuitis errata acciderunt, ea hic subrus annotamus: non ea mente, q̄ lectorem cordatum huiusmodi monitis egere putemus, sed ne nobis impingatur, si quid ultra hæc male habere quenquam possit. Cæterum quia succinctius ista congesta sunt, quam ut cuius statim obuia sunt, meminerit studiosus lector, priori numero sequentis tabellulæ, paginam istius uoluminis quota sit, indicari: posteriori, inuentæ iam paginæ lineam: inde ueram sequi lectiōnem. Et quia unaquæq; pagina diuisa est in duas columellas, a inter duos numeros inserti, notat columellam priorem: b, posteriorem. Hoc p̄monito, & correcto in primis numero paginæ 250. facilis erit sequentium intellectus.

12. a 11. super eam 15. b 48. apponi 17. a 31. r̄ia 70. a 8. stum 97. b 51. eorum 106. a 52. tem, 116. a 40. piget 117. a 44. rum, 120. a 19. imm 135. a 30. petat, 136. b 38. mun Ibidem 52. prec 137. b 39. sed 152. b 24. Qgod 167. a 30. isorum 184. b 19. tradit 187. a 20. rit? 206. b 1. Quando 208. b 1. n̄rum 210. b 21. Hinc 211. b 5. nis & 231. b 7. su 235. a 53. com 239. a 11. uel 245. b 1. bus 248. a 7. bit quartam ibid. b 29. Sepe 254. a 22. re non 265. a 4. cono. 269. b 2. Rom Ibid. 54. teneb 270. a 6. dixi- Ibid. b 12. ones 271. a 31. n̄rum Ibid. 54. eccl 272. a 21. Jos 279. a bus ni 280. b 5. salom 281. b 40. corr 282. b 32. uolum 287. a 32. omnium 291. a 16 nda Ibid. 52. manif 296. b 4. illius 297. b 18. uā: nunc

# RADVLPHI

FLAVIACENSIS, IN LIBROS VIGINTI SVPER LEVITICVM MOYSI,

P R A E F A T I O.



VM INTER SOCIOS ALIQVANDŌ sermo de ludæorum contentiōibus haberetur, quibus ueritatem obruere, & suam nobis conantur inducere cæcitatē: dum nunc pro nobis, nunc pro illis ratio redderetur: uisum est nobis, inter uerba quorundam auditorum animos fluctuare: & sicut minus eruditorum se status habet, tanquam flatibus cōtrarijs, sic diuersis persecutiōibus actos: nūc hac, nunc illac assensum suum in partes alterutras declinare. Licet igitur hoc aperte pronūciare confunderentur, uultu tamen ipso uidebantur protestari, se quid magis sequendum esset, penitus ignorare: nisi quod ecclesiasticæ doctrinæ, quam cum lacte matris

† in sum- are

biberant, quasi quoddam præiudiciū sustinebant. Ingenuitatis re uera, & cum dolore cœpimus tetraclare, quod licet multis communis sit ueritas nostræ professionis, paucis tamen est concessa ipsius intelligentiæ ueritatis. Difficile est autem ut immobilem fidei suæ constantiam seruet, & non uacillet aliquantulum, cum cœperit cōtrarijs obiectiōibus inquietari: quisquis ideo tantum credit, quod alios credidisse cognoscit, sola scilicet multitudinis autoritate confusus: minus tamen scripturis imbutus, nondum intelligit quod credit. Quamuis enim non parum ad credendum nos mouere debeat, quod fidei primō contrarijs, nunc fidei subditur mundus: quod fides ipsa tot miraculis declarata, tot martyrum cruore testificata est: singulare tamen fidei firmamentum in scripturis habetur, dum hoc luce perspicua nostris temporibus uidetur expletū, quod ante milia annorum præsignatum & prænūciatum intelligimus, tum patrum sacramentis, tum oraculis prophetarum. Vnde beatus Petrus cum ad insinuandam domini I E S U diuinitatem uocis paternæ mētionem fecisset, quam ipse audierat de cælo allatam cum esset cum eo in monte sancto: quia tamen etiam per malignos spiritus similia fieri possunt ad hominum deceptionem, ad scripturas continuo nos reuocauit, dicens: Sed habemus certiorum prophetarum sermonem, cui beneficis intendētes tanquam lucernæ lucētis in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. In tabernaculo quoque testimoniū post operimentum cilicinum, factum est aliud operimentum de pellibus arietum rubricatis: & super hæc duo tertium de pellibus hyacinthinis. Primum nanque ab ira diuina protegit nos poenitentia, fidei uero nostræ munimentum est in autoritate sanctorum martyrum, qui Christianæ fidei testes & fidelium duces, pro eiusdē fidei defensione usque ad effusionem sui sanguinis certauerunt. Sed quia etiam in hæresibus martyres inuenti sunt, q̄ obstinatiōe diabolica, nec timore mortis ueterosam sui erroris impietatem abijcere uoluerunt: inter ipsos quoq; martyres scriptura d̄iudicat, & sanctorum ab iniquis causam discernens, eorum qui pro uera fide passi sunt, pietatem cōmendat. Habet itaq; fides catholica contra calumnias persecutorum, uelut cōtra imbricatum uim: sub isto tamen secura non erit omnino, nisi pelles hyacinthinæ superextendantur. Hyacinthus siquidē sereni aeris speciē habet: & eorū scriptis qui cælestia sapuerūt, pietas martyrum comprobatur. Hoc igitur perpendentes, cum aduersus ludæos subannationes armari uellemus, ad sacræ legis considerationem apposuimus animum: cui

Scripturaru mēditatio necessaria.

2. Pet. 1.

subditi ipsi uideri uolunt, sed eius intentionem nequaquam intelligunt. Non enim intuentur claritatem uultus Moyfi. Quod ex eorum libris facile probari potest. Nam cum per prophetam testetur ipse legislator, quod dederit eis præcepta non bona: quis non uideat quod in præceptis illis non ipsam iustitiæ bonitatem, sed iustitiæ solam dicat esse imaginem? Quod enim maxime nunc uerbis agitur, hoc in illo populo prophætico, etiam uisibilibus signis tunc exhibebatur: ut non sola pronuntiatione uocis, sed etiam rerum sacramentis fieret significatio ueritatis. Hoc in multis eorum operibus tam manifeste appareret, ut contradictionis nullus locus sit. Iezechiel propheta perdidit sibi parietem, in caligine effertur, in humeris portatur in conspectu eorum: & qua intentione ista egerit, docet dicens: Ego portentum uestrum: quomodo feci, sic fiet eis. Item præcipiente domino, gladio acuto radit pilos, ducens eum per caput suum & barbam: & tertiam partem eorum igne comburit in medio ciuitatis, & tertiam concidit gladio in circuitu eius, tertiam uero dispergit in uentum: & quod figuratim ista faciat, mox ostendit, ex persona domini dicens: Pro eo quod sanctum meum uiolastis in omnibus offensionibus uestris, ego quoque cõstringam, & non parces oculis meis: tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo. Tertiam uero partem tuam in omnem uentum dispergam: & gladium euaginabo post eos. Multa similia in hoc propheta reperies. Isaias autem ad imperium domini soluit saccum de lumbis suis, & calceamenta soluit de pedibus suis: & quid hæc nuditas illius portendat, dominus ipse docet, dicens: Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus & discalceatus, sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Aegypti nudam & discalceatam. Non ergo satis erat si hoc uerbis prænunciaretur, nisi etiam imagine quadam uisibili, in prophæta habitu captiuitas ista præfiguraretur. Recole Ieremiam: possidet lumbare iuxta præceptum domini, ponens illud super lumbos suos: & postea tollit ipsum, & abscondit in flumine Euphrate: quod absconditum computrescit, ita ut nulli uisui aptum esse possit. Item accipit lagunculam testam à senioribus populi: & egrediens ad uallem filij Ennon, conterit illam in oculis eorum. Facit sibi uincula & catenas, & mittit ad reges gentium uicinarum: & in omnibus his quid significare uelit, suis uerbis exponit. Rex Dauid cum filio suo Salomoni tradit expensas templi, & quid agendum sit instituit eum: quantum mysterium in his lateat, quæ uisibiliter constructuntur, docet dicens: Omnia uenerunt scripta manu domini ad me, ut intelligerem omnia opera exemplaris. Opera igitur quæ non solum uidentur, sed etiam intelliguntur, præter speciem quam corporeis oculis offerebant, utiq; signa erant: & aliud quod à prudentibus tantum caperetur, figuratim continebant. Non enim credendum est, quod exemplar cuius ista dicuntur opera, cuius uidelicet trahunt imaginem, alicubi Dauid corporaliter ostensum fuerit, cui simile construendum diceret: sed spiritus sancto docente, & quasi in corde illius scribente: intellexerat quid homini credendum, quid sperandum, qualiterq; esset uiuendum: quæ uerue conuersationis humanae, spei, fidei, in rebus materialibus cõgrua posset imago formari. Inde & Moyse ipse cum de his quæ ad tabernaculum pertinent, deo secum loquente docetur: Inspice, ait dominus, & fac secundum exemplar quod tibi in monte ostensum est. Quid igitur succenset mihi ludæus, si dicam Mosais traditiones umbraticas esse, & solam ueritatis imaginem continere: cum & ipse testetur iuxta exemplaris sibi propositi formam hæc omnia se constituisse: & dum hæc ordinaret, aliud intendisse: & ceteros quoq; sapientes illius temporis, qui per spiritum sanctum agebantur, hunc tenuisse morem, ut maxime per parabolas populo loquerentur: & plerumque uerbis non contenti, locutionis formam uisibilibus signis imitarentur? Hinc est quod Moyse ipse cum populum alloquitur, faciei suæ uelum superducit, eo quod respicere non possent claritatem uultus eius filij Israel. Per hoc enim satis indicat, quod ea quæ tradere intendit, ipsi non intelligunt: lucem quippe tantæ sapientiæ mentes infirmæ non capiunt. Vnde opponitur eis quædam crassitudo carnalium sacramentorum, in quibus saltem retineant ueritatis imaginem, quorum agra nondum sustinet acies ueritatem. Hinc itaq; est, quod quorundam egreditur ad tabernaculum, id est, ad diuinam tractanda se confert: plebs uniuersa cõsurgens, & stans in ostijs papilionum suorum, quando scilicet maxime iuxta uires se erit

git, & ut legislatoris dicta uel facta intelligat, exit quantum potest ab occupatione rerum domesticarum, non nisi dorsum illius aspiceret potest: & hoc, donec ingrediatur tentorium. Ingresso autem eo tabernaculum foederis, & intus cum deo agente, columna nubis in ostio tabernaculi stans, cernentium oculos excipit, ipsum uero in interioribus prorsus abscondit. Errant ergo qui Moyse tergum atredentes, putant quod humana facie careant: & quasi mentis impositam multa inutiliter & sine ratione decernant. At ipsi ueræ rationis inualidi sunt, qui in ostio tabernaculi, in prima scilicet fronte secretorum caelestium conspicientes caliginem sacramentorum, illam penetrare non possunt: nec Moyse illum cum quo loquitur deus, intus inuestigare sufficit. Putant quod carnalibus hostijs delectetur deus, cum manifeste dicat ei Dauid: Si uoluisses sacrificium, dedissem: utique holocaustis nõ delectaberis. Item ipse dominus: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Ostendens autem, quas acceptet hostias: Immola, inquit, deo sacrificium laudis. Et, sacrificium deo spiritus contribulatus. & ad ipsum, Tu acceptabis, inquit, sacrificium iustitiæ. Non igitur deus carnales hostias amat, sed talibus hostijs, quid amet, designat. Sicut ergo supra dictum est, nõ sunt bona huiusmodi præcepta, sed tamè boni ipsius ac religionis formam habentia. Indicabo tibi homo, Micheas loquitur, quid sit bonum. Quid dignum offeram domino? Nunquid offeram ei holocaustomata & uirulos anniculos? Nunquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nequaquam: sed indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Item per Ieremiam dominus: Holocaustomata, inquit, uestra ad dite uicinis uestris, & comedite carnes: quia non sum locutus cum patribus uestris: & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomatum & uictimarum: sed hoc uerbum præcepi eis, dicens: Audite uocem meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus. Ipsis itaque suis autoribus conuincuntur Iudæi, quia cum signa pro rebus accipiunt, legislatoris intentionem ignorant: ne quid per eadem signa docere uelit, intelligunt. Ad hæc autem signa discutienda dedimus animum, atq; ad Leuiticum contulimus nos, qui in Moyse libris obscurior habetur, qui que legentibus fastidium potius quam adificationem solet afferre, quod eorum à se acumen crassiore quadam umbra repellere uideatur. De cæcitate uero Iudæorum temporibus nostris quicquam dubitat, scripturas factas aut non legit, aut legens nequaquam intelligit. Vt enim omninis humana cesset disceptatio, quomodo fieri potest ut metiatur deus, qui per legem, per prophetas hoc eis minatus est, quod sua cognitione priuandi essent: & sicut sine rege, sine principe, sine sacrificio, quod manifeste uidemus impletum, sic & sine deo uero fururi? Nam ad Moyse loquens dominus: Ecce, inquit, tu dormies cum patribus tuis: & populus iste confurgens, fornicabitur post deos alienos in terra ad quam ingredietur. Ibi derelinquet me, & irritum faciet foedus quod pepigi cum eo: & irascetur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deorationem. Vnde & Isaias: Expectabo, ait, dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & prætolabor eum. Ideo se prætolari dicit, quia postquam multum do gentium intrauerit, tunc Israel saluus erit. Nam & per Osee dominus ipse populum alloquens: Dies, inquit, multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris uiro: sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari. Et post hæc reuertent filij Israel, & quærent dñm deum suum, & Dauid regem suum. Manifestum est, quæ dies multos & pronunciauerunt & expectauerunt Iudæi Christum uenturum ex semine Dauid: sed quoniam ueniens non est receptus ab eis, nunc expectantur ab eo donec ueniant & quærant eum. Quod igitur nunc Christum non habentes, si ne deo uero sint, in Paralipomenon reperies. Sub Aza quippe rege, Azarias filius Obed, factus in se spiritu domini, egressus in occursum exercitus: Dominus, ait, uobiscum est, quia fuistis cum eo. Si quaesieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis, derelinquet uos. Transibunt autem multi dies in Israel absque deo uero, & absque sacerdote doctore, & absque lege. Cum que reuersi fuerint in angustia sua ad dominum deum suum Israel, & exquisierint eum, inuenient. Hoc est sine dubio mysterium, quod in Apostolo legitimus

Psal. 50.  
Pal. 49.

Psal. 50.

Mich. 6.

Iere. 7.

Deut. 31.

Isa. 8.

Ose. 5.

2. Pa. 15.

ROM. II. quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec intret gentium plenitudo. Sed hæc præli-  
basse sufficiat. Sequenti etem explanatione quoties oportunitas nobis occurrerit, mul-  
tis & manifestis testimonijs declarabitur tam uocatio gētium, quam perfidia Iudæorū.

**O**peris ergo huius talis distinctio est.  
Primus liber holocausta describit &  
similæ sacrificia, uel eorum quæ de simila  
fiunt, & frugum primitias. Huius sunt ca-  
pitula decem.

- De holocausto bonis. I.
- De holocausto ouis. II.
- De holocausto auium. III.
- De sacrificio simile. IIII.
- De sacrificio cocto in clibano. V.
- De sacrificio sartaginis. VI.
- Sacrificium de craticula. VII.
- Mel & fermentum prohibetur à sacrificio. VIII.
- Vt sal in sacrificio ponatur. IX.
- De primitijs frugum quæ domino offeruntur. X.

**S**ecundus ad pacificas hostias transit, ad-  
dens etiam hostiam pontificis pro pec-  
cato eius, & hostiam pro populi ignoran-  
tia. Huius sunt capitula quinq̄.

- De boue pacificorum. I.
- De oue pacificorum. II.
- De capra pacificorum. III.
- De uitulo qui offertur pro peccato pontificis.  
si omnis turba deliquerit, ut offerat uitulum pro pec-  
cato suo. V.

**T**ertius reliquas hostias pro peccatis  
distinguit, habens capitula decem.

- Si princeps peccauerit, ut offerat hircum pro pecca-  
to suo. I.
- De capra quæ pro peccato offertur. II.
- De oue pro peccato. III.
- De alieni peccati dissimulatione uel cōsensu. IIII.
- Qui uotum non reddiderit, quò satisfaciatur. V.
- Qui pecus non habuerit, ut offerat duos turtures,  
aut duos pullos columbarum. VI.
- Qui non potest offerre aues, offerat simlam. VII.
- De his qui in sanctificatis delinquant. VIII.
- Vt omnis reus in satisfactione, sacerdotis se subdat  
arbitrio. IX.
- Vt qui proximum læserit, satisfaciatur ei. X.

**Q**uartus ad caput redit, & holocausta  
retractans, nonnulla repetit quæ di-  
xerat, sed plura addit. Idem & de simila sa-  
crificijs facit, inserens etiam oblationē Aa-  
ron & filiorum eius, quam offerre debent  
in die unctionis suæ. Retractat etiam hos-  
tias p peccato, iungens pro delicto. Huius  
sunt capitula quinq̄.

- Quæ sit lex holocausti. I.

Quæ sit lex sacrificij. II.

Oblatio Aaron & filiorum eius in die unctionis suæ.  
III.

Quæ sit lex hostie pro peccato. IIII.

Quæ sit lex hostie pro delicto. V.

**Q**uintus quod reliquum erat de his,  
quæ tractata fuerant, similiter repe-  
tit, & dās leges pacificorum, illas quæ pro  
gratiarū actione sunt, ab eis discernit quæ  
uel uoto, uel sponte fiunt. Huius sunt capi-  
tula quatuor.

- Quæ sit lex hostie pacificorum. I.
- De hostia quæ uoto uel sponte offertur. II.
- Vt adeps hostiarum non comedatur. III.
- Qui offert uitulum pacificorum, offerat simul &  
sacrificium. IIII.

**S**extus, iam his omnibus cōsummatis,  
unctionem describit Aaron & filiorū  
eius, & cætera quæ per septem dies in eos-  
rum consecratione completa sunt. Huius  
sunt capitula quinq̄.

- De consecratione Aaron filiorumq̄ eius. I.
- Vngitur tabernaculum cum Aaron & filijs eius. II.
- De uitulo pro peccato in die consecrationis Aaron.  
III.
- De holocausto arietis Aaron & filiorum eius. IIII.
- De ariete consecrationis. V.

**S**eptimus octauæ diei tractat ceremo-  
nias, & quæ in illa facta uel dicta sunt.  
Huius sunt capitula sex.

- De octaua die cōsecrationis Aarō & filiorū eius. I.
- De morte filiorum Aaron. II.
- Prohibentur filij Aaron fratrum suorum plangere  
interitum. III.
- Prohibentur Aaron & filij eius uinum bibere, quā-  
do intrant tabernaculum. IIII.
- Præcipitur Aaron & filijs eius, ut comedant sacrifi-  
cium quod remansit. V.
- De hircō pro peccato qui combustus est. VI.

**O**ctauus de animantibus agēs, ab im-  
mundis munda discernit: in quadru-  
pedibus, piscibus, uolatilibus, quid come-  
dendum, quid ue cauendum sit docens, re-  
ptilia uero generaliter immunda diffini-  
ens. Iungit & mulieris purificationem pa-  
rientis. Huius capitula sunt sex.

- De quadrupedibus mundis & immundis. I.
- De piscibus. II.

- De auibus. III.
- De minutis animantibus. IIII.
- De reptilibus. V.
- De purificatione mulieris parentis. VI.

**N**onus lepræ uarietates insinuat, ha-  
bens capitula nouem.

- De lepra carnis & cutis. I.
- De lepra carnis uine, & de lepra efflorescente. II.
- De lepra cicatricis quæ in hulcere apparuit. III.
- De lepra cicatricis quæ in cōbustura apparuit. IIII.
- De lepra capitis & barbae. V.
- Vt sacerdos non sit temerarius in iudicio. VI.
- De lepra caluitij & recaluitij. VII.
- De habitu leprosi. VIII.
- De lepra uestium uel pellium. IX.

**D**ecimus emundationem continet le-  
prosi: & lepra domorū qualiter tra-  
ctanda sit, separatim exponit. Huius sunt ca-  
pitula tria.

- De emundatione leprosi. I.
- De paupere qui non potest inuenire quæ præcipiuntur. II.
- De lepra domus. III.

**V**ndecimus quoque tribus capitulis  
terminatur.

- De uiro qui patitur fluxum seminis. I.
- De legitimo concubitu. II.
- De muliere menstruata. III.

**D**odecimus sua illustratur materia,  
pontificem in sanctuarium introdu-  
cens. Huius sunt capitula duo.

- De ingressu pontificis in sanctuarium. I.
- Quo tempore pontifex ingrediatur in sanctuarium. II.

**T**ertidecimi multiplex est materia, &  
diuersa in eo capitula continentur.

- Vt nullus hostias offerat nisi ad ostiū tabernaculi. I.
- Vt nullus sanguinem comedat. II.
- Vt nullus comedat morticinū, uel captū à bestia. III.
- Vt nullus ad proximam sanguinis sui accedat. IIII.
- Vt tendant ad similitudinem dei per diuinorum cu-  
stodiam mandatorum. V.

**Q**uartidecimi capitula sunt hæc.

- Prohibet commixtionem diuersitatis fieri in semine  
animalium, in semine agrorum, in textura uesti-  
um. I.
- De ancilla nobili quæ precio non est redempta. II.
- Vt auferant præputia lignorum pomiferorum. III.
- Diuersorum traditio præceptorum. IIII.
- Vt quicumque dederit de semine suo idolo Moloch,  
morte moriatur. V.

Qui fecerit aliquid ex his quæ superius prohibita  
sunt, morte moriatur. VI.

**Q**uintidecimus dat sacerdotibus le-  
gem, tactum interdicēs mortuorū: <sup>† mortici</sup>  
discernēs etiam quibus de stirpe Aaron li- <sup>norum.</sup>  
ceat ministrare, quibus edere de sanctifica-  
tis. Dehinc ad populum descendit, & remo-  
uens omēs à sanctificatis, qui de familia nō  
sunt sacerdotum, hostiarum quoq̄ differē-  
tiam ponit, quæ à populo offerendæ sunt,  
quæ offerri, quæ reijci debeat, quo ue tem-  
pore ad offerendum sint idoneæ. Huius ca-  
pitula sunt sex.

- Vt non contaminetur sacerdos in mortibus ciuium  
suorum. I.
- Vt pontifex, i. sacerdos maximus, ad nullum omnino  
mortuum ingrediatur. II.
- Vt homo de semine Aaron qui maculam habet, non  
accedat ad sancta. III.
- Vt omnis homo in quo est immunditia, non accedat  
ad sancta. IIII.
- Vt immaculata sint quæ domino offeruntur. V.
- Vt nullum pecus ante octauam diem domino offera-  
tur. VI.

**S**extidecimus liber & septimideci-  
mus & octauidecimus, de festiuitatib⁹  
agūt filiorum Israel, interpositis quibusdā  
quæ ad eandem materiam pertinebant, &  
capitula sextidecimi sunt hæc.

- De septime dei obseruatione. I.
- De paschalis ferijs. II.
- De manipulo primitiarum. III.
- De panibus primitiarum. IIII.

**S**eptidecimi capitula sunt quinq̄.

- De prima die septimi mensis. I.
- De decima die septimi mensis. II.
- De ferijs tabernaculorum. III.
- De lucernis candelabri. IIII.
- De panibus propositionis. V.

**O**ctauus autem decimus in principio  
suo sub figura cuiusdam Aegyptij, q̄  
iurgatus est in castris cum uiro Israelite, fu-  
turum describit antichristum, & cōtinuo  
festiuitates repetens, anni septimi uacatio-  
nem, sed & iubilei remissionem subijgit,  
huius capitula sunt ista,

- De antichristo. I.
- De uocatione anni septimi. II.
- De remissione iubilei. III.
- De temperando precio uendendarum possessionum.  
IIII.

Promittit deus benedictionem suam anno sexto. V.

**N**onusdecimus de possessiōibus uenditis decernit, quod aut redimenda sint ante iubileum, aut in iubileo recipienda. Serui quoque qualiter tractandi sint, & qui hebraei fuerint, ut redimantur: aut ueniente iubileo, libertati restituantur. Iungit deinde promissiones diuinas, quanta bona promittit deus obtulerantibus sibi. Huius capitula sunt octo.

- Vt terra non uendatur in perpetuum. I.
- De possessionibus uenditis redimendis, aut in iubileo recipiendis. II.
- De domo uendita intra urbis muros. III.
- De domibus urbium leuiticarum. IIII.

- Vt non accipiant usuras à fratribus suis. V.
- De israelite cui se uendiderit frater suus. VI.
- De Hebraeo qui se peregrino alicui uendiderit. VII.
- Quid diuinis praeceptis obtemperantes praemij consequantur. VIII.

**V**icesimus dei comminationes exponit, quae transgressoribus intendantur, de uotis tractat, primogenita decimasque domino consignat, habens capitula haec.

- Quae uindicta contemptoribus inferatur. I.
- De uotis, si quis deo suam animam spondiderit. II.
- Si quis animal aliquid uouerit. III.
- Si quis uouerit domum suam. IIII.
- Si quis agrum suum uouerit. V.
- Quod primogenita domini sunt. VI.
- Quod omnes decimae domini sunt. VII.

PROLOGVS ALIVS.



**L**ERTIUS in Moyſi libris, Leuiticus appellatur. Leuitae quippe erant, qui in tabernaculo ministrabant. Et quia hic describuntur sacrificia quae per ipsos offerebantur, idcirco liber idem, Leuiticus appellatur. Notandum autem quod tituli in libris aliquando ex nomine auctoris, aliquando ex materia, nonnunquam ex utroque ponuntur. Ex nomine auctoris, ut est liber Isaiæ, seu Ieremiae. Ex materia, sicut dicimus liber Genesis, eo quod rerum naturam describat. Ex utroque, ut est Augustinus de ciuitate dei, Boetius de consolatione philosophiae, Tullius de amicitia, & multa similia. Scriptura aurem sacrae mos est, etiam à principijs seu ab aliqua parte praecipua, libros suos intitulare. A principio, ut Matthaeus: Liber, inquit, generationis Iesu Christi. A praecipua uero parte, ut est liber Numeri. In eodem quippe hoc excellit, quod filij Israel egressi de Aegypto, secundo numerati referuntur. Iste igitur & sacrificia ad leuitarum officium pertinentia in exordio suo describit, & post haec omnia leuitis eisdem, seu ab ipsis obseruanda, seu per eos in populo tradit dispensanda.

**RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEUITICVM MOYSI, LIBER PRIMVS.**

De holocausto bouis. Caput I.

LEVITICI CAPUT I.



**V**OCAUIT autem dominus Moysen, & locutus est ei de tabernaculo testimonij, dicens.

**H**uius libri initium, praecedentis respicit finem, dum dicitur: Vocauit autem. In Exodo quippe tabernaculum erectum & consummatum descriperat: nunc uero subiungitur, quod de eodem tabernaculo dominus cum Moysse sit locutus. Sed mysterium indagemus. Tabernaculum dei aliquando corpus CHRISTI, aliquando caelestis illa ciuitas, ubi angelorum est conuersatio, aliquando ecclesia quae in terris peregrinatur, nonnunquam uero sancta scriptura intelligitur. Corpus enim Christi, tabernaculum dei dicimus, ut in psalmo: In sole posuit tabernaculum suum, id est, in manifesto. Hoc etiam templum appellat, ubi dicit: Soluite templum hoc. Tabernaculum uero dei, alicam societatem accipimus, ubi ait Apostolus: Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, per proprium sanguinem introiuit. Ecclesia uero tabernaculum dei dicitur in psalmo: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Sed & scriptura, domus dei seu tabernaculum in quo laetetur deus, intelligitur: cum per euangelium de illo narratur paralytico, quem quatuor uiri portantes, cum non possent adire per turbam, per tegulas submiserunt in medium ante Iesum. Christus namque sub opacitate sanctorum reconditus scripturarum, cum ab infirmis mentibus repellente turba phantasmatum, & uariarum cogitationum tumultu impedierte, adiri non possit: usu sanctae lectionis, remoto uelamine literae tanquam tegulis ipsum celantibus, inuestigandus est. Tabernaculum uero testimonij, seu corpus Christi, seu angelorum habitatio, seu sancta ecclesia, siue etiam scriptura sancta: ideo dicitur, quia & dominus (ut ipse ait) ad hoc in mundum uenit, ut testimonium perhiberet ueritati: & per angelos suos, seu fideles suos, necnon & per ipsam scripturam quotidie de eternis impiorum supplicijs, & de futura iustorum gloria protestatur. Igitur de tabernaculo suo dominus cum Moysse locutus est: ut exinde aduerteremus, quia aut

Tabernaculi significatio.

Psalm. 18.

Iohan. 2.

Heb. 9.

Psalm. 131.

Marc. 2. Luc. 5.

Iohan. 18.

De tabernaculo loquitur.

per corpus unigeniti loquitur cum hominibus deus, iuxta illud Apostoli, Nonisime locutus est nobis in filio: aut per angelos, qui ipsius uoluntatem nobis annunciant: aut per ecclesiae filios, quia multifarie olim locutus est patribus in prophetis: sed & per apostolos & martyres, seu per alios sanctos, quibus dictum est: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Similiter & in scripturis spiritum sanctum loquentem deprehendimus, iuxta illud Iezechielis: Quocumque ibat spiritus, illum pariter & rotae gradiebatur. Spiritus enim uitae erat in rotis. Sed iam quid de tabernaculo dominus cum Moysse locutus sit, audiamus.

Heb. 1.

Matth. 10.

Ieze. 1.

**L**oquere filiis Israel, & dices ad eos: Homo qui obrulerit ex uobis hostiam domino de pecoribus, id est, de bobus & ouibus offerens uictimas, si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armamento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum sibi dominum.

In hostijs legalibus quaedam holocausta, quaedam uero hostiae pacificae dicebantur. Holocausta tota in altari cremabantur: inde dicta holocausta, quasi tota incensa. Hostiarum autem pacificarum solis crematis adipibus, caetera in sacerdotum seu ipsorum qui obtulerant, cedebant usum. Sed quia iuxta Apostolum omnia haec figuratim fiebant in illis, ad nos eadem referamus: & quid mystice in ecclesia signent, discutiamus. Duo quippe haec sunt conuersationis genera. Quicumque ergo ex fidelium numero seculo huic renunciantes, ex integro diuinis se mancipant obsequijs, holocaustum se deo exhibent: quia uinculis conugalibus liberi, & carnis uoluptatibus emancipati, omnes affectus suos ad caelestia quaerenda conuertunt. Hostias uero pacificas offerunt, qui ad culmen perfectionis minus idonei, quanquam celsiora uirtutum merita minime assequantur, per medietatem tamen conuersationem pacem cum deo faciunt, pro uiribus praecauentes, ne odium illius per criminalem offensam incurrant. Hi licet omnia sua non deserant, de his tamen quae possident, fideliter domino ministrant. Et idcirco carnes eorum, ea uidelicet quae adhuc carnaliter diligunt, nondum quidem spirituali feruore absumentur: sed sanctificata eadem, sine criminis uidelicet admixtione, ex magna tamen parte offerentium uoluptati

Hostiarum diuisio, Holocausta, Hostiae pacificae.

I. Cor. 10.

Intimo Holocausta, quae quis offerat. Hostias pacificas, quae quis.

deseruiunt. Sed de holocaustis primitus agendum est. Triangitur genera sunt holocaustorum. Primum, bouis; secundum, ouis aut capra; tertium, auium, turturis scilicet aut columbarum. Sunt itaque nonnulli, qui in peccatorum numero currentes, cum robore uigilant corporis, labores suos fraternis subternunt utilitatibus. Isti bouis immolant holocaustum: quia quicquid laborando proualent, totum circa proximorum obsequia domino consecrant. Sunt uero alij imbecilles, uirtute corporis destituti: qui cum laborare non sunt idonei, si quid in hoc mundo possident, ouium instar uellus suum alijs cedunt: & tanquam lactis ueludine, sic operum innocetia & mori simplicitate possessores pascunt. Restat holocaustum auium: quod illis non immerito assignabimus, qui scientiae operam dantes, ad hoc uacant, ut dei agnoscat. Hi quanto minus inferius occupantur, tanto facilius in superiora contemplationis alis leuantur. Holocaustum igitur bouis, quod lex primum proponit, ut cepimus, exequamur. Homo qui obtulerit ex uobis hostiam domino de pecoribus, id est, de bobus & ouibus offeres uictimas: si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armento, masculum immaculatum offeret. In hostijs pacificis nulla habetur discretio maris & feminae, utrunque enim offerri potest: in holocaustis uero masculina sola recipitur, feminae repudiatis. Ad illam enim mediocrem uitam, mens etiam infirma sufficit: ad perfectionis uero celsitudinem & omnium quae mundi sunt renunciationem, non nisi uirtus idonea est. Masculum ergo immaculatum offeret: ne scilicet labores qui deo consecrantur, ex aliqua parte per criminis admixtionem foedentur. Terte enim Salomone, qui in uno offenderit, multa bona perdet. Cauendum itaque ne bonum quod agitur pereat, si hoc iniquitas adiuncta corrumpat. Sed quoniam in bono opere non solum malitiae mixtura cauenda, sed ipsius quoque sancti laboris intentio dirigenda est, subiungit statim: Ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum sibi dominum. Tabernaculum quippe testimonij, ut iam supra exposuimus, societas illa caelestis intelligit. Quisquis ergo per bonum quod agit, placari sibi dominum concupiscit: in omni suo opere necesse est, non fauores humanos inuitiles, sed regni caelestis ingressum expectet. Hinc est enim quod nos monet dominus: Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in caelis est. Sequitur:

Ponetque manum super caput hostiae, & acceptabilis erit, atque in expiatione

nem eius proficiens.

Manus impositio, deuotionem offerentis insinuat. In omni enim placito, cum ad propositam sententiam diuersorum consensus expetitur, per manus appositionem significatur. Tunc quippe his quae dicta sunt, se fauere demonstrat, cum manus accommodat. Cum igitur offerentis manus super hostiae suae caput ponitur, innuit nobis quod uoluntarie deo sacrificandum sit, ut acceptabilis eadem fiat oblatio. Hilarem enim datorem diligit deus. Sic quoque, in expiatione illius proficiet. Nam si ex tristitia & cum mala uoluntate bonum expleat opus, peccatorum ueniam non meretur: quia pax tantum hominibus bonae uoluntatis.

Immolabitque uitulum coram domino.

Non coram hominibus, ut uideatur ab eis: sed coram domino, ut ipse scilicet uideat & approbet deus.

Et offerent filii Aaron sacerdotis sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi.

Filij Aaron in lege nonnunquam rectores ecclesiae, nonnunquam uero quilibet fideles accipiuntur. Ipsi quippe summi membra sunt sacerdotis, audiuntque ab apostolo: Vos genus electum, regale sacerdotium. Ad utroque ergo referamus quod dicitur. Sancti etenim doctores auditorum suorum fundentes sanguinem offerunt, dum admonitione assidua ex eorum cordibus cupiditates prauas eijciunt. Sanguis namque sicut uita carnis est, sic in prauis desiderijs carnalium operum subsistentia. Funde sanguinem, & caro morietur: tolle malam uoluntatem, nec erit qui malum operetur. Fundunt ergo filij Aaron sanguinem: quia doctores sancti assiduitate sua de discipulorum cordibus malitiam expellunt. Sed quoniam propter dei timorem hoc agitur, haec ipsa effusio, dei oblatio est. Tu quoque si desit episcopus, si pastor incuriosus sit: pastori circa te uices exequere, & mentem tuam studio adhibito mundam deo praebere. Fundentes, inquit, per altaris circuitum. Altare, Christus seu ecclesia hic intelligit. Dominus quippe Christus, altare nostrum est, quia oblationes nostras ei imponimus. Per ipsum enim si quid boni agimus, patri acceptum fieri posse speramus. Vnde & Petrus apostolus in epistola sua: Offerentes, inquit, spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum. Sed & sancta ecclesia, altare nobis est. Sola namque esse dinoscitur, in qua domino pie sacrificatur. Munus uero non recipitur, quod extra eam offertur. Vnde & per Moysen filij Israel praecipitur, ut altare facerent de la-

Manus impositio.

2. Cor. 9.

Luc. 2.

1. Pet. 2.

Sanguinem fundere uel offerre, quod

1. Pet. 2.

Dei. 27.

pidibus impolitis, quos ferrum non tetigit. Mater nempe ecclesia, ex electis & uiuis constituitur lapidibus, quibus fidei seu religionis integritatem macherae diaboli non detrahit. Vtriguitur altare hic Christum accipimus, per circuitum altaris fundendus est sanguis nostris: ut scilicet dum Christi uirtutes mente reuoluimus, uitiis affectus a nobis eijciamus. Verbi gratia: dum mansuetudinem illius recolinimus, nostram iracundiam abdicamus: attendentes eius humilitatem, superbiae nostrae renunciamus: singularem illius munditiam considerantes, nostram impudicitiam detestamur. Sicque singulas eius uirtutes mente perustrantes, si ei conformari cupimus, nostram a nobismet mala abicimus. Si uero hominem altaris sancta hic ecclesia significat, per eius circuitum sanguinem fundimus, dum sanctorum quoniam aut sunt aut fuerunt, sanctitatem consideramus: in singulis quaeruerimus oculos reddimus, correctionis nostrae exempla uideamus. Sed notandum, quod hoc altare ante ostium tabernaculi esse perhibetur. Interim quippe dum adhuc ex fide Christi uiuimus, & in hac ecclesia quae in terra est peregrinamur, caelestis illius patriae introitum suspiramus. Sequitur:

Detrahaque pelle hostiae, artus in frustra concident: & subijcient in altari ignem, strue lignorum ante coeposita: & membra quae caesa sunt, desuper ordinantes.

Hostiae pelle detrahere.

Ignis quod

Rom. 5.

Iohan. 3.

Hostiae nostrae pellem detrahimus, cum minime uitae nostrae superficie contenti, interiora illius subtilius percuramur. Multa enim uidentur bona, quae non sunt. Vnde & artus illius in frustra concidendi sunt: ut scilicet conuersationis nostrae actiones singulas examinant, ne sub uirtutum specie uitia lateant, solite discutiamus. Plerumque enim timor humilitate se simulat, superbia confidentiam. Effusio largitate mentitur, auaritia parcitatem. Solicita ergo in examine uitae discretio habenda est, & ab hostia nostra superficies remouenda. Ignis uero in altari nostro subijcitur, si a nobis ibidem lignorum strues ante componatur. Ignis enim iste, charitatis feruor est, qui per spiritum sanctum nobis tribuitur. Caritas namque dei, ut ait apostolus, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Subijcit autem hunc ignem cordi nostro spiritum sanctus, non ab imo inferens, sed ab occulto. Vbi enim uult, spirat: sed tu nescis unde ueniat, aut quo uadat. Hoc itaque quanquam eius sit gratia, tibi tribuitur: quia per humilitatem & sollicitudinem tuam ab eo, ut fiat, imperatur. Si enim

tu ligna congesseris, subijciet ipse ignem suum. Ligna quippe sunt cogitationes sanctae, quae calorem illius concipiunt & nutriunt excitatum. Scriptum namque est: Spiritus sanctus disciplinae effugiet hunc, & auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu. Et contra: Ego sapientia habito in consilijs, & eruditus interferum cogitationibus. Si igitur in labore sancto defecere nolumus, ignem istum sedulis precibus nobis subministrari rogemus. Mox enim ut feruor charitatis in corde torpuerit: & manus fatigata ab opere cessabit. Omnis enim labor amanti tolerabilis uideatur: negligente uero, etiam si leuis sit, intolerabilis iudicatur. Ut ergo quod rogamus, etiam impetrare possimus: eorum inuimus in altari ligna, ut scilicet per sancta studia & scripturarum meditationem assidua, igni spiritus sancti materiam praeparemus. Super ligna uero, caesa membra ordinanda sunt. Membra, ut supra ostendimus, singulae sunt actiones. In his ergo ordo quidam seruandus est, ut scilicet potiora inferioribus praeponeatur, & singulis quibusque locus congruus, & tempus, & persona seruetur. Verbi gratia. Sancta actio quanquam laudabilis sit, eius tamen assiduitas, sapientiae studijs obstitit. Certis itaque temporibus intermittenda est, ut percipiendae sapientiae uacatio necessaria concedatur. Scriptum est enim: Sapientiam scribe in tempore otij: & qui minoratur actu, percipiet eam. Item in ipsis laboribus nostris alij proximorum animabus conuertunt, alij corporibus. Et certum est, corporalia commoda spiritualibus postponenda. Vnde & sancti apostoli, ut uerbo dei uacare possent, seipsem constituerunt qui mentis ministrarent. Item cum omnibus hominibus subueniendum sit, maxime tamen domesticis fidei. Cum arguendi, laudandi, obsecranda sint homines: qui male agunt, arguendi: qui uero bene, laudandi: & ut in melius proficiant, obsecranda sunt. Sic & de locis ut aliquid dicamus, in templo orandum, in agro autem laborandum est. Super ligna ergo caesa membra ordinanda sunt, ut scilicet iuxta quod sanctae scripturae dictauerit autoritas, quae nobis sanctorum cogitatum materiam praebet, disponamus opera nostra, quibusque prout maioris utilitatis sunt, maiorem sollicitudinem impendentes. Quae uero ea sunt quae ordinari praecipit, apertius exequitur, dicens:

Caput uidelicet & omnia quae adhaerent iecori, intestinis & pedibus lotis aqua.

Ista inter caetera non sine causa nominatim expressit, nisi quia ipsa maxime obseruanda & ordinanda sunt. Caput enim hostiae nota

Ligna quae

Sapi. 6.

Prou. 8.

Membra quid

Ecc. 38.

Actu. 6.

Gal. 6.

Hostiae nota

Genera holocaustorum tria.

Ecc. 9.

Mat. 6.



stræ interior intentio est, quæ in omni opere nostro principatum tenet. Hæc igitur in primis super ligna ordinanda est, euangelicis scilicet præceptis coaptanda: ut iuxta domini mandatum, simplex & munda sit, ne forte per illius deprauationē, totius laboris nostri reprobatio subsequatur. Si enim oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autē nequā fuerit, etiam totū corpus tuum tenebrosū erit, lecur uero hepatis appellat. Quæ autem adherent iecori, adipēs sunt. Quæ autem adhærēt iecori, adipēs sunt. Nemo ubi nos in hoc libro legimus, reticulum iecoris; Septuaginta dixerunt pinnā hepatis, id est, adipē eius. Adipēs igitur hostiæ nostræ, affectus nostri sunt, congrua ad succedendum materiēs, sed interest plurimum quo inflammentur incendio: aut etiam utri per negligentiam torpeant, & quasi sine igne remaneant. Sunt enim nonnulli, qui carnales iam uoluptates abijciunt, nec tamen feruore debito ad spirituales desideria confurgunt. Quorum uero affectus ad huius mundi concupiscentias ardētius incitantur, eorum adipēs igne contrario peruertunt. Nos itaq; super lignorum compositionem adipēs nostros ordinare debemus, ut affectu uarium discursum, ad diuinæ uoluntatis regulam reuocare conemur. Intestinis, inquit, & pedibus lotis aqua. Quæ sunt intestina? Qui pedes? Intestina nostra, animæ interiora sunt: in quibus dum multa inutilia seu etiā noxia & illicita uersamus, quasi stercora in uentre portamus. Pedes uero, actiones nostræ sunt: quæ quoties terrenum aliquid operantur, quasi terrā tangendo, sordes pulueris contrahunt. Delinquimus enim sepius modum excedentes, dum edimus, bibimus, seu cætera quæ necessaria sunt corpori, procuramus. Unde fit, ut quasi dum necessitati concurrimus, frequentius in nostro opere congregemus puluere culpræ. Lauanda igitur intestina, lauandi sunt pedes: ut congruis steribus abluti, sacrificijs diuinis fiant idonei. Potest & per pedes, actionis cuiuslibet suū ipsius uitæ nostræ cōsummatio intelligi. Salubriter igitur hoc præcipitur: ut si quid boni agimus, si in omni uita nostra deo militamus, totius laboris nostri terminum abluamus fonte lachrymarum. Vix bonum opus compleri potest sine aliquis peccati admixtione. Metuendum itaq; est, ne dum completæ deuotionis remuneratio expectatur, a nobis etiam reatus admixti pœna exigatur.

**Adolebitq; ea sacerdos super altare, in holocaustum & suauem odorem domino.**

Matt. 6.

Adipēs hostiæ.

Intestina quid.

Pedes quid.

Altare quid.

tra illud sapientis: Oblatio iusti impinguat altare, iustus quippe per mentis pinguedinē & sanctæ deuotionis affectum, oblationem suam deo acceptabilem reddit. In hoc ergo altari struitur ligna, cum (sicut prædiximus) sanctæ congregantur cogitationes. Adduntur quoq; hostiæ membra, cum sanctæ mentis studium efficaciter boni operis comitatur. Sacerdotis uero est ea adolere, id est, succedere. Solus enim pōtifex ille summus, qui habet potestatem super ignē, sicut de eo in Apocalypsi legitur, & cogitationes & opera nostra inflammarē potest, iuxta illud Psalmistæ: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentē. Ignem quippe istū uenit ipse mittere in terram: & quid uolo, inquit, nisi ut accendatur? Adolebit igitur ea cerdos super altare, in holocaustum. Holocaustum (ut supra ostēsum est) deo efficitur, qui & corde & corpore diuinis ingiter mancipatur officijs. [Et suauem odorem domino.] Non more humano dominus odores naribus fœtorisq; discernit: sed quia bonis odoribus delectatur, fœtoribus autem offendimur: boni odoris apud deum omne illud est, quod iustitiæ illius habetur acceptum.

Ecc. 25.

Strui u. gna.

Apo. 140.

Psal. 103. Heb. 1.

Luc. 12.

Obscig.

Psal. 55.

1. Cor. 5.

Dani. 8.

Mat. 25.

Questio.

De holocausto ouis. Caput II.

**S**ecundo loco, ouis sequitur holocaustum. Sunt nāq; (ut prædiximus) nonnulli, qui omnibus quæ mundi sunt abrenunciant, omnia studia sua ad deū conuertunt: quia tamen uiribus destituti nō sufficiunt laborare, placant deum sola innocentia: sanctitate, Scriptum quippe est: Non priuabis bonis eos qui ambulauerunt in innocentia. Verba ergo legis hæc sunt:

**Quod si de pecoribus oblatio ē, de ouibus, siue de capris, holocaustum anniculum & absq; macula offeret.**

Notandum quod ouis capram coniungit. Capra autem aut hœdus, quod scilicet hoc genus animantis olidum luxuriosumq; sit, in scriptura sacra peccatorum gerit imaginē. Inde est, quod agnus paschalis iuxta Septuaginta de ouibus & capris sumi iubetur: quia Christus, qui pascha nostrum est, ex iustis & peccatoribus carnem assumpsit. Sed et Daniel in quadam sua uisione, Alexandrum Macedonum regem, hircum caprarum nominauit, græcorum scilicet luxuriam notās, à quibus ille originem duxit. sed & in iudicio oues à dextris, hœdi autem à sinistris struendi sunt. Cum igitur capra peccatoris seu peccati typum teneat, quod est quod in holocaustum deo iubetur offerri: Nunquid acceptum fieri potest deo peccati nonquid? Sed sciendum ē, quod cuius non placet executio, placet mactatio. Offeret ergo deo capra, non

Hœdus aut capra quid.

1. Cor. 5.

Dani. 8.

Mat. 25.

Questio.

uiuā, sed mortuā: quando quem offendimus peccati perpetrato, placamus abolitionē. Idem uero computatur ouis & capra holocaustum: quia in eodem ubi prioris malitiæ uetustatem deponimus, innocentia nouitatem dño consecramus. Quæri autem potest, cum bos & ouis sanctitatis speciem gerant, cur in sacrificio mactentur, cur nō potius uiua offerantur. Neq; enim ut peccati, ita & iustitiæ acceptabilis deo est exterminatio. Ad quod nos respōdemus, bouis & ouis immolatione, non sancti laboris seu innocentia terminū designari, sed quia nemo iustus nascitur: non enim prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale: ad hoc etiam ea quæ iustitiæ formam habent, immolata deo non uiua offeruntur: exinde aduere licet, nullum per sanctitatem posse cōsecrari, qui non carnis concupiscentiā prius mactauerit, quam cum carnis origine traxit. Vbi cūq; tamē in hostijs Christi typus agitur, per mortem uictimæ, non uitiij, sed carnis in eo mors demonstratur. Sed ad propositum redeamus. [Si de ouibus aut capris erit oblatio, holocaustum anniculum & absque macula offeret.] Superius autem mactulū, hic uero anniculum præcepit esse quod offerendum est. Ergo profertur & femina ouē siue capram tñ, si annum cōpleuerit, holocaustū fieri concedit. Non enim uirtus eadem quæ ad labores exequendos, ad innocentiam solā retinendam necessaria est? Quid est ergo quod in anniculo signari uoluit? In anno solis circuitus expletur. Timendum ergo simplicioribus de instantia fuerat, ne scilicet ubere presumerent, quod postea expleri non possent. Melius est enim nō uouere, quam post uotum non reddere. Prius itaq; mentis propositum solidandum, & tum demum opus tantum aggrediendum est. Ut enim cuiusdā sapientis uerbis utar, diu deliberandum est, quod semel statuendū est. Hæc itaq; in anniculo significarum ē. Quod uero dicitur, [ & absq; macula, ] iam supra exposuimus: quia oblatio quæ deo offertur, iniquitatis admixtione maculanda non est. Si enim innocentia erga proximos custodimus, cauendum est ne nosmetipsos per intemperantiam corrumpamus. Innocens quippe minime iudicabit, si sibi nocuisse, iniquitate diligēs, cōprobabit.

Questio.

1. Cor. 15.

Ecc. 5.

Seneca.

Hœdus aut capra quid.

1. Cor. 5.

Dani. 8.

Mat. 25.

Questio.

Simpliciter.

Prudentes.

fraudes, solliciti reddantur atq; suspecti. Hostia igitur hæc quæ simplicibus ascribitur, ex latere altaris quod ad aquilonem respicit immolatur coram domino: quia iusti, dei quidem fauorem exquirunt: maligni uero, insidias cum omni cautela prospiciūt. Quis em̄ per aquilonem signetur, incognitum nō est: ille sc̄, qui dixit, ponam sedem meam ad aquilonem. Quod tñ dicitur, coram domino, iuxta literam sic aduertendum est: Introitus tabernaculi, ad orientem erat: domus aut interior, i. sancta sanctorum, ad occidentē. Altare quoq; holocausti, extra tabernaculum erat, in atrio ante ostium. Intus uero in sanctis quasi sedes dei erat: propter arcē & cherubim qui eam tegebant, sicut scriptum est: Congregauit Dauid omēs electos ex Israel, ut adducerent arcam dei exercituum, sedentis in cherubim super eā. Cum igitur ad ostium tabernaculi uictimæ mactabant, siue etiam cum ad latus altaris: per idem tamen ostium usq; ad uelū sanctuarij, mactantiū admittēbatur intuitus. Et hoc est quod dicitur, [ coram dño ] id est, in conspectu sanctorum. Sequitur: Sanguinem uero illius fundent super altare filij Aaron per circuitum. Diuidētq; membra, caput & omnia quæ adherent iecori, & imponēt super ligna, quibus subiiciendus est ignis. Intestina uero & pedes lauantur aqua: & oblata omnia adolebit sacerdos super altare, in holocaustum & odorem suauissimum dño.

Aquilo, quid.

Isai. 14.

2. R. 6.

Hæc omnia cū iam supra exposita sunt, repetere superfluum puto.

De holocausto auium. Caput III.

**In autē de auibus holocausti oblatio fuerit dño, de turturibus & pullis colūbæ, offeret eam sacerdos ad altare.**

**A**duertendum attentius, quod dñs cum aues sibi in holocaustum offerri iubet: nō cygnum expetit, qui magnitudine corporis præstat, qui plumarum eā dore nitidus, colūbæ protensione caput in altum leuat: nec mergulo delectatur, qui frequentius ags immergit: non accipitrē, qui mortibus pacitur alienis: sed turturē petit & colūbā, quæ colūbæ societatis, turtur uero castitatis amator est. Vtraq; tñ hæc auis genere, nō canere, soler. Per autē ergo holocaustū, scientia studij superius significari ostendimus. Manifestum est igitur, a dño nō illam approbari scientiam, quæ tibi magna uidet, iuxta illud Isaie:

Quid cygnus.

Quid mergulus.

Quid accipiter.

*Isai. 5.* Væ qui sapientes estis in oculis uestris: uel quæ de eloquentiæ nitore gloriatur, ut de gubuldam scriptum est: Posuerunt in celum os suum, sed nec illa placet, quæ sicut mergulus aqua, sic carnalibus uoluptatibus absorbet: nec illa quoque accepta, quam accipitis instar malitia comitatur: sed turturem amat dñs, amat & columbam. Ergo scientiæ cum pace sanctimonia associanda est, sine quibus nemo uidebit deum. Monemur quoque in aubus istis illam magis scientiam appetendam, quæ gemitum, non extollentiam doceat, quæ inieriam nostram nobis aperiat. Hæc est enim illa uera scientia, de qua Salomô ait: Qui appô nit scientiam, apponit & dolor. Vera est illa, quæ intelligit ubi sit: quæ dicere cû Pfalmista potest, tribulationem & dolorem inueni: quæ æternæ metu damnationis semper sollicita est, unde ipse ibidem præmittit, dicens: Pericula inferni inuenerunt me. Si igitur de aubus holocausti oblatio fuerit domino, de turturibus & pullis columbar, offeret eam sacerdos ad altare. Quis sit sacerdos qui hostiam nostram offerre debeat, superius in bouis holocausto expositum est. Hic uero notandum est, quod auium holocaustum, non ad ostium tabernaculi sicut bouis, non ad latus altaris ut ouis, sed ad ipsum altare offertur. Altare em, cor nostrum intelligi supra ostendimus. Solliciti sunt, qui perfecte ad corda redeunt: qui per scientiæ studium & sanctam meditationem, apud se in arcano mētis habitare no uerunt. Offert itaque sacerdos hostiam ad altare, siue doctor tuus qui te ad hoc informat, siue tu ipse, dñi de profectu tuo fatagis: & mētem tuam per exteriora prius euagantem, ad seipsam redire compellis. Vnde apte subsequenter præcipitur:

**Et retorto ad collum capite, ac rupto uulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinē altaris.**

Ad collum quippe caput refertur, ut quæ si corpus suū respicere uideatur. Cum enim mandata dei addiscimus, discutere se unumquisque debet, utrum hæc etiam opere expleamus. Scienti namque bonum & non facienti, peccatum est illi. [Ac rupto, inquit, uulneris loco.] Sic caput a corpore per illud uulnus separabatur, ut non tamen prorius abrumperetur. Innuitur ergo, quod a carnis mēs abstrahenda sit, non oīno: sed sicut ait Apostolus, carnis curam ne feceritis in desiderijs. In necessitatibus itaque carni prouidendū est, non libidinibus eius seruiendum. Rupto igitur uulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Sanguis appetitum significat. Sicut enim ex sanguine suo caro uiuit, sic anima ex appetitu. Si appetitus illius carnalis est, & ipsa obtemperat ei, uitā

quoque eius carnalem esse necesse est. Si uero appetitu agitur spirituali, spiritualiter etiam uiuit. Qualis ergo appetitus eius, talis & uita illius. Appetitus enim, uita origo est. Vnde & hic & multis alijs in locis, appetitus formæ sanguis obtinet. Altare uero cor nostrum intelligi, iam supra ostendimus. Crepido quoque altaris, basis illius dicebatur: Nam pro crepidine, fundamentum alibi ponitur. Sed & basim pro crepidine, septuaginta interpretati sunt. Fundamentum itaque cordis nostri quid aliud est, nisi de quo dicitur: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus: Sanguis ergo rupto uulnere defluit a corpore, ad fundamentum decurrat: ut appetitus & amor noster, qui a carnalibus uoluptatibus recedit, in Christum transeat, quem auis ista studio lectionis assidue in scripturis discit. Hoc enim uox illa promittit, ubi dicimus: Defecit in salutare tuum anima mea. Defecit ad uanitatis appetitu, ut ardentem iam sitiat ueritatem. Decurrat itaque sanguis noster in basim, ut ex affectu domino nostro cātemus: Diligam te domine uirtus mea. Quem enim uirtutē nostram dicimus, quasi basim nostram appellamus. Sequitur:

**Vesiculam uero gutturis & plumas præciet prope altare ad orientale plagā, in loco in quo cineres effundi solent.**

Recolendum, quod studiosorum oblationem tractamus. Quid uero studiosis, his uidelicet qui scientiæ operam dant, quid iniqua eis tam timendum, quam tumor elationis est? Scientia enim inflat. Huius igitur auis nostræ uesicula gutturis præcicienda est, tumor scilicet, qui de eloquentiæ pompa oriri solet, excludendus. Plumæ uero quæ sunt nisi peregrinorum studiosi leuitas, ut uerificandi peritia, dialecticorum garrulitas: quæ oīa bonæ mētis dominum metuunt, & circa lamenta potius occupata, nihil remediū, nihil utilitatis poterunt conferre. Plumæ ergo & ipsæ præciant, ut a seruis dei huiusmodi studia contemnantur. Non enim in leuibus & superfluis mēs, quæ deum querit, occupanda est. Vbi autem hæc præcici debeat, lex signanter expressit. [Prope altare, inquit, ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent.] Per orientem, unde mundo lux immittitur, diuinæ cognitionis illuminationem intellige. Ad orientem ergo inflationem nostram abijcimus, cum dei magnitudinem aliquatenus contemplantes, de nobis humilia sentire incipimus. Quanto enim quisque minus uider, tanto minus sibi displicet. Et quanto maioris gratiæ lumen percipit, tanto amplius quod de se plangere debeat, agnoscit. Vnde bea-

*Crepidina*

*1 Cor. 3.*

*Psal. 118.*

*Psal. 174.*

*1 Cor. 8. Vesica.*

*Plumæ*

*Oriens.*

*Iob. 42.* tus Iob cum præmississet, Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te: statim subiunxit: Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam. Ex cognitione igitur diuina & luctum concepit, & elationem deposuit. Illas quoque positum dominum sedentem super solum excelsum uidit, ad se ipsum rediens, ait: Væ mihi quia tacui, quia pollutus labijs ego sum. Sed & Iezachiel de quatuor animalibus loquens dicit: Cum fieret uox super firmamentum, stabant, & submittebant alas suas. Ad uocem quippe desuper uenientem alas deponere, est: cognita superna potentia, uirtutes proprias humiliare, & consideratione creatoris, nihil de se aliud quam abiecta sentire. Ad orientem ergo uesicula tumoris abijcitur, cum deo cognito homo humiliatur. Ad orientem quoque plumæ cadunt, quia fidei diuinæ lumine percepto, mētem quam penetrat timor dei, quam salutis suæ cura sollicitat, minime superfluis studijs operam dare delectat. Sed quid est cum ad orientalem plagam ista præcici iubentur, quod locus cineris huic officio deputatur? Et quidem locus iste prope altare erat, in quem concrematorum holocaustorum cineres deponerentur. Sed quid concremata holocausta, nisi iustorum est uita consummata? Cineres uero, reliquæ scilicet illius concremationis, ab altari deponuntur: quia quod iustis post hanc uitam restat ad præsentem exercitio, & spiritus in requiem, & caro in sepulturam recipiuntur. Sed si hoc sollicitus præpendas, si anxius sustineas, quod protinus futurus sis post mortem uermis, post uerem abiectissimus puluis, quis hic superbia, quis leuitati relinquitur locus? In loco ergo cineris, id est, in mortis meditatione, uesiculam cum plumis præciet: ut dum iugiter hinc tuum conditionemque mortalitatis cogitas, inanem iactantiam cum superfluis omnibus deponas. Hinc est enim, quod Abram dei colloquutione illuminatus, cū seipsum respiceret, & quid protinus futurus esset attenderet, quasi in loco cineris ad orientem uesiculam præciet, cum humiliatus protinus intulit: Loquar ad dominum meum, cum simpuluis & cinis. Vides itaque prope altare locum esse, in quo uesicula nostræ uesicula cum plumis præcicienda sit: quia studiosi cuique iuxta est, ut scilicet ex propria conditione cogitationem concepiat, quæ expulsa superbia eum etiam a superuacuis ad consiliū grauitatem cōpellat. Sed iam procedamus.

**Confringentur ascellas eius, & nonocabit, nec ferro diuidet eam.**

Quid in ascellis, alarum scilicet radicibus quæ uolandi officium possident, nisi uirtus contemplationis accipitur? Rationis enim

*Iob. 42.*

*Isai. 6.*

*Ieze. 1.*

*Cineres.*

*Gen. 18.*

*Ascelle.*

lumine quasi alarum agilitate, ad superna tendimus. Ite igitur ascellæ frangendæ sunt, id est, in cognitionis diuinæ profectum omnium præsumptio reprimenda, ut uirtutem cōtemplandi nemo sibi tribuat; nemo ad spiritualem meditationem uires suas sufficere præsumat. Has enim ascellas frangere noluerunt, de quibus scriptum est: Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Has autem frangerat, qui dicebat: Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex deo est. Et alius: Dominus illuminatio mea. Et, Tu illuminas lucernam meam domine. Ascellas ergo frangere, est acumen ingenij non sibi tribuere, sed sub diuino munere humiliter infirmitatem propriam cogitare. Vbi aptissime subiunxit: [Et non secabit, nec ferro diuidet eam.] Proprium quippe superborum est, & de se præsumptiuum, diuisiones in ecclesia facere, & communi fidei contraria dogmata prædicare. Non est igitur auis nostra secanda, nec ferro diuidenda: quia quicquid ceteris amplius aliquid in scientia profecerunt, caueant omnimodis necesse est, ne corpus Christi diuidat: ne suæ eruditionis præsumptione, a doctrina patrum recedere præsumant. Sic enim & ipsi diuiduntur, dum fidei perdunt integritatem: & quod alij per eos patiuntur, ipsis imputandum est, teste Salomone: Quia qui scindit ligna, uulnerabitur ab eis. Siquidem scissionis eiusdem ultio ab eo exigetur: & quod alij intulit uultus, ipse quoque patietur. Notandum uero iuxta litteram, quod ruptio illa uulneris de qua prædiximus, non ferro, sed tortione, uel quoquo alio modo fieri solebat. Ferri quippe sectio, omnino non admittebatur. Sequitur:

**Et adolebit super altare, lignis igne supposito.**

Quod in corporalibus exercitijs supra ostendimus, idem in spiritualibus studijs obseruandum est: ut scilicet cum lectioni operam damus, in cogitationibus nostris non ad ipiscendæ gloriæ appetitum, sed a distictionis propriæ uocem intuitus. Ardeat ergo super altare nostrum lignis immixtus ignis, non alienus, sed domesticus: ut in studijs nostris non a diabolico agitemur, sed diuino spiritui incitemur.

Holocaustum est, inquit, & oblatio suauissimi odoris domino.

Si superiora hæc aue dicta sunt, recolas uidebis profectum, quod acceptabilis deo eius oblatio sit. Auis quippe ista quæ ad altare offertur, scientia uidelicet per quam sibi mens

*Rom. 1.*

*2 Cor. 3.*

*Psal. 26.*

*Psal. 170.*

*Ascellas; frangeret.*

*Eccles. 10.*

redditur: cuius caput corpus suum respicit, quia in omnibus que legit, vitam suam subtiliter discutit, cuius rumpitur uulnus, dum caro mortificatur, cuius sanguis ad crepidinam altaris decurrit, quia affectus illius, uisibilibus contemptis; Christum sicut uescicula quoque cum plumis proicitur, dum effatio omnis & supfluitas ab ea respuitur, frangitur etiam ascella, cum intelligentiam lumen non sibi, sed deo ascribitur: postremo, cum per pacis & fidei integre obseruantiam, ferri respuit sectionem: scientiam ergo que tot uirtutibus illustratur, mirabilis sibi boni odoris coram domino esse perhibetur: Completo autem holocaustorum numero, lex ad similitudinem sacrificii transiit, de quo etiam quid faciat, audiamus.

De sacrificio simile. Caput. iiii.



Nima cum obtulerit oblationem sacrificii domino, simila erit eius oblatio, fundeturque super eam oleum.

In precedenti libri legimus, quia postquam cuncta completa sunt, que ad constructionem tabernaculi pertinerebant, operuit nubes tabernaculi, & gloria domini impleuit illud. Sci to ergo quod omnia Moyse & uerba & facta, intus quidem gloria dei plena, exterius uero nubes adoperta sunt. De qua nube ibidem subiungitur, quia non poterat Moyses ingredi rectam fœderis, nube operiente oia, & maiestate domini coruscante. Iudei quippe, quorum typum Moyses hic gessit, a legis intelligentia excluduntur. Tanta est enim in spiritu excellentia & fulgor, tanta in litera uilitas & caligo, ut lippietes eorum oculi nec istam penetrare, nec illum ualeant tolerare. Nos igitur quorum oculis uerum lumen emulsi, ut reuelata facie gloriæ dei speculamur possumus, in legis litera, spirituale sensum inuestigamus. Et ut ad propositum redeamus capitulum, in primis quam rationabili ordine legillato uatur, perspiciamus. Tria namque holocausta describit, hœuis, ouis & arietis. In quibus, ouis quidem holocaustum non recta gradus profectum, sed ad solam infirmorum susceptionem insertum est: ut scilicet qui ad labores non sufficerent, saltem in beneuolentiam custodirent. A bonis uero holocaustis, ad animam oblationem competens ascensus est. Quisquis enim ad sapientiam studium anhelat, necessarium prius habet laboris exercitium, per quod uidelicet moribus castigatus, ad percipiendam sapientiam fiat idoneus, sicut scriptum est. Fili, concupisti sapientiam, conserua iustitiam, & dominus præbebit illam tibi. Post autem uero simila sequitur, quia quisquis per studium sapientie terram mentis inhabitat, pur-

gationi illius insistere debet, ut nequaquam exteriori sanctificatione contentus, sicut à conuersatione sua prauos recidit actus, sic & à mente sua eorundem extirper affectus. Hæc enim simila, puritas scilicet conscientie. Nam simila, pura farina est, surfuris admixtione purgata. Huius autem similes oleum superfunditur: quia mens concupiscentia carnalium tanquam surfuris integumentis exuta, diuina charitate repletur. Teste quippe Iohanne, si quis diligit mundum, non est charitas patris in eis. Charitas enim oleum est, iuxta illud Salomonis: Oleum de capite tuo non deficiat. Quid uero causæ esse credis, quod simila hæc non oleo conspergi, & sic offerri: sed dum offertur, oleum super eam fundi iubetur? Nonne inuitur nobis, quia hoc datum optimi, & hoc donum perfectum defursum est, descendens à patre luminum? Charitas enim diffusa est in cordibus nostris, non à nobis, sed per spiritum sanctum qui datur est nobis. Hunc uero ordinem quem in holocaustis & similes oblatione ostendimus, Salomon in libris suis expressit: cum primo loco prouerbia, secundo ecclesiastes, tertio cantica canentium instituit. In primo quippe morum correptio, in secundo mentis ad alta uolatus, per quem omnium que sub sole sunt, uanitas deprehenditur: in tertio, per celestis illius sponsi desiderium, defecatae mentis impingatio declaratur. [Anima igitur cum obtulerit oblationem sacrificii domino.] Notandum quod de holocaustis agens, homini, non animæ, ea assignauit, dicens: Homo qui obtulerit ex uobis hostiam domino, de pecoribus. Hic autem, in anima inquit, cum obtulerit oblationem sacrificii domino. Homo quippe ex anima consistit & corpore. In illis ergo tribus totus homo operatur, anima imperante, corpore obtemperante: aut laboribus infundans, aut solus innocentie iura custodiens, seu etiam circa spiritualia sensus suos exercens, legendo, scribendo, audiendo & loquendo. Simila uero oblatio, animæ est propria: quia quicquid de ea dicitur, anima apud se intus inuisibiliter operatur. Unde Psalmista. In me sunt, anime uisus ueritatis. Sed & hoc aduertendum, quia post holocausta, oblatio hæc sacrificium hominum. Non enim uisus ueritatis communitur, sed nonne te rimus, in dicitur & omnes oblationes dominicee sacrificii appellat, sed signat & distincte has holocausta, illas hostias pacificas, alias uero sacrificia nominat. Similes ergo oblatio sacrificium dicitur, quia ipsum offerens sanctificat. Tria nempe que præmissimus, sine ista prædesse non poterunt. Nam corporalis labor sine ista inefficax est, teste Apostolo, quia si distribuero, inquit, oves facultates meas in cibis pauperum, charitate

Simile

1. Iob. 8.

Eccles. 9.

Iacob. 1.

Rom. 5.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

autem non habeam, nihil mihi prodest. De quorundam quoque innocentia que superficialiter custodit, tenemus Salomonis sententiam, in qua dicitur: Manus in manu, non erit innocens malus: uidelicet quia multum sunt, qui quamuis exterius opere uerescant, apud se tamen in corde multa mala uersant. Quid enim proderit quod multa lectionis usu bona cognouimus, nisi pia deuotionis affectu eadem eligamus? Merito ergo post holocausta, simila oblatio sacrificii nomen sortita est, que mentis puritate & diuina dilectionis pinguedinem nobis infinuat. Ait itaque: [Anima cum obtulerit oblationem sacrificii domino, simila erit eius oblatio: fundeturque super eam oleum.] Sequitur:

Et ponet thus.

Thus orationis speciem habet, teste Psalmista qui ait: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Post olei uero infusionem, hinc simila thus imponitur: quia non nisi amantium, uirtus orationis est. Amor nempe desiderium parit, desiderium orantes facit. Vera namque postulatio non in oris est uocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores enim uoces apud secretissimas aures dei non faciunt que sub nostra, sed desideria. Aeternam quippe uitam si ore petimus, nec tamen desideramus, clamantes tacemus. Si uero desideramus ex corde, etiam cum ore conticeamus, tacentes clamamus. Desiderium enim pauperum exaudiuit dominus, & desideria cordis eorum audiuit auris tua.

Ac deferet ad filios Aaron sacerdotis.

Uti iam supra ostensum est, per filios Aaron, aut doctores animarum, aut quilibet intelliguntur fideles. Primo intellectu simila nostra ad filios Aaron deferenda, & per eos offerenda est: quia subditorum uirtutes, prælatorum doctrina informanda, iudicio examinanda, orationibusque commendanda sunt. Ut autem in filiis Aaron omne electorum genus accipiamus, idcirco oblationes dominicee per filios Aaron iubentur offerri, ut exit de aduertere liceat, nullius oblationem à deo accipi, nisi summam sacerdotis nostri per bonam conscientiam & fidem non fictam, filius efficiatur. Offerentes, ait beatus Petrus, spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Quod autem hostiam suam per Christum acceptari confidit, qui à membris illius alienus exiit: igitur similes huius oblatio, ad filios Aaron per eos domino presentanda deferat: ut nos, si puritatem mentis nostre accepta deo fieri uolumus, in membris Christi, qui summus nobis est pontifex, numerari curemus. Quorum unus, inquit, tollet pugillum

plenum similes & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suauissimum domino. Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini.

Vnus iste filius Aaron, Christum designat, qui de stirpe Aaron ad nos exiit. Ipse enim de utraque tribu, sacerdotali scilicet & regia, carnis originem traxit. Testatur hoc euangelista, qui Mariam Elisabeth cognatam fuisse perhibuit. Utraque enim hæc tribus, cognatione semper adiuuicem probatur esse coniuncta, datis nuptum fecerunt de tribu in tribu. Nam ipsum Aaron legitimus uxorem duxisse Elisabeth filiam Aminadab, qui iude abnepos fuit, ex qua quatuor genuit filios, & exinde tota sacerdotalis tribus descendit. Sic & regum tempore, Ioia summus pontifex filiam soram regis in coniugem accepit. Dominus itaque sicut David proies, sic etiam Aaron fuit: unde ipse quoque uerus & rex & pontifex ad nos processit. Vnus ergo ex filiis Aaron, unus, quia singularis dilectus est enim (ait) meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Vnus itaque ex filiis Aaron, tollet pugillum plenum similes & olei, & incendet coram domino: reliquum autem erit Aaron & filiorum eius. Anima que per spiritum sancti gratiam ueræ dilectionis pinguedine concepit, partitur in duo, cum & deum diligere discit & proximum. Inde est quod dominus in euangelio: Diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo. Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hinc est quod coccus qui in ueste sacerdotali ponendus erat, bis tingi præcipitur: quia sancti amoris flamma in sanctorum cordibus geminatur. Hinc est quod Eusebius à magistro admonitus, ut quod uellet peteret, eundem magistri sui spiritum in se duplicari petijt. Peto, inquit, ut fiat spiritus tuus duplex in me. ut liquido daretur intelligi, quia quicumque sanctorum spiritum possident, nec deum sine proximo, nec proximum diligunt sine deo. Hanc igitur charitatis distinctionem etiam hic licet aduertere, cum similes huius pars in altari domino concremat, pars uero alia Aaron filiorumque eius usus deputat. Aliquod enim deo uacandum, aliquod autem proximo, si quod possumus utilitatis, uerbo uel facto conferendum est. De prima igitur parte sic dicit: Toller unus ex filiis Aaron pugillum plenum similes & olei, ac totum thus: & ponet memoriale super altare, in odorem suauissimum domino. Notandum quod similes pars sola, thus uero non pars, sed ipsum thus totum domino incendi præcipit.

Luce. 1.

Exod. 6.

2. Par. 12.

1. Cor. 13.

Matt. 22. Mar. 12.

Exo. 25.

4. Re. 21.



Orationis enim sacrificium, nō nisi domino soli offerendum est. Nam & sancti rogantur à nobis, non tamen ut nos ipsi saluent: domini siquidem est salus uerum ut nobis salutem impetrent, postulantur. Alioqui maledictus qui spem suam ponit in homine. Hæc est igitur latria quæ soli debetur deo, adorandi & sacrificandi deuotio. Nempe ab illo solo salus humana & petenda & speranda est. Similæ uero partem cum oleo ille filius Aaron manu stringit, & concremandum altari imponit: quia Christi dexteræ suæ uirtute, mentis nostræ infirmitatem à multiplici terrena cogitationum colligit, & collectam extollit: ut spiritu illius adiuti, salutem ad horam in oratione domino astare, & compunctionis igne coram ipso ardere possimus. Neque enim simul partem mediam, sed tantum pugillum plenum in altari cremari præcepit: ut intelligamus hanc uirtutem orationis potentiam, nec ipsi perfectioribus nisi raro posse conferri. Pars igitur illa manu stringitur ut domino offeratur: quia mens nostra confrecta, leuatur: sparsa uero, ad imā relabitur. Hinc propheta lezechiel in quadam sua uisione: Emissa, inquit, similitudo manus apprehendit me in cincinni capitis mei, & leuauit me spiritus. Quid enim per cincinnum capitis, in quo capillorum multitudo coglobatur, nisi cogitationum nostrarum aduatio designatur? Propheta igitur per cincinnum apprehensus & leuatus est: quia quisquis multitudinē corporeorū phantasmatum à se abicere, & mentem suam constringere non negligit, manu superni adiutorij ad altiora conscendit. Hinc etiam in canticis: Quæ est, inquit, ista quæ ascendit per desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus? Sancta quippe anima sicut fumi uirgula, ex aromatibus ascendit: quia ex uirtutibus in interni quotidie incensi rectitudinē proficit: nec sparsa per cogitationes defluit, sed sese intra arcana cordis in rigoris uirga constingit. Filius ergo Aaron partem simillæ nostræ pugillo claudit, & altari imponit: quia Christus uirtute sua, mentis nostræ dispersionem à terra colligit: & constriictam, ad superna sustollit. Sed notandum quod dicitur, [ponet memoriale super altare in odore suauissimū domino.] De hac quippe oblatione in Ecclesiastico legitur: Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam illius nō obliuiscetur deus. Multi est enim apud deū meritum, cordis contritio & compunctio lachrymarum: quia sacrificium deo spiritus contribulatus, & cor contritum & humiliatum deus non spernit. Lachrymæ sunt, quæ Samuelis ortum imperauerunt: quæ aperuerunt Thobiaz oculos, & à nuru eius demoniū excluderunt. Ipsæ sunt, per quas Mariæ Magdale-

Psal. 5. 16. 17.

Leze. 8.

Cant. 5.

Ecci. 35.

Psal. 50.

1. Reg. 1.

Thob. 11.

Thob. 8.

Luce. 7.

næ crimina sub unius horæ momento deleta sunt: & de quibus, illius doctoris nostri Augustini genitrici respōsum est: Vade, ait sanctus ille, à me o mulier, sic uias, fieri non potest ut filius harum lachrymarum pereat. Quod si plene potentiam lachrymarum comprehendere uis, euangelicam recole historiam: ubi legimus, post mortem Lazari, cum dominus uenisset Bethaniam, Martham ei obuiam fuisse, quæ de fratris morte apud eum conquerens, resurrectionis illius à domino promissionem accepit. Denique uocata Maria, affuit: & corruens ad pedes Iesu. Domine, inquit, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Iesus autem uidens eam plorantem, fremuit spiritu, & turbauit seipsum, & ait: Vbi posuistis eum? Dicit ei: Domine, ueni & uide. Et lachrymatus est Iesus. O uis, o potentia lachrymarum, quæ cæli ac terræ dominum, eum qui angelorum hominumque lætitia est, ad lachrymandi humilitatem infirmitatemque deposuerunt. Maria uero, uitæ contemplatiuæ & eorum qui charitatis flamma erga deum ardent, figuram gerit. De illa prope dictum est: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et, Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab eā. Denique totam euangelij retexerunt historiam, & nūquam domini Iesu lachrymarum reperiunt, nisi hic cum Mariæ ploranti compatitur, seu cum miseræ ciuitatis excidium prænucciante refertur. Ponet ergo, inquit, memoriale coram domino. Non enim frustra audiet deus, & omnipotens clamorem pauperū futurorum non obliuiscitur. Est autem ualde necessarium, ut cum de nobis in compunctione afficimur, etiam proximorum uitam zelamus. Sic ergo amaritudo compunctionis afficiat, ut tamen à proximorum sollicitudine non auertat. Quid enim prodest, si amantes nosmetipsos, & relinquimus proximis? Hoc est itaque quod subiungitur: [Quod aut reliquū erit de sacrificio, erit Aaron & filiorū eius.] Noster quippe Aaron, dominus scilicet Iesus, ad se refert, quicquid filijs suis, minimis uidelicet ministris suis, dilectionis & piæ sollicitudinis uiderit impensum. Vnde ipse in iudicio dicitur: Quādiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. [Sanctum sanctorū, inquit, de oblationibus dñi.] Notandum quia etiam pars illa quæ Aaron filijsque eius relinquitur, inter oblationes dñi computatur. Cum enim fratribus obsequia nostra pie impendimus, in hoc ipso dño seruimus. Sed de simillæ oblatione hæc dicta sunt. Transit uero lex ad ea quæ de similla fieri solent, & tria ponit sacrificia, de clibano, de sartagine, & de craticula. Et primi quidē legisatio hæc est.

Iob. 4. 11.

Luce. 7.

Luce. 10.

Iob. 11.

Luce. 19.

Iob. 35.

Psal. 5.

Mat. 26.

Mat. 14.

Mat. 25.

Mat. 8.

Luce. 9.

Iob. 11. 15.

De sacrificio cocto in clibano. Caput V.



Vm autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet absque fermento, con-

spersos oleo.

Spissua & quasi imperfecta oratio ista est. Nihil quippe de hoc sacrificio lex amplius loquitur, sed sartaginis sacrificium pertinens subinfertur. In intellectu itaque perficienda, sicque legendum est: Cum obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet absque fermento offerre poteris, id est, si ex his quæ de simila fiunt, quicquam offerre uolueris, hæc tibi prima suppetit oblatio, Panes poteris offerre. Sed quod panes post similam? Quæ inquit est ista consequentia, ut post oblationem simillæ, cui oleum superfusum est, panes quoque precipiantur offerri? Si scire uolueris, huius etiam oblationis sacramentum aduerte. Non enim post holocausta bouis seu auium, panum subintulit sacrificium, sed illis similam oleo superfusam annexit, & subsequenter sacrificium in clibano coctum ordinauit. Quid namque per clibanū, qui sibi commissa æstu & ardoris nimietate inuoluit, nisi pressura huius mundi & tribulatio, fideles undique coangustas, intelligitur? De qua ex persona martyrum Psalmista canit: Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine domini ga ultus sum in eos. Circumdantes circumdederunt me, & circumdederunt me sicut apes. Hæc uero temptationis nimietas, perfectis quidem probatio, infirmis uero subuersio est. Quod in ipso apostolorum principe manifestissime apparet, quæ ante olei superfusionem, ante spiritus sanctificationem, ad ancillæ uocem extimuit: & mortem timens, uitam negauit. Post acceptum uero spiritus donū, nec ipsos principes reueretur: sed denunciantibus illis ne in nomine Iesu cuiquam loquat, constanter respondet: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Non igitur statim post sanctæ operationis initium, post intellectæ ueritatis illuminationem, caminus tribulationis admittendus est, sed robur spiritus petendum & expectandum, ne quod pfectis fit uiuendi occasio, imperfectis fiat presumptionis subuersio. Nam ante passionem suam dominus cum discipulorum corda ab hominum errore tulisset, & quid de filio hominis credere deberent eis insinuasset, scriptum est quia tunc præcepit eis, ut nemini dicerent quod ipse esset Christus Iesus. Nondum enim ad sustinenda idonei erant, quæ pro nominis huius confessione pati oportebat. Vnde & Petro, eadem iam imminente passione, dictū est: Quo ego uado, non potes me modo sequi: sequeris aut postea, sed & omni-

Clibanus

Psal. 117.

Mat. 26.

Mat. 14.

Actu. 5.

Mat. 8.

Luce. 9.

Iob. 11. 15.

De sacrificio cocto in clibano. Caput V.

bus illis post resurrectionem suam: Sedete, inquit, in ciuitate, quoad usque induamini uirtute ex alto. De cuius uirtutis repromissione: Cum autem uenerit, ait, paraclitus, quæ ego mittam uobis à patre, ille testimonium perhibebit de me. Adueniēte quippe spiritu, cum augmento diuinæ agnitionis, data est eis constantia uincendæ humanæ persecutionis. Et tunc, inquit, uos testimonium perhibebitis. Quæ enim spiritu intus docente perceperunt, hæc abiecto timore pristino, foris loquendo & alijs ministrabant. Antequam ergo similla nostra clibani incēdij committatur, oleo superfundenda est: quia nisi mens humana uirtute spiritus antea solidetur, igne tribulationis admoto, non coqui poterit, sed consumi. Ergo post impinguatam similam panes, quæ supra dictum est ratione, subinfertur: [cum obtuleris, inquit, sacrificium coctum in clibano, panes scilicet absque fermento, conspersos oleo.] Notandum quæ quicquid passionis clibano examinant, panes dicti sunt: quod uirtute constantie roborati, & quasi Christi cibus effecti, post tribulationis clibanū, in corpus illius celestis (id est, in societate angelicam) trāsferuntur. Vnde Irenæus Lugdunensis, de inclyto martyre loquens Ignatio: Sicut dixit, inquit, quidam ex nostris, pro martyrio Christi dānatus ad bestias: Frumentum ego sum dei, bestiarum dentibus molar, ut panis mundus efficiar. In panibus ergo duo lex seruari præcepit, ut scilicet absque fermento sit & oleo conspersi. Scriptum est: Non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitie. Fermentum itaque uetus, fermentum peccati hic accipe. Nam beatus Petrus fidelibus loquens: Nemo, inquit, uestrum patiat quæsi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alieno appetitor. Si autem ut Christianus nō erubescat. Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Panes ergo quos deo offerimus, absque fermento sint: ut cum mala ab hominibus patimur, non reatus criminis uindicetur in nobis, sed fidei pietas impugnetur. [Consperos (inquit) oleo.] Testatur nempe Apostolus: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Dehinc sacrificium de sartagine, subiungitur his uerbis:

Luce. 24.

Iob. 15.

Iob. 15.

In epistola Ignatii ad Romanos.

1. Cor. 5.

1. Pet. 4.

Matt. 5.

1. Cor. 13.

De sacrificio sartaginis. Caput VI.



Tlagana azyma, oleo lita. Sensus ad superiora respicit. Præmiserat enim: [Cum obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet absque fermento.] Quæ sic intelleximus: Si de simila offerre uolueris sacrificium, aut coctum in clibano, de sartagine, siue etiam de craticula offeres:

cum obtuleris costum in clibano, panes offe res absq; fermento. Nunc autem subdit, [Et lagana azyma.] Tanquam diceret: De simi la non solum panes, sed etiam lagana offer re poteris. Sequitur:

Si oblatio tua fuerit de sartagine,

Id est, si eadem lagana obtuleris, de pani bus siquidem nihil amplius loquitur.

Similæ, inquit, cõsperlæ oleo & abs que fermento, diuides eadem minu tatum, & fundes eam supra oleum.

Per sartagine[m], metum fruxura intelligi tur. Quid autem ita sanctorum mentes, ut ze lus domini frigit & ex cruciat? De hac sarta gine ad lezechielem dicitur: Et tu sume tibi sartagine[m] ferream, & pones eam muri fer reum, inter te & inter ciuitatem. Sartago em ferrea, murus ferreus inter prophetam & ci uitatem ponitur: quia cum nunc fortem ze lum doctores exhibent, eundem zelum post modum inter se & auditores suos fortẽ munitionem tenent: ne tunc ad uindictam desti tuti sint, si nunc fuerint in correptione disso luti. Merito ergo post olei superfusionem, de simila hac non solum clibani, sed etiam sarta ginis formatur oblatio: quia idem spiritus qui tempore belli, cum ad huc fidei pietas ab infidelibus impugnaretur, patientiæ uirtutẽ in tribulationis camino sanctis præbuit: ipse tempore pacis eccliaistica, contra peccan tium uitia zelum eorum accendit. Vnde iux ta utriusque temporis rationem, uoce Psal mistæ sancta ecclia, cum quid ab infideli bus passa sit, præmisisset: Multi, inquit, qui persequuntur me & tribulant me, a testimo nijs tuis non declinaui: protinus etiam qua liter fidelium erroribus succenseat, subdidit dicens: Vidi præuaricantes, & tabellebam, quia eloquia tua non custo dierunt. Igitur si oblatio tua fuerit de sartagine, simila erit cõ sperlæ oleo. Sancti enim doctores cum uer ba asperæ increpationis mouent, charitatis amore læuiunt, non inflatione elationis intumescunt. Mori namq; pro eis parati sunt, quos quasi usque ad mortem læuientes affligunt. Peruersi uero pastores nonnunquam cum p increpationis zelum subditorum uitia corri gere uidentur, si qd ab eis forte perpepsi sunt, iniurias suas occulte uindictã: & pietatis spe ciem prætendentes, interioris furoris stimu lis excitantur. De quibus per prophetam di citur: Et si quis non dederit in ore eorum op piam, sanctificauit super eum prælium. Nisi enim à subditis cupiditati eorũ feruatur ad uotum, aliqua crimina eis obijcientes, quasi zelo diuino succensi, subditos persequuntur: & malitiæ suæ deseruientes, pietatis imagine palliantur. Quo contra de simila hac subiun

lezech. 4.

Psal. 118.

Ibidem

Nich. 3.

gitur: [ & absq; fermento. ] Legifator no ster cum contra præpositi superbiam, abba tis zelum accenderet, & eum si incorrigibi lis esset, de monasterio eñci præcepisset: de cauenda tamen fermenti mixtura admone re illum curauit, dicens: Cogit tamen ab bas, de omnib; iudicijs suis se deo redditurũ rationẽ, ne forte zeli aut inuidiæ flamma urat aiam. Sitigit simila quæ in sartagine frigitur, oleo consperla, ut doctoris asperitas ex dile ctionis radice confurgat: sit absq; fermento, ut in interioribus suis malitię peit em nõ abs condar. Sed norandũ, quod non solum oleo conspergi, sed & superluniri præcipitur, cum præmittitur: [ Et lagana azyma, lita oleo. ] Lenitas quippe mansuetudinis non solum in corde esse, uerumetiam in corruptis uer bis foris apparere debet: ut uidelicet ille qui corripitur, tanto libentius diligentis uulne ra suscipiat, quanto ob utilitatem suam omnia fieri non igno rat. Fiat ergo quod per quen dam sapientem dicitur: Obiurgationi semp aliquid blanditiæ admisce. Hanc corripiendi formam Apostolus nobis in seipso represen tat, cum Galatas arguens, nunc in eos acrius inuehitur, nunc uero eis paterna pietate blan dit: O infensati, inquit, Galatas, quis uos faci nauit ueritati nõ obedire? Et post pauca: Sic stulti estis, ut cum spiritu cõperitis, nũc car ne consummemini? Sed post huius increpa tionis asperitatem, qua eorum dilectione ad huiusmodi uerba descenderit, eis minime ra cuit, cum subiunxit: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Et: fratres, obsecro uos, nihil me læsistis. La gana ergo nostra non solum oleo consper sa, uerumetiam oleo lita esse debet: ut scilicet doctoris mens, de eius qui corripitur dilecti one non tantum sibi conlucia, sed & auditori bus aliquorum uerborum interpositione fiat manifesta. Quam bonum est, ait filij Sirach, correptum manifestare penitentiam: sic em effugies uoluntarium peccatum. Hoc igitur sit, cum peccator corripientis se mansue tudine comperta, eius piam indignationem gratanter amplectitur: & increpationem dili gens, aduersus reatum suum in iracundiam suscitatur. Sic enim, inquit, effigies uoluntarium peccatum. Ergo si uiolenta & contume liosa adhibeatur increpatione, licet ad tempus propter timorem, operis prauu fiat intermis sio, uoluntatis tamẽ prauæ non sequetur mu tatio. Sed de simila nostra quæ adhuc præcipian tur, attendamus. [ Diuides eam minutatim. ] Sæpius contingit, ut cum doctor ad increpa tionis uerba descenderit, modum excedat: & acrius quam oportuit delinquentem obiur gans, cũ sanare debuerit, amplius lædat. Vnde & lex eius inducit parabolam, quic um proximo simpliciter ad cædenda ligna in syl

Benedi ctus.

Gala. 3. Ibidem

Gala. 4. Ibidem

Ecc. 10.

Ecc. 20.

Deut. 19.

wam pergit: & ferro de manubrio egredien te, proximum occidit. Cui etiam locum ad quem cõfugere debeat, designat. Cum pro ximo implicitur in syluam pergitur, cum pia intentione ad discutienda proximorum uitia nos conuertimus. Ligna cædimus, cum eorum erratus increpamus. Ferrum de ma nubrio fugit, cum increpatione modum trãsit. Proximus occiditur, quia charitas in eo ex tinguitur. Simila igitur minutatim diuiden da est, ut zelus nostri impetus temperetur: & singula uerba nostra examinantes, ne quid contumeliose, ne quid immoderatus profes ramus, sollicitius perpedamus. Auctor Roma næ eloquentiæ quid de his fenserit, si diuinis inferamus eloquijs, non incongruum uideri existimo. Nimirum cũ omnis sapientia à do mino deo sit, etiam illi qui perfectam dei co gnitionem minime habuerit, dei tamen mu nere illuminati, quod ueritatis attingere po tuerunt, nobis uilius quàm sibi, scriptum re liquerunt. Ait ergo: Obiurgationes nonnun quam incidunt necessariæ: in quibus utendũ fortasse & uocis contentione maiore, & uer borum grauitate acriore. Id agendum etiam, ut ne ea facere uideamur irati. Sed ut ad urẽ dum & secandum, sic ad hoc genus castigandi, raro inuitijs ueniamus: nec unquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul ab sit, cum qua nihil re cte fieri, nihil considerate potest. Magna au tem ex parte clementi castigacione licet uti, grauitate tamen adiuncta: ut & seueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Ac etiam illud ipsum quod acerbatis habet obiurga tio, significandum est, ipsius id causa qui obiurgatur, esse susceptum. Idem alibi: Omnis, inquit, animaduërto & castigatio, contume lia uacare debet. Diligentur gentilis huius uerbis consideratis, perspicuum fiet, quomo do simila nostra oleum mansuetudinis nõ so lum intus habere, sed etiam foris ostendere debeat: qualiter iræ fermẽtum repellendum, & in ipsa obiurgacione cũ qua cautela & mo deratione agendum sit. Reiat propositi cap ituli particula nouissima, in qua prædictis simila: minutijs oleum iubetur superfundi. Quid igitur hæc olei in extremo superfusio, nisi pietatis & dulcedinis abundantiam signi ficat. Necessè est quippe, ut post increpationis acerbicatem, post disciplinæ districtiõnẽ, mens ægra uerborum iaculis confossa, si eius correptio & digna reatus sui penitentia ap paruerit, pastoris clementia refouetur: ut si quid forte rancoris contra ipsum pastore inter uerba asperitatis contraxerat, fomẽtis sub sequentibus aboleatur. Redi ad Apostolum. Cum ad Corinthios scribens, super eius im munditia qui noueram suam coniugem fe

Cicero.

Ecc. 1.

1. Offi. 52.

1. Offi. 32.

Ecc. 20.

1. Cor. 5.

inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qua lis nec inter gentes, ita ut uxorẽ patris suali quis habeat. Dehinc eum ipsum anathema tis sententia feriens: Ego, inquit, absens cor pore, præfens autem spiritu, iam iudicauit ut præfens, cũ qui sic operatus est, tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis. In secun da uero epistola, cum & eorum luctum & il lius penitentia cognouisset, paterna eos re fouet pietate, dicens: Cui aliquid donastis, & ego. Sufficit ei qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ sit à pluribus, ita ut econtra magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat. Propter quod obse cro uos, ut confirmetis in eo charitatem. Ec ce hoc est oleum superfundere, menti faucia post zeli austeritatem blandimentorum fo menta adhibere. Hæc de sartaginis sacrificio si paulo latius disserim, nemini onerosum sit. Res etenim diligenti indigēs discussione, tractabat: in qua qui non à recto tramite ex orbitet, uix aliquis inuenitur. Iam craticulæ oblationem paucis explicabimus.

Ibidem

2. Cor. 13.

Sacrificium de craticula. Caput VII.



I autem de craticula sa crificium æquæ simila, Id est, si obtuleris sacrificium de craticula, quod sicut cæte ra, de simila fiat, oleo con

1. Cor. 13. non dicitur esse uulgata editio.

spergetur.

Craticulæ ignis non undiq; inuoluit, cli bani more: sed inferius superposita torret. Sancti igitur doctores cum uitia subditorum redarguunt, & prauæ eorum obuiant uolun tati: si quid molestiæ ab eis sustinent uerbo contumelioso, seu substantiæ temporalis ali qua diminutione, quasi craticulæ adustionẽ patiuntur. Sed & quilibet fideles, cum seu à prauis hominibus, seu ab inuisibilibus inimi cis, siue etiam uoluntate & deliberatione p pria, dum carnem mortificant, & seiplos as stigunt, medio cre aliquid sustinent, quod nõ nimis opprimat, nec patientiæ humanæ uires excedat, craticula est: cui suppositi, æstu lento quidem, sed assiduo fatigantur. Hæc er go simila huiusmodi igne torrenda, iubetur oleo cõspergi. Cauendum etenim est, ne cha ritas nostra molestiarum assiduitate fatigata, aut erga deum cuius dispositione hæc pati mur, aut erga homines à quibus hæc patimur, extinguatur.

Quam offeret domino, tradens manibus sacerdotis.

Cur nostra oblatio manibus sacerdotis offerenda tradatur, iam supra expositum est. Qui cum obtulerit eam, tollet me moriale de sacrificio, & adolebit su

per altare in odorem suauitatis domino. Quicquid autem relinquitur, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini.

Quod de hac tertia dicitur, etiam de duabus precedentibus oblationibus accipiendum est: ut pars scilicet earum super altare domino incedatur, pars uero reliqua Aaron filiisque eius feruetur. Ut enim de cibariis sacrificio prius agam, sancti martyres partim pro diuina fide, partim uero pro fraterna utilitate passionis tormenta sustinuerunt. Vide martyrem propter deum patientem, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: In hoc laboramus & maledicimur, quia speramus in deum uiuum. Agnosceis cuius hanc uerba sint. Ipse & pro fratribus se pati ostendit, cum dicit: Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur. Zeli quoque spiritualis eadem reperitur distinctio. Quæris hominem ad diuinas iniurias impatientem? Recole uoces Eliæ: Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filiis Israel. Phinees quoque zelando zelum dei, accepit testamentum sacerdotii æterni. Quæ & si aliquem quæris de proximorum profectibus sollicitum, Paulus occurrat. Aemulor, inquit, uos dei æmulatione. Et, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? In craticula quoque sacrificio eadem reperies. Nam quotidianis afflictionibus aut spiritu sancto templum in nobismet ipsis paramus, aut fraternis utilitatibus in aliquo consulimus. Castigo corpus meum, ait beatus Apostolus, & in seruitutem redigo, ne forte alius prædicans, ipse reprobus efficiar. Sed & sancti doctores, seu quilibet fideles, idcirco in ecclesia carnalium mores portant, ut correptos eos, si fieri possit, quandoque socios habeant. Nunc sequentia uideamus.

Omnis oblatio quæ offertur domino, absque fermento fiet.

Impugnat seipsam legis litera. In frequentibus quippe, panes fermentati præcipiuntur offerri. Sed nimirum uerba literæ dum collata sibi conuenire nequeunt, aliud in se aliquid quod queratur, ostendunt. Acti quibusdam uocibus dicant: Dum nostra nos conspiciunt superficie destrui, hoc in nobis quærite: quod ordinasti sibi congruens, apud nos ualeat intus inueniri. Ad spirituale igitur intelligentiam confugiamus. Vbi enim litera soluitur, spiritus stat: quia hic aliud, ibi uero aliud fermentum significat. [Omnis, inquit, oblatio quæ offertur domino, absque fermento fiet.] Manifestum est, & eam quæ de craticula offertur, quamuis ibi dictum non sit, oblationem hanc comprehendit. Sicut igitur

ista habuit sacrificij partitionem, quæ precedentibus refunderetur: ita & illæ habuerunt absque fermento, quod in sensu huic superfluum deretur. Et ipsa itaque, ut ceteræ, sine fermento esse debet. Nam & à malis hominibus cum affligimur, uidendum est ne forte improbitate nostra hoc ipsum patiamur. Antiqui quoque hostis seuitiam experientes, timendum nobis est, ne iusti iudicis iustitiam accusemus, & murmuratiōis malo interius corrumpamur. Sed & in carnis maceratione inanis gloria corruptela uitanda est, iuxta illud dominicum: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes.

Mel & fermentum prohibetur a sacrificio. Caput VIII.

**M**el quicquam fermenti aut mellis adolebitur in sacrificio domini.

Mel, dulcedo spiritualis non nunquam intelligitur, ut est illud Salomonis: Comede filii mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum inuenieris, habebis spem in nouissimis, & spes tua non peribit. Hic uero, cum lex à domini sacrificio mel repellat, uoluptas carnalis accipienda est, quæ domino placere non potest. Qui enim (ait Apostolus) in carne sunt, deo placere non possunt. Quicquid igitur illud est, unde nos posse placere præsumimus: sicut malitiæ peste uacui, sic à uoluptate carnis fieri debet extraneum. Quæ enim iam hic fecerim carnem non delectat, qua fronte retributionem diuinam in futuro expectat? Difficile uero est intellectu quod subiungitur:

Primitias tantum eorum offeretis et munera. super altare uero non ponentur in odorem suauitatis.

Quid namque est, quod dominus eorum etiam quæ despicit, primitias muneraque non respuit? Explicemus, ut poterimus. Si cui quod uerius sit eluxerit, nullum à nobis præiudicium sustinebit. Siquidem obscuram nobis uideri sententiam non negamus. Iuxta ergo præmissam fermenti figuram, uideamus quomodo fermenti primitiæ & munera domino offeruntur: cum tamen ipsum nec altari imponi, nec odorem suauitatis domino ualeat exhibere. Sæpe contingit, ut quod bona intentione incipitur, dum minus cauemus, in uitium conuertatur. Sæpe enim bono operi dum laus humana obuiat, meritem operantis immutat. Sæpe se bene inchoare iustitiæ nostræ ex latere ira subiungit: & dum zelo rectitudinis immoderatus mentem turbat,

cunctam quietis intimæ salutem fauciat. Fermentum itaque iræ seu inanis gloriæ, per se quidem placere non potest: ad obtinendam tamen ueniam, primordia sua prætereundum potest & quasi primitias offerre. Excusabilis enim fit culpa, ad quam non deliberando accedimus, sed per ignorantiam & infirmitatē declinamus. Amici beati Iob, bona quidem intentione ad consolandum eum uenerant: sed hoc quod pia mens mundum deo obtulit, locutio præcipitata uitiauit. Quia tamen studij & rectæ fuerant intentionis, per eum postea in quem exceperant, reconciliari meruerunt. Beatus Apostolus de seipso fatetur: Non sum dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Sed huius fermenti, crudelitatis scilicet tantæ, quomodo deo primitias offerat, & pie intentionis merito te ueniam obtinuisse testetur, audiamus: Misericordiam consecutus sum, ait, quia ignorans feci in incredulitate. Zelo quippe dei mouebatur: & quod contra deum agebat, propter deum se facere estimabat. Munera quoque de fermento offeruntur domino, cum aliquis uisus seu etiam rapinis & furtis assuetus, denuo compunctus misericorditer erogat, quod crudeliter aggregauit. Si enim conuersus egerit penitentiam, & reatus sui medicinam à te quaesierit: quid tædem dabis ei consilij, nisi ut amicis faciat sibi de manu in iniquitatis: & si non inuenit quibus reddat quod rapuit, bene ipse distribuatur quod male usurpauit? Quæ tamen munera non eius sunt meriti, quomodo si de iustis laboribus daretur elemosyna. sufficit eis, ut præteritæ rapacitatis dignam satisfactionem obtineant. Hoc est quod dicere uidetur: [Primitias tantum & munera offeretis. super altare uero non imponentur in odorem suauitatis.] Mellis quoque primitias domino offerre possumus, cum (uerbi gratia) simplici oculo edēdi usum suscipientes, ut scilicet ad deo seruendum uires corpori præbeamus, repente in uoluptatem lapsi, gula desiderio fatiscimus. Inde igitur uenialis iste reatus est, quod rectum nostræ intentionis propositum, infirmitas humana detorsit in uitium. Quod si quis infirmus aut animi destinatione licitis utatur uoluptatibus, & delicatioribus cibis se assuescens, gula illecebris feruatur: si eadē delicias suas indigentibus communicet, quasi de melle offert domino munera: quæ tamen suauitatis odore nequaquam domino exhibeant, sed reatum dissolutionis illius ut nunquam excusent. Non enim magni est elemosyna meriti, quæ ex superabundantiæ & cum nimia deliciarum resolutione tribuitur. Illa omnino, illa accepta est, quæ sic indigentibus consulitur, ut & tribuentis nulla indigentia subsequatur. Vnusquisque, ait dominus, ex eo quod abundabat eis, miserunt in gazophylacium: hæc autem pene

omnia quæ habuit misit, totum uictum fuit. Et fermenti itaque & mellis primitias domino muneratque offerimus, cum quædam nostræ reprehensibilia, bonis suis principijs coram domino humiliter excusamus: & si quid perperam consummauimus, postea in uitium uirtutis conuertentes, culpam præcedentem, boni operis subsequentiæ tegimus. Neque fermentum, neque mel coram domino ponitur in altari: quia quod uitiosum est, nunquam à domino poterit approbari.

Ut sal in omni sacrificio ponatur. Caput IX.



Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies.

Sal, prudentiæ & sapientiæ formam habere testatur dominus in euangelio, ubi discipulos suos monet, dicens: Habete sal in uobis, & pacem habete inter uos. Hoc est sal quod Eliseus in aquas Ierichuntinas misit, & sterilitatem earum sanauit. Siquidem conuerentibus uiris ciuitatis illius, quod aquæ eorum pessimæ essent & terra sterilis, dixit ad eos Eliseus: Afferte mihi uas nouum, & mittite in illud sal. Qui cum attulissent, egressus ad fontes aquarum, misit in eos sal, & ait: Hæc dicit dominus, Sanauit aquas has, & non erit in eis ultra mors neque sterilitas. Aquæ illæ steriles, Mosaicæ sunt sanctiones: quarum superficies penè nil habet quod legentem adificet, nil quod deleat. Quæ enim (quæ so) edificatio est, quæ dicitur Moysen præcepisse legimus iugulare arietes, mactare hircos, septima quoque die octi nauisam pati, & renascentem lunam quot mensibus solenniter celebrare? Quid (rogo) habet uoluptatis, quod recens nati infantis membris teneris iubetur uulnus infligi? quod alius oculis priuari, alius manibus triticari iubetur, occidi maledicus, adultera lapidari? Sed afferte, ait, mihi uas nouum, & mittite in illud sal. Tanquam diceret: Cum ad legis lectionem acceditis, cor nouum afferte, & spiritualem uobis intelligentiam à domino impetrate. sic fiet ut in litera occidete, uisam uestram inueniatis: sic fiet ut ex amaris fontibus dulcissimas aquas hauriatis. Præcipit itaque dominus in sacrificio suo sal appone. Quicquid, ait, obtuleris sacrificij, sale condies. Hoc est ergo quod dicitur. Cum magna cautela & sollicitudine domino imperat ministrari. Maledictus enim qui facit opus dei negligenter. Inde est & illud Apostoli: Fratres, obsecro uos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem: rationale obsequium uestrum. Scriptum quippe est: Si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti. Recte autem offerunt, cum recta intentione quid agitur, sed non recte

Sal.

Marc. 9.

Luc. 11.

Aque steriles.

Cor nouum ad legis lectionem adferendum.

tere. 48.

Rom. 12.

auditor, si non hoc quod pie agitur, etiam subtiliter discernatur. Quod nimirum gage re disimulat, etiam recte offerens peccat. Sepe ergo & quod bono studio gerimus, dum discernere caute negligimus, quo iudicetur sine, nescimus: & nonnunquam hoc fit reatus criminis, quod putat causa uirtutis. Hoc discretio sal in sacrificio suo nequaquam profuerant, quorum insulam deuotionem Apostolus reprehendit, dicens: Testimonium illis perhibeo, quod æmulationem dei habet, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiam dei non sunt subiecti. Prima ergo sanctorum discretio est, ne sub boni specie mala perpetrent: secunda, ne uirtutum occasione in uitia declinent. Nonnunquam etenim infidantia uitia, uirtutum speciem sumunt: ut quum immoderata ira, iustitia: & dissoluta remissio, misericordia uult uideri. Saepem cautus timor, humilitas: saepe effrenata superbia, appetit libertas apparere. Sic ex occasione uirtutum uitia oriuntur: uelut cum ex doctrina arrogantia, ex iustitia crudelitas, ex pietate remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine torpor nasci solet. Sanctorum ergo prouida discretio dum sollicite circumquaque conspiciat: primo, ne mala qualibet uirtutis similitudine decepta: secundo uero loco considerat, ne bona incaute faciat. Nullum ergo sacrificium incõditum relinquere oportet, sed sale omnia condicienda sunt. Quo etiam sale, non tacetur. Sequitur enim:

**Nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo.**

Nullus igitur sensui suo se committere debet ad seruitutem domini accedens, sed diuinam cedere autoritati. Fœdus enim dei, testamētum dei dicitur, id est, scriptura sancta tam uetus quam noua. Hoc itaque sale optimo sacrificia nostra sapida reddatur, ut si omnia interiora nostra ad diuinorum præceptorum regulam componamus. Unde dominus per Moysen filijs Israel præcepit, dicens: Non addetis ad uerbum quod uobis loquor, neque auferetis ex eo. Custodite mandata domini dei uestri, quæ ego præcipio uobis. Item: Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquam, nec minuas. Sed & dominus phariseorum superstitionem arguens: Quare, ait, transgredimini mādaturum dei propter traditiones uestras? Hypocrita, bene prophetauit de uobis Isaias, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colit me, docentes doctrinas & mandata hominum. Non igitur auferamus sal fœderis dei nostri de sacrificio nostro: sed diligenter quod præcepit attendentes, quod præcipit, hoc

faciamus: quod autem non præcipit, nec adimplendis præceptis illius in aliquo uile est, tãquam superfluum & superstitiosum in religione repudiemus. Nam & isti sunt rationem quidem habentia sapientia, secundum præcepta & doctrinas hominum, damnat tamē ea Apostolus, & contemnenda pronunciat. Non igitur, inquit, auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. Sed quia de sacrificijs solis hoc præceperat, nunc de omni opere tuo quod domino offers, generaliter concludit, dicens: **In omni oblatione tua offeres sal.**

Placere enim deo non poterit, quod non ad normam uoluntatis eius correctum fuerit. Nam si in rebus humanis tanta cautela agendum, admonuit quidam de mundi huius sapientibus, ut diceret, Omnis actio temeritate & negligentia uacare debet: quid de dei rebus æstimandum est? Sed de similia sacrificijs hucusque sufficiat.

*De primitijs frugum quæ offeruntur domino.*  
Capitulum X.

**In autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de spicis adhuc uiuentibus, torrebis eas igni, & confringes eas in morem farris.**

Omnibus notum est, non nisi de maturis segetibus similia fieri solere. His ergo quæ de similia sunt, sacrificijs pertractatis: nec illud omittitur, quod de eisdem segetibus ante maturitatem domino offertur. Sciendum uero quod primitiæ dicuntur & fructus primitiui, & quod de eisdem iam ad aream congregatis, antequam in humanos cedat usus, primitus in domini sumitur oblatiõem. Hic autem primitiæ primi fructus dicuntur. Munus ergo primitiarum si obtuleris domino, torrebis eas igni, & confringes in morem farris. Far legimus genus esse segetis, tritico similis: quæ qualiter excuti solet, nobis incognitum est. Lex tamen non diceret, ut in morem farris primitiæ torrerentur & frangerentur, nisi hanc farris consuetudinem esse cognosceret. Quicquid autem illud sit, quod iuxta literam dicitur in morem farris: ad mysterij indagatiõem satis est, quod spicæ igne torreret & confringi iubetur. Quia enim per similia sacrificia, perfectorum & eorum qui iam sunt moribus maturi, uirtutes legislator descriperat: nunc ad eos etiam stylum uertit, qui teneri adhuc in uia domini & recetes, iter tamen perfectiõnis ingrediuntur. Horum itaque rudimēta in format, qua disciplina se regere, & qua humilitate & patientia principia sua domino debeant commendare. Dicit ergo: [Si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de spicis adhuc uiuentibus, torrebis

et igni, & confringes in morem farris. Notum est, quia spicæ uiuentis, nisi igni adustæ & confractæ, palearum intermenta minime deponunt. In hunc modum nec mentes neophytorum, desideriorum carnalium humoribus adhuc grauidæ, absque tribulatiõis igne & propriæ uoluntatis confractiõne, mundanorum affectuum paleas minime à se abijciunt. Nam adustionis ignem sibi adhibent, cum abstinentia corpus affligunt, laboribus subdunt, uigilijs frigidibusque fatigant. Ad huius rei exemplum, dominus mox baptizatus, quadraginta diebus ieiunauit: & populus ille antiquus de Aegypto uetus, eremi uasitate & solitudinis illius ardore, quadraginta annis sustinuit. Spicarum autem confractiõ, in propria uoluntatis abrenunciatiõne consistit. Confringit enim homo seipsum, quando suis uoluntatibus contradicit: & non suo, sed alteri arbitrio uiuere incipit. Legis latorem nostrum hic respiciam, qui quod Moyses depinxit in frugibus, in moribus expressit. Hic igitur cum continentium & perfectam uiam arripientium rudimēta imbueret, quasi ignem spicis uiuentibus adhibens, in primo gradu timorem dei & carnalium desideriorum castigationem proponit: secundo & tertio, de earum confractiõne nos admonens: Secundus, inquit, humilitatis gradus est, si propriam quis non amans uoluntatem, desideria sua non delectetur implere. Tertius uero, ut quis pro dei amore omni obedientia se subdat maiori, imitans dominum de quo dicit Apostolus: Factus obediens usque ad mortem. Sequitur in lege:

**Et sic offeres primitias tuas domino super fides oleum, & thus impones, quia oblatiõ domini est.**

Quid oleum, nisi cordis hilaritatem significat? Unde, Vnxit te, inquit, deus deus tuus oleo lætitiæ. Funde ergo super primitias tuas oleum: ut cum propter deum alterius imperio te subdis, obedientiæ laborem libenter feras. Hilaris enim dator diliget deus. Thus quoque imponere debes, id est, in opus quod aggrederis, diuinum auxilium precibus aliduis impetrare. [quia oblatiõ dñi est.] Ad malum quidem nobis sufficimus, ad bonum uero opus diuino adiutorio semper indigemus. Ait namque deus ille magister: Sine me nihil potestis facere. Prædictus ille pater noster, in primo humilitatis gradu oleum nos superfundere primitijs nostris monet, cum dicit: Bono animo à discipulis obedientiam præberi oportet, quia hilaris dator diliget deus. Nam cum malo animo si obediatur discipulo, & non solum ore, sed etiam in corde si murmurauerit: & si impleat iussione, tamen acceptum non erit deo, quod respicit murmurantis. De thus quoque

impositiõne nos instruit, cum in præfatione operis sui: Ad te, inquit, sermo meus dirigit, quisque abrenunciatis proprijs uoluntatibus, domino Christo uero regi militaturus, obedientiæ fortissima atque præclara arma assumis: in primis, ut quicquid agendum inchoas boni, ab eo perfici instantissima oratiõem deposcas. Liber hic etiam ex scriptura filij Sirach uersiculum unum inferere, & organorum spiritus sancti admirabilem consonantiam commendare. Bono animo, inquit, gloriam reddere deo: & ne minuas primitias manu tuarum. In omni dato hilarem fac uultu tui. Quod hic habes, bono animo gloriam reddere deo: hoc doctor noster dixit, bono animo à discipulis obedientiam præberi oportet. Humana enim humilitas, dei gloria est. Nam contempserat deum homo, quum in paradiso positus, dei præceptum transgressus est. Nunc uero cum propter timorem dei non solum deo imperanti, sed etiam alteri homini humilis se subdit, gloriam deo reddit. Item quod hic legis, ne minuas primitias manuum tuarum: doctor noster exposuit cum ait: cum malo animo si obediatur discipulus, iam acceptum non erit deo. Quid est enim minuere primitias, nisi meritum suum eis detrahere? Finem huius sanctiõnis accipe.

**De qua adolebit sacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti et olei, ac totum thus.**

De parte reliqua cuius sit, non dicitur: sed ex præcedentibus euidenter intelligi datur. Constat enim quia Aaron erat & filiorum eius. Quod igitur & hæc oblatiõ ut sacrificia cetera, in duo partitur, & pars illius deo, pars hominibus ascribitur: euidenter ipse qui cetera, in primo humilitatis gradu exponit. Hæc ipsa, inquit, obedientia tunc acceptabilis erit deo & dulcis hominibus, si quod iubetur, non tepide, non tarde aut cum murmure, uel cum responsione nolentis efficiatur: quia obedientia quæ hominibus præbet, deo exhibetur. Ipse enim dixit: Qui uos audit, me audit. Habeat igitur deus in oblatiõne nostra partem suam, ut per bonam uoluntatem coram ipso mens satisfecerit: habeat & homo suam, ut pro gratia ipsius quod ad eum peruenire poterat, ritum nolentis caueat. Sed hoc aduertendum, quod pars illa quæ deo separatur, in memoriam muneris iubetur offerri. Totum quippe munus nostrum deo commendat, quod in subiectiõnis nostræ humilitate, timoris illius respectum habemus: quod seu cogitatione, seu actione eum maxime offendere formidamus. Alio qui hominibus tantum placuisse, nullius meriti est. Hinc ad hostias pacificas transiunt, primo huius operis nostri libello finem demus.

Idem

Ecc. 35.

Gene. 3.

Ecc. 35.

S. Benedictus.

Luc. 10.

Rom. 10.

Colos. 2.

Matt. 3. & 4.

Ciceronis sententia.

Abbas Benedictus.

Philip. 2.

Primitia

Oleum. Psal. 44.

2. Cor. 9. Thus.

Ioh. 15.

S. Benedictus.

Fœdus dei.

Deut. 4.

Deut. 12.

Matt. 15.

Isai. 29.

Far.



**De boue pacificorum. Caput 1.**

LEVITI  
ei caput  
III.



**V**od si hostia pacificorū fuerit ei oblatio, & de bob<sup>9</sup> uoluerit offerre marē siue fœminā, im-

maculata offeret coram domino.

**Q**uid intersit inter holocausta & hostias pacificas, iam supra expositū est. In holocaustis enim, perfectiorū uita: in hostijs uero pacificis, mediocris conuersatio designat. Sunt quippe nonnulli, qui quāsumma uirtutū fastigia nō ambiāt, offensum tñ deū habere refugiant: indeq; licet bona summa nō expleant, mala tñ summa deuitant. Isti ergo hostias pacificas, seu (ut septuaginta translulerunt) salutare offerunt: quia saluari quidem uolunt, sed sufficit eis si saluentur, quis inter extrema sanctæ ecclesiæ mēbra cōputentur. Hostiarū igitur pacificarū, eadem pene quæ superior, diuisio est. Alia nāq; bouis, alia ouis, alia uero capræ oblationē continet. Bouē immolat, quisquis in seculari uita mundi actibus dedit, de ipsi laboribus suis deo ministrat. Ouem offert, qui laborare non sufficiens, & infirmitate, & aetate, seu etiā paupertate à misericordiæ actibus reuocatus, p̄ solam innocentiam deo placet. Pax enim in terra hominibus bonæ uoluntatis. Sed & capræ hostiam litat, quisquis ueterē conuersationem melioris p̄positi castigatione immutat. Quas duas oblationes, ouis s. & capræ, licet in unā prius redegerit, hic tñ distinguit, ut & utriusq; meritū commendat euidētius, siquidē utrunq; magnū est, & recedere à malo, & facere bonū: & nos de utraque plenius instruamur, q̄lter & innocentia deo cōsecrare, & uita nostra corrigere debeamus. Auiū nulla hic fit mentio, quia cōtēplationis uirtus perfectioribus tribui solet. Nam & si in seculari uita multi sapientiæ & scientiæ diuitijs donati sunt, sciendū tñ, qm̄ abrenunciationis perfectio non in abiectione substantiæ, sed in mentis uirtute consistit. Multi enim non habent & cupiant, multi habent & contemnit: & sunt (sicut dicit Apostolus) qui utuntur hoc mundo tanq̄ non utentes, & possident tanq̄ non possidentes. Isti igitur qui in rebus carnalibus spiritualiter agūt, spiritu sancti charismatibus dignissimi sunt. Alioqui de sapiē-

Pacificæ  
sū hostia  
rum diui  
sio.  
Quis of  
ferat bo  
uem.  
Quis ouē  
Lucæ. 2.  
Quis ca  
pram.

1. Cor. 7.  
2. Cor. 6.

tia loquens Iob, testatur: Quia abyssus dicit, Iob. 28. non est in me: & mare loquitur, non est mecum: nec inuenietur in terra sua uiter uuentium. Verba igitur legis hæc sunt: [Quod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus uoluerit offerre marē siue fœminā, immaculata offeret coram domino.]

**P**onetq; manum super caput uictimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi: fundentq; filij Aarō sacerdotis, sanguinem per circuitum altaris.

Cur hic marē seu fœminam, cum superius marē tm̄ de bubus p̄cepit offerri ratio ibidem reddita est. Sed & oia q̄ in hoc capitulo p̄nunciata, cū iam supra explanata sint, repetere hic nō est necessarium. Sequitur autem:

**E**t offerent de hostia pacificorū in oblationē dñi, adipē qui operit uitalia, & quicquid pinguedinis intrinsecus est. Duos renes cū adipe quo reguntur ilia, & reticulum iecoris cū renunculis. Adolebuntq; ea super altare in holocaustū, lignis igne supposito, in oblationē suauissimi odoris domino.

**A**deps, ut supra ostensum est, affectus non ster est: Qui cū per uaria & noxia distrahit, diuersorū uirtutū noia forsitur. Cum enim ad congregandā pecuniā, auaritia: cū ad corporis sui corruptionē, impudicitia: cū ad pximi læsionē, delectat, malitia: cū uero dñari alijs appetit, supbia noiat. Qui si ad utilitū cōcupiscentiā se cōuertat, uirtutū oim̄ radix & origo ē. Adeps ergo noster, pinguedo s. interna, & laudabilis & reprehensibilis est. Laudabilis, cū in deū tendit: reprehensibilis, cum in corū q̄ carnaliter oblectant, appetitū cadit. Pro bono adipe rogat Psalmista: Sicut adipe, inq̄t, & pinguedine repleatur aia mea. De malo habes in Moyfi cantico: In crassatus est dilectus, & recalcitrauit. Et Isaias: In crassatus est cor populi huius. Affectus ergo noster in uaria distractus, desideriorū turbā & quasi ad ipsū multitudinem parit. Notandū uero qd̄ in hostijs pacificis, adipū pluralitas distinguitur: cū supra in holocaustis simpliciter dictū sit, mēbra quæ caia sunt, desuper ordinātes, caput uidelicet & cuncta quæ adherēt iecori, uno noie adipis cōprehendens. Cor enimulare, per multa partitur: cor ue-

Iob. 28.

Adeps.

Psal. 62.

Deu. 32.

Isai. 4. iuxta lxx.

Leuit. 1.

Luc. 10.

Ibidem  
Psal. 26.

Pinguē  
do intrin  
seca.

Psal. 143.  
Renes  
duo.

ilia.

iecor.  
sanguis.

Isai.

ro qd̄ charitatis igne plenius succensum est, ad unum reuocatur. Hinc dicitur: Martha Martha, sollicita es & turbaris erga plurima. Inde aut, Porro unum est necessariū. Cuius etiam uox est in psalmo: Vnam petij à dño, hæc requirā, ut inhabitem in domo domini. Quatuor uero sunt, quæ in hoc loco lex cōmemorat. Adipem qui operit uitalia, pingue dinem quæ intrinsecus est: dehinc renes cum adipe, quo reguntur ilia, coniungit: quarto reticulum, id est, adipem iecoris, renibus addit. Adeps qui operit uitalia, eum qui ad hanc uitam habetur, affectum significat. Delectat enim nos uiuere: & si fieri posset, ad mortem nos accedere nunquam uellemus. In uitalib<sup>9</sup> uero sedes animæ est, & quasi quoddam uita huius retinaculum. Pinguedo quoq; quæ intrinsecus est, eorum innuit amorem quæ in hac uita possidentur: ut est domus, agri, pecunia, pater & mater, & alij propinqui: quæ omnia in hac uita abundent, & ad uorum suppēt, quasi beatos uidentur facere possidentes. Iam in duobus renibus quid intelligitur, nisi genuina illa uoluptas, quæ ex cōiunctione maris & fœminæ procedit? Hoc & ipse numerus indicat, qd̄ duo sunt renes: ut quasi duarum personarum, ad quas uoluptas illa pertinet, mentionem factam intuearis. His autem adipe quo reguntur ilia, siue (ut alibi dicitur) qui est iuxta ilia, adiungitur. Ilia situ ipso membrorum, genitalibus appropinquant. Adeps igitur iste qui renibus in sacrificio copulatur, uoluptatis illius denotat affectum: qui tamē cum ilia tegere aut illibus iuxta esse describitur, cautela nobis timoris tribuit: ut scilicet cogitemus, quia si mens prauæ concupiscentiæ subditur, non longe est ut etiam corpus prauo operi subternat. Mors etenim secus introitum delectationis posita est. In iecoris uero, i. hepatis reticulo, quid nisi nocendi appetitū accipimus? Hepar siquidem fons sanguinis est. Et quid per sanguinē, nisi crudelitas figurat? Vnde & beatus Gregorius illud Isaiæ sic exponit, ut dicat: Manus uiræ sanguine plene sunt. i. opera crudelitate. Hos igitur omnes adipēs dñs sibi sequestrari, & in altari corā se incendi p̄cipit: ut uidelicet affectus isti in altari mentis diuino igne assumentur, non ut prorsus absumantur, quod proculdubio perfectē beatitudinis eēt: sed ut per creatoris amorē isti affectus, p̄ quos creatura seu licite seu illicite concupiscitur, ad iustum modum mensuramq; legitimam reuocentur. Nam si amatur hæc uita, ab imperfectis nimirum, qui sanguinem suum (quod de aibus supra ostendimus) ad basim altaris nondum transtulerunt: si amant ea quæ in hac uita possidentur, ab illis scilicet qui omnibus renunciare nequaquā sufficiunt: necesse est tamē, ut amorē diuino hæc

omnia post ponantur, ut uidelicet si eo articulo fidelis quilibet constringatur, quo aut ista perdere, aut à deo compellatur recedere, quamuis egre, quamuis cum dolore, malit diuelli ab omnibus, quam pietatis iura apud se uiolare. Qui enim amat patrem aut matrem plusquā me, ait dominus, nō est me dignus. Quod & si tempore pacis ecclesiastica necessitatis huius desit examen, debet tamen se ipsam fidelis anima subtiliter discutere, quid cui intus in corde præponderet, amor seculi an dei: temperandusq; est ea mensura præsentium appetitus, ut quādiu pacato deo possideri poterunt, habeantur: si uero ea negetur facultas, abijciantur. In hac deliberatione mens iugiter conseruanda est, ut etiam si ab hominibus deprehendi euidenter non possit hoc optimum mentis propositum, deo tamen quem intima nostra non latent, fidenter cantetur: Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Quamquam & hac pacis tranquillitate nonnulli manifesti fiant, uoluptatum amatores magis quam dei. Siquidem non fide solum prodita, sed & uita p̄bitate perditā, deo renunciatur. Quisquis igitur furis, rapinis, seu etiam usuris mauult, deo offenso, arcam suam impleri, quam cum pace ipsius pauperiem pati: huius adipēs interiores ignis sacer nondum ad se rapuit, ga apud ipsum amor creatoris appetitum præsentium intra leges suas minime conclusit. Necessario itaque in hostijs pacificis adipum concrematio commendatur: quoniam licet in uita carnali, compescendi tamen sunt carnales affectus, ne per eorum intemperatiam subito etiam ipsa conuersationis mediocritas, qua seruata pax est homini, deferatur. Nam & renes cum adipe, qui illibus iuxta est, huic igni traduntur: quia in coniugibus uirtutem quidem coniugalis affectus, sed ne per illicita diffuat, timore diuino constringitur. Vnde Dauid precatur, dicens: Vre renes meos domine. Sed nec hoc sufficit ad pacem cum deo custodiendam, nisi etiam cum uirtute continentiae, pax ad proximos & animi mansuetudo feruetur. Vnde dicitur: [Et reticulum iecoris cum renunculis.] Malitia nanque refrenatio, libidinis temperantia associanda est, iuxta illud Apostoli: Pacem seruare cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. Quod dicitur, sine qua: & ad pacem, & ad sanctimoniam referendum est. Sicut enim fornicatores & adulteri & immundi, sic nec rapaces, fures, male dicit regnū dei possidebunt. Ergo si in mente adhuc carnali contra lædentem, cōtra inuirtuantem ira subreperit, aut animi bonitate denuo mitigetur, aut saltem eo qui legit, satisfaciente & ueniam poscente, eijciatur. Si em̄ non dimiseritis (ait dominus) hominibus

Mat. 10.

Psal. 56.

Psal. 25.

Heb. 12.

Ephē. 4.

Mat. 6.

peccata eorum, nec pater uester celestis dimittet nobis delicta uestra. Isti sunt itaq; adipes cum renibus, quos dñs carnibus hostiæ uibus humanis concessis, in oblatione suam secerni p̄cepit: quia uidelicet quicqd boni operis a fidelibus agitur, hoc hominibus utile est, ab hominibus quoq; uideri & laudari potest. Affectuum quoq; sanctificatio, non nisi diuinis oculis manifesta est: cuius laus nō ex hominibus, sed ex deo est. Sciendum uero quod hanc quadrifariam affectionis humane diuisionem, Apostolus in epistola sua sub tribus gradibus comprehendit. Apparuit, inquit, gratia dei omnibus hominibus, erudiēs nos, ut abnegantes impietate & secularia desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Vbi enim pie uiuendum præcipit, ad ipem uitalium siue pinguedinem quæ intrinsecus est, domino iubet adoleri. Pietas siquidem est, quando deus tãto affectu colitur, ut uita ipsa & quicquid in uita amatur, amori illius subiiciatur. In sobrietate quoq;, de renū aduisione nos admonet. Sobrietas quippe est temperantia uoluptatū. Sed & in iustitiæ præcepto, iecoris adipem restringit: quia profecto iustitia est, cum proximorū læsiones minime ambiuntur, sed rationis æquo libramine singulis quæ sua sunt, distribuuntur. Quæ uero de bouis hostia dicta sunt, omnia pene in ouis oblatione replicantur. Prætermisus igitur quæ iam tractata sunt, pauca quæ hic mutantur, discutiamus.

De oue pacificorum. Caput II.



**S** uero de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hostia, siue masculū, siue fœminā obtulerit, immaculata erunt. Si agnū obtulerit corā dño, ponet manum super caput uictimæ suæ, q̄ immolabitur in uestibulo tabernaculi testimonij, fundentq; filij Aaron sanguinē eius per altaris circuitum. Et offerent de pacificorum hostia sacrificium dño, adipē & caudam totam cum renibus, & pinguedinem quæ operit uentrē, atq; uniuersa uitalia, & utrunq; renunculū cum adipe qui est iuxta ilia, reticulumq; iecoris cum renūculis, & adolebit ea sacerdos super altare, in pabulum ignis & oblationis domini.

Cum siue masculū siue fœminā offerri cōcedat, qd de agno solū psequitur, ideo fit, quæ

quæcunq; de masculino sancit, eadem & de fœmina subintelligenda relinquit. Hoc iam in sacrificijs & in primitiarum munere supra notauimus, quæ scriptura sancta quædam manifeste loquitur: quorū dā uero, licet de eis taceat, p̄ ea q̄ aperte exprimit, ueritatis stipulat. Quæ immolabit in uestibulo tabernaculi testimonij. ] Bouis uictimā, tam in holocaustis q̄ in pacificis, ad ostium applicari: ouem uero, in holocaustis ad lar̄ altaris mactari præcepit: nunc autem, si agnum obtuleris, inquit, immolabitur in uestibulo tabernaculi. Vestibulum tabernaculi, atrij erat corā tabernaculo. Siquidem tabernaculū triginta cubitis in longum, & decem in latum, compactis tabulis erigebatur. Circa ipsum uero atrium tentorij cingebatur, centū cubitis in longū, & quinquaginta in latū. In cuius parte orientali ante introitum tabernaculi, altare holocausti collocabatur: & hoc dicebatur uestibulū tabernaculi. Ibi igitur hostiæ, seu in tabernaculi introitu, seu ad latus altaris, siue etiā (ut de ista dñs) ubicunq; in eodem uestibulo, immolabatur. Quod itaq; bos ad ostium, ouis uero non ad ostium, sed ubicunq; remotius in uestibulo iubeat offerri: significatū arbitror, quia uniuersis quanto in obsequijs diuinis fuerit cura propensior, tanto & accedendi ad deum fiducia constantior erit. Vnde bos ille maximus, qui plus omnibus laborauerat, nō trepidans neque hæsitans, sed cum omni constantia spei suæ certitudinem nobis insinuat, dicens: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidē seruauit. De cætero, reposita est mihi corona iustitiæ. Sed & beatus Petrus in epistola sua: Magis fatagate fratres, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Et cum ad quarundam uirtutum exercitium exhortatus eos fuisset: Hæc, inquit, facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundatè ministrabitur uobis introitus in æternum regnum dñi ac saluatoris. Patet itaq;, quia quicunq; propter uerba labororū domini, uias duras & laboriosas custodiunt, ad ostium tabernaculi celestis liberum accessum inueniunt. Qui uero sola innocentia & simplicitate contenti sunt, timeant semper necesse est, ne tãquam inutiles & infructuosi, beatitudinis illius participatione iudicentur indigni: non quod eis desperatio ingeratur, sed quia non eadem quæ fortioribus, spei certitudo tribuitur. Non enim scriptum est, omnis arbor que facit fructum malum: sed, omnis quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Vnde isti qui ad labores inualidi sunt, qui spiritalium uirtutum fructum non afferunt, saltem per humilitatem placere debent, ut quo magis indignos se iudicant, eo facilius dignos efficiant. Non ergo immolabitur

Roma. 2.

Tit. 2.

Pietas.

Sobrietas.

Iustitia.

2. Tim. 4.

2. Pet. 1.

Ibidem

Matt. 5. & 7.

uestibulum.

Heb. II.

uis ad ostium tabernaculi, in uestibulo tamen. Vestibulum nobis fides est, quia per fidem tendimus ad speciem. Quandiu credimus quod nondum uidemus, quæ extra adhuc sumus. Cum autem peruenerimus, iam fides non erit, sed species. Extra uestibulum ergo nulla hostia immolatur, quia extra fidē spes salutis non datur hoibus. Quippe sine fide impossibile est placere deo. Postremo ad adipes descendens: [ & offerent, inquit, de pacificorum hostia sacrificium domino. ] Diligenter aduertendum est, quod post similitudinem sacrificij, secundo hic sacrificium nominat. Dicitur enim sacrificium & adipes pacificorum, quod domino offerunt. Vnde, nisi quia & ipsi sicut similia, non opera exteriora, sed mētis sanctitatem designant: Sequitur. [ Adipē & caudam totam cum renibus. ] Hoc de boue prius non dixerat. Siquidem quatuor adipū genera, quæ in bouis hostia præcepit offerri, hic quoq; subiunxit his uerbis: [ Et pinguedinem quæ operit uentrē, atq; uniuersa uitalia. ] Quod idem uidet dixisse superius, ubi de boue ait: Adipē qui operit uitalia, & quicquid pinguedinis intrinsecus est. Quod enim hic dicitur, adipem qui operit uitalia, quod hic dicitur, atq; uniuersa uitalia: ibi dictū aduerto, & quicquid pinguedinis intrinsecus est. i. in ipsis uitalibus. Duo uero reliqua manifestius ponuntur. [ Et utrunque renunculū cum adipe qui est iuxta ilia, reticulumq; iecoris cum renūculis. ] Renes & renunculū, quamuis in partibus corporis aliud & aliud sint: siquidem renes posteriora pecudis nominantur, renunculū uero sub renibus in adipe latitant: in significatione tamen plerunq; nihil distant. Nam & renes pro renunculis, & renunculū pro renibus, dum lex aut ea quæ iam dixerat replicat, aut alia similia narrat, potius solent. Hic tamē aliquid differre existimo. nempe ubi tam distincte commemorantur, ut cum renes prius cum cauda offerri præcepisset, postremo de renūculis: & utrunq;, inquit, renunculū cum adipe qui est iuxta ilia. Totum igitur capitulum hoc ab initio repetentes, & quod amplius additum, & quæ aliter dictum est in eo, discutiamus. [ Et offerent de pacificorum hostia sacrificium domino, adipem & caudam totam cum renibus. ] Beatus Gregorius super Iezchielem: Magna, inquit, legētium debet esse discretio, ut in sacro eloquio cum quilibet unus sermo dicitur, non semper unam eandemq; rem significare credatur. Et cum multis hoc perdoctusset exemplis, cum de una, ait, porra propheta diutius loqueretur, recte fides intellecta ē, quia una est omnium electorum fides. Cum uero aliæ portæ nominantur, intelligi ora prædicatorum possunt, per quæ uera uita cognoscitur.

Gregor.

Idem & nos in hoc loco dicere possumus: cū sigillatim lex adipem ponat, distinctum ab illa adipum pluralitate quam deinceps subiungit: non idem per hunc, quod per illos, significare uidetur. Adipem itaq; hunc, affectionem sanctam & piam deuotionem, qua deo seruitur, intelligamus. Dicit igitur: [ Offeret adipem & totam caudam cum renibus. ] Hoc totum, ut supra diximus, huius hostiæ legislatio, cæteris amplius habet. Et uide quam necessario. Scriptum est enim: Maledictus qui facit opus dei negligenter. Et cui tantum de negligentia, quam simplicibus & ociosis timendum est? Videmus namq; quam plurimos, qui dormiendo, comedendo, uanis sermocinationibus intendendo, uitam consumentes: quia tamen a furtis, rapinis, homicidijs manus continent, religiosissimos se arbitrantur. Præmia iustorum & peccatorum supplicia nō cogitant: peccatis alienis insulant, sua non uident. Multi huiusmodi & in uita seculari, & in continentium conuersatione inueniuntur: qui tamen bonis corporaliter admixti, quasi oues gregem sequentes, pene absque deliberationis propria iudicio, absq; remunerationis æternæ intuitu, formā uiuendi quam ab alijs sumunt, multitudinis autoritate tracti, specietenus custodiunt. Isti ergo deuotionis adipē nō habent: quia innocenter uiuendo, non ut deo placeant, sed ut hominibus conformentur, inuigilant. Horū innocentia inutilis est: quia quicquid fecerit homo, nisi ex charitate hoc fecerit, nihil ei prodest. Adipem itaq; pietatis in hostia nostra ponere debemus, & cum adipe caudam totam offerre. In cauda, finis est corporis. Quid igitur in cauda pecudis, nisi cōsummatio sanctæ deuotionis accipitur? Et uide quos potissimum de perseverantia monuerit. Non enim de boue caudam offerri præcepit, sed de oue. Reuera namq;, ut in ouis holocausto supra ostendimus, simplicibus & desidiosis de inconstantia timendum est. Nam & ibi anniculum præcepit esse quod offerebatur, ut uidelicet huiusmodi homines nequam uouere præsumerent, quod non diutina prius deliberatione solidassent. Scriptum est enim: Vult, & non uult piger: anima autem operantium impinguabitur. Qui enim sanctis laboribus se exercet, lucris quotidianis & propositi sui successu lætificati: uoluptate maxima saginantur, & in maius proficiendi desiderium quorū die succeduntur. Qui uero laborem oēm refugientes, pigritiā amplectunt, animi accidia languentes, & fastidio suo grauati: in aliud transire quasi melius aliquid reperturi, & consiliū spe mutare cogunt. Nobis ergo, si uolumus adipem nostro caudam coniungere, solcite uigilandum est, & precibus assiduis rogandus est deus, ut qui

1ere. 4.

Prou. 13.

Renes.

cepti in nobis bonum, ipse perficiat: & fan-  
 ctæ deuotionis oblatio, usq; ad finem debiti  
 illibata permaneat. Sed notandum, quia cau-  
 dam cum renibus offerri præcepit. Renes hic  
 non (ut supra) solum concubitus illecebram,  
 sed omnem carnis uoluptatem insinuant. Re-  
 nes ergo cum adipe domino incedendi sunt,  
 ut ignis diuinus & illum inflammando pro-  
 uehat, & istos adurêdo compescat. Licet em  
 unus sit erga diuersa, tñ modo cõtrario uim  
 suam exercet: ut & quod sibi consentaneum  
 est nutriat, & quod contrarium, consumat.  
 Ad utraq; quoq; caudator coniuuenda e,  
 ut tam sancte seruitutis affectio, q carnalium  
 uoluptatum refrenatio, indefessa & consum-  
 mata perseuerantia compleatur. Quæ autem  
 sint carnis illecebræ, quæ per amorem spiri-  
 tualem castigandæ sunt: sub quatuor adipum  
 typo, quos iam supra in bouis hostia distin-  
 ximus, ostendimus: [Et pinguedinem, inquit,  
 quæ operit uentrem atq; uniuersa uitalia, &  
 utrunq; renunculum cum adipe qui est iuxta  
 ilia, reticulumq; iecoris cum renunculis.]  
 Quod prius per renes in bouis hostia, hoc p  
 renunculos hic significauit. Hoc solum no-  
 tandum intueor, quod ubi prius, adipem qui  
 operit uitalia, posuerat: hic, adipem qui ope-  
 rit uentrem, nominauit. Nec sine causa hoc fa-  
 ctum existimo. Adeps quippe qui operit  
 uentrem, uentris cõcupiscentia est, affectus  
 scilicet ille, qui pro uentris saturitate nimie  
 sollicitus est. Hunc ociosis maxime edoman-  
 dum indicit: quia illos potissimum gulæ ran-  
 git illecebra, dum ocij sui nauisam iustinent,  
 & quærunt ubi requiescant. Post huc adeps  
 qui in uniuersis uitalibus reperiri potest, fa-  
 cro igni absorbendus committitur: ut nulli-  
 us rei, quãquam huic uitæ necessaria sit, amor  
 charitati diuinæ anteponatur. Tertio, duo  
 renunculi cõ adipe suo: quarto, iecoris adeps  
 altari imponitur. [Et adolebit, inquit, ea sa-  
 cerdos super altare, in pabulum ignis & ob-  
 lationis domini.] Mirum quod carnales isti  
 affectus, qui spiritali igni contrarij sunt, in  
 pabulum eius esse perhibetur. Per eos enim  
 spiritus extingui potius quã uergetari cre-  
 detur. Sed recolendum quod iam supra dis-  
 putatum est, concupiscenti scilicet fontem,  
 naturaliter animæ insitum: hoc solum in ea  
 reprehensibile esse, quod eam uim per quam  
 in deum consurgere debuit, ad hæc infirma et  
 abiecta deponit. Affectio itaq; humana per  
 hæc uisibilia multipliciter sparsa, igne ardet  
 concupiscentiæ, & plurimos affectus parit.  
 Qui tamen, si ad deum conuersi & quasi alta-  
 ri impositi fuerint, alium ignem concipiunt,  
 & alias flammam emittunt. Adipes igitur al-  
 tari applicati, domino offerant, ut sacer ignis  
 pabulum ab eis accipiat: quia motus animi p  
 quos carnaliter uiuitur, nisi ab impetu suo

reuocent, non est in homine unde deus ame-  
 tur. Quod uero additur, [ & oblationis do-  
 mini, sic intelligendum est, quia ipse ignis  
 oblatio domini est. In pabulum ignis & obla-  
 tionis domini, id est, in pabulum illius ignis  
 qui domino offertur.

De capra pacificorum. Caput III.



**A**l capra fuerit ei ob-  
 latio, & obtulerit eam  
 domino, ponet manū  
 suā super caput eius,  
 immolabitq; eā in in-  
 troitu tabernaculi testimonij. & fun-  
 dent filij Aaron sanguinem eius per  
 altaris circuitum. Tollentq; ex eam  
 partem ignis domini, adipem qui ope-  
 rit uentrem, & qui tegit uniuersa ui-  
 talia. Duos renunculos cum reticu-  
 lo quod est super illos iuxta ilia, &  
 aruinā iecoris cum renunculis. Ad-  
 olebitq; ea sacerdos super altare, in  
 alimoniam ignis & suauissimi odo-  
 ris.

**M**inime prætereundum est, quod cum  
 uis hostia ob operis infirmitatem à  
 tabernaculi introitu elongata sit, capræ uicti-  
 ma in ipso introitu iubetur immolari. Si em  
 cuipiam timorem conuersationis suæ indi-  
 cit infirmitas, si cuiusquam præsumptionem  
 debilitat: nome eius potissimum, quem præ-  
 teritorum facinorum remordet cõscientia?  
 Quid est igitur quod peccatoribus tanta ac-  
 cedendi cõceditur libertas, cum hi qui, quã-  
 uis magnis uirtutibus uacuum, innocentem  
 tamen se recolunt transcurrisse uitam, longi  
 us stare præcipiantur? Sed cognosce scriptu-  
 ræ sanctæ intentionem: quia pene ubiq; pec-  
 catores, si conuertiuoluerint, in spem reuo-  
 care conatur. Inde est quod sapius eorum, p  
 ponit exempla, in quibus cum prius abudat  
 set peccatum, superabundauit gratia: uel qui  
 ab itatu iustitiæ miserabiliter lapsi, fructuo-  
 sa postmodum pœnitentia, primam merito-  
 rum gratiam transcenderunt. Habes Dauid,  
 Petrum, publicanum prius, postea euangeli-  
 stam Matthæum, sed & Paulum apostolum,  
 qui cum se inter peccatores primum compu-  
 tet, sed misericordiam, ait, cõsecutus sum, ut  
 in me primo oñderet Christus Iesus oem pa-  
 tientiam, ad informationem eorum qui cre-  
 dituri sunt. Vides cõ publicanis & pctõrib  
 māducantē dñm Iesum, & uoce pñsima pte  
 stantē: Non ueni uocare iustos, sed pctõres.  
 Ipse surgēs à mortuis, nō genitrici sc̃i illius  
 primitus se manifestauit: sed sicut euāgelista

Roma. 5.

1. Tim. 4.

Matt. 9.

Mat. 16.

ait, surgēs mane prima sabbati, apparuit primo  
 Mariæ Magdalene, de qua eiecerat se-  
 prem dæmonia. In his omnibus ea intelligi-  
 tur dei dispensatio, ut misericordiæ spem re-  
 cipiant, qui malorum suorum memoria per-  
 turbati, cito poterant desperare. In his uero  
 quorū innoctiam supra cõmendauimus, nō  
 humilitas nimia erigēda, sed præsumptio in-  
 cauta fuerat reprimenda: quia adeo sibi qd ma-  
 gnorum criminū conscientia non uergentur,  
 blandiri solent, ut licet ad omne opus bonū  
 pigri, ingressum tñ supernum sibi patere nō  
 dubitent. Non igitur cum oue capra ab ostio  
 elonganda est, ne dum istis datur cautela ti-  
 moris, incurrant illi præcipitium desperatio-  
 nis. Dehinc in capræ oblatione adipes illos  
 quatuor, quos prius, in ordine ponens: non  
 adipem qui operit uitalia, sed sicut de oue,  
 adipem qui operit uentrem, nominauit. Er  
 hic quoq; sic dici oportebat. Quicunq; enim  
 uitæ ueteris immunditiam derelinquit, si nō  
 uult ad ea relabi quæ deserit, in primis ne-  
 cesse est uentrem restringat, ne forte domi-  
 nante gulæ uitio per carnis illecebrā, quicqd  
 fortiter aggressus est, perdat. Muros quippe  
 Ierusalem princeps coquorum destruxit: quia  
 uenter cui à coquis multa cura seruitur, uir-  
 tutes animæ dum non restringitur, perdit.  
 De renibus uero lex non fecit mentionē,  
 sed renunculos pro eis posuit: quia ut supra  
 diximus, duo hæc aliquando eandem signi-  
 ficationem explent: & mutuo pro se inuicem  
 renes pro renunculis, & renunculi pro reni-  
 bus poni solent. Sequitur:

1. Reg. 52.

**Omnis adeps domini erit iure per-  
 petuo, in generationibus & cunctis  
 habitationibus uestris: nec adipem,  
 nec sanguinem omnino comedetis.**

Quæstio est, de quo adipe dicat, an eorū  
 solum animalium, quæ coram tabernaculo  
 domino factabatur, an omnium omnino,  
 etiam eorum q passim per domos à filiis Isra-  
 el in usus proprios occidebantur. Hoc em ui-  
 detur innuere, ubi ait: [In generationibus &  
 cunctis habitationibus uestris.] Sed & qd in  
 fine sic conclusit: [Nec adipem, nec sanguinē  
 omnino comedetis.] Sicut enim de sanguine  
 uniuersale pceptum est, nullius quippe aialis  
 sanguinem comedere licebat: uidetur & de  
 adipe uniuersale esse. Sed sequentia. Legis in-  
 tentionem apertius declarant. Longe quippe  
 inferius cum pacificorum legislatione reca-  
 pitularer: Adipem, inquit, cadaueris mortici-  
 ni, & eius animalis quod à bestia captum est,  
 habebitis in usus uarios. Pater ergo quia qd  
 dicit, omnis adeps dñi erit, nō uniuersale p-  
 ceptū datur. Manifeste quippe legis ipsius p-  
 cepto, morticinorum adeps in usus cedit: hu-

Gen. 9.

Leuit. 7.

Deut. 12.

et 15.

Leuit. 7.

manos. De quo igitur adipe dicere intendat,  
 Omnis adeps dñi erit, & adipem non come-  
 detis, declarat ibidem cum præmittitur: Adi-  
 pē bouis & ouis & capræ nō comedetis. Rur-  
 sumq;: Si quis adipem q offerri debet in in-  
 tentum domini, comederit, peribit de popu-  
 lo suo. Manifestum est itaque, quod de illo  
 adipe dicat, qui de hostia bouis, ouis & capræ  
 domino sequestrabatur, & super altare incē-  
 di præcipiebatur. Quod autem additur, [In  
 generationibus & cunctis habitationibus ue-  
 stris:] per generationes, futuras post modū  
 arates: per habitationes uero, singularū ara-  
 tum diuersas ciuitates & oppida, & omnes  
 omnino habitatiōes filiorum Israel cõprehē-  
 dit. Dicit ergo: [Omnis adeps dñi erit iure  
 ppetuo, in generationibus & cunctis habitati-  
 onibus uestris, id est, per omnes arates futu-  
 ras, quibus regnū Israel subsistere e habet: &  
 per oēs mansiones uestras hoc obseruabitis,  
 ut quicunq; ad tabernaculum hostiā dño obla-  
 turus accederit, adipem hostiæ suæ comedere  
 non psumat: sed iuxta pceptum, dño illi in-  
 cendat. Sed mysteriū requiramus. Adeps ho-  
 stiæ, deuotione offerētis insinuat. Hunc dño  
 incendit, quicq; in sancti propositi executio-  
 ne, diuinā magno desiderio gratiā expetit: q  
 dei, nō suā in opere suo gloriam regrit. Qui  
 uero munus diuinum sibi applicat, qui se, nō  
 muneris largitorem laudari affectat: adipem  
 suo uescitur, quia deuotionis suæ laudibus sa-  
 ginatur. Nec adipem ergo, inquit, nec sangui-  
 nem omnino comedetis: quia nec prauo ope-  
 ris appetitum recipere debes, nec si quid bo-  
 ni egeris, tibi applicare. Sanguis enim, ut lon-  
 ge superius declaratum est, carnalis appeti-  
 tus typum habet. Sicut enim in sanguine uita  
 carnis est, sic in appetitu prauo operis, omnes  
 subsistit cõuersatiōis carnalis. Funde sangui-  
 nem, & continuo caro morietur: tolle malā  
 uoluntatem, nec erit qui mala operetur.

De uitulo qui offertur pro peccato pontificis.

Caput IIII.

**P**ost holocausta, post pacifica, ad ho-  
 stias q pro pctis offerendæ sunt, lex  
 transitū facit: cõgruo satis ordine, ut  
 quæ uulsiq; tam perfectos q medio-  
 cres, qualiter in præceptis dei agere deberēt,  
 docerat: nunc, si quid contra eadem præce-  
 pta p humanā infirmitatē aut ignoratiā p-  
 petratum esset, qua satisfactiōe purgaretur,  
 imbueret. Hostias igitur pro peccatis descri-  
 pturus, ab illa incipit, quæ totius mundi tu-  
 lit offensam: quam ille pro nobis obtulit, qui  
 & sacerdos & hostia factus, sanguine suo pa-  
 tri mundū recõciliauit. De hac quoq; & nos  
 locuturi, ab ipso petimus, ut auferat uclamen  
 de cordibus nostris, q claritate uultus Moysi  
 intueri possumus, & intelligamus quā uerū  
 sit, qd de ipso Iudæos arguens, præstatum est:

Ibidem

Ibidem

Adeps

hostiæ.

Sanguis

Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Vere enim, si sit q intelligat, spirituales hic radios facies Moisaica uibrat. Sequitur itaq;

**LEVITI**  
**ei caput**  
**III.**  
Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, Anima quæ peccauerit per ignorantiam, & de uniuersis mandatis domini, quæ præcepit ut non fierent, quippiam fecerit: si sacerdos qui est unctus, peccauerit, & delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo uitulū immaculatum domino.

Anima, substantia est inuisibilis, pars hominis, ex qua homo cum corpore compositus est. Hæc triplicem habet uim. Prima est, qua in corpore & per corpus utitur, uita sensuualis: qua corpus uegetat, & per corporis sensus exteriora ista sentit ac dilcernet. Secūda est, quam apud se exerit: per quam non solum ea quæ corporis sensus attingunt, multo apertius per scrutatæ ac discit: sed & multa a sensibus aliena perquirat, & plerunq; cū bene uiget, & ad ipsius dei notitiā erumpit. Hæc non tantum in natura quid lateat, uerū & in moribus hūanis deprehendit quid deceat. Hæc ratio dicitur: cuius etiam exercitium, quo cir caferetorum indagatiōem utitur, ratiocinatio uocatur. Huius quoq; finis, cum ad eorum quæ dū quæsiuit, notitiā puenierit, intellectus seu intelligentia nūcupatur. In hac parte memoriā computandam existimo: quæ licet & in his reperiatur animantibus quæ ratione carent, in rationalibus tamen rationis consors & cooperatrix est. Nam sine ea ratio nec ad incognita procedere, nec cognitorum scientiam poterit retinere. Nimirum quippe cum latentia querimus, ex cognitis ad incognita ratiocinādo transimus. Quod si nulla est cognitorum memoriā, necesse est ut & incognitorum nobis inuentio denegetur. Tertia animæ uis, in appetitu est: quæ seu ad ea quæ per corpus sentit, seu ad scientiæ lumen & sapientiæ pulchritudinem, uoluptate quadam animā rapit. Hæc igitur in quibusdam, corporis uoluptatibus delectatur: in quibusdam uero, contemptis carnis illecebris, ad mores optimos & ad uitæ honestatem pertinere conatur. De hac itaq; triplici animæ uirtute scriptum est: Diliges deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Ex corde scilicet, ut animæ affectus in deum tendant. Ex anima, ut hoc etiam quod in corpore uiuit, & per corpus opera dei sentit, in laudem eius amoremq; proficiat. Ex mente quoq; ut hūanā cogitatio, memoriā, ratiocinatio, in-

Anima.  
Triplex  
aie uis.  
1.  
2.  
3.  
Deut. 6.  
Matt. 22.

uestigando deo & cognoscendo deseruiat. Omnis ergo animæ uirtus, charitati diuinæ militare debet: quod breuiter quidam euangelista conclusit, dicens: Et ex omni uirtute tua. Anima itaq; cum substatialiter dicitur, & uitam sensibilem, & rationis acumen, motumq; appetitus in se comprehendit. Dicitur autem & aliter anima, non ut substantia illa incorporea, sed uita eius infima, quæ in corpore & per corpus subsistit, intelligatur. Inde scriptū habes: Factus est homo in animā uiuentem. Et qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Sed & quod paulo ante commemorauimus, ex toto corde, & ex tota anima deum diligēdum. Huic igitur cum homo totus incumbit, cum sensibus fug carnis deditus, a spiritualium contemplatione excluditur, animalis siue carnalis appellatur. Inde habes in Apostolo: Animalis hō non percipit ea quæ sunt spiritus dei, quia ut diximus, mediam illam partem appetituum infime immergēs, superioris (id est, ratiōis) lumen amittit. Sed & carnale uocat quod dā idem Apostolus: Non potui, inquit, uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Iac uobis potum dedi, non escam. Sensibus em̄ suis dediti, spiritus mysteria capere idonei nondum erant. Inuenies quoq; huiusmodi hominem non solum animale aut carnale, sed & carnem animam ue uocari. Habes in Genesi: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Appetitus quippe human⁹ inter ima & summa mediū, cum plerunq; in utraq; diuisus, sibi ipsi contrarius sit, quod ille expertus fuerat, qui dicebat, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mētis meæ: in quantumque partem totus trāserit, eius merito & nomen sortitur: & cum solis carnis uoluptatibus pascitur, caro nominatur. Contra uero si spiritualium trahitur pulchritudine, si in sapientiæ amplexus æstiuans, uoces illas suas facit: Hanc amaui & exquisiui a iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assumere eam, & amator factus sum formæ illius: audiet ab Apostolo, Vos in carne non estis, sed in spiritu. Vnde & spiritualis seu etiam spiritus, q̄ eiusmodi est, nūcupatur. Apostolus ad Corinthios: Spiritualis, ait, iudicat omnia. Et in psalmo: Qui facit angelos suos spiritus. Animam uero nūcupari hominem, non ad substantiæ significationem, sed ad infirmitatis uirtūq; denotationem, lex tibi in hoc loco erit in testimonium. [ Anima, inquit, cum peccauerit per ignorantiam. ] Animam quippe hominē appellauit, qui animale uitam agens, & in his infimis quæ per corpus sentit, occupatus: diuinam uoluntatem aut per ignorantiam nescit, aut per infirmitatem implere nō sufficit. Nam ubi nos per ignorantiam legi-

Mat. 11.  
Gen. 2.  
1. Cor. 15.  
Mat. 10.  
Luc. 10.  
Deut. 10.  
1. Cor. 1.  
1. Cor. 3.  
Gen. 6.  
Rom. 7.  
Sapi. 8.  
Rom. 8.  
1. Cor. 2.  
Psal. 103.  
Heb. 1.

mus, septuaginta non uolens transfulerunt. Anima cum peccauerit non uolens, i. non pertinaciter ad peccandum prona, nec deliberatione in hæres: sed ut ignorantia, ut diximus, aut infirmitate reatum incurrens. Quisquis em̄ & peccat & peccare deliberat, huic nō hostia quā offerre debeat, assignat: sed inter leprosos de castris eiciēdus, de quibus multa in sequentibus dicenda sunt, annumerat. [ Anima itaq; cum peccauerit per ignorantiam, et de uniuersis mandatis domini, quæ præcepit ut non fierent, quippiam fecerit: si sacerdos qui est unctus, peccauerit, delinquere facies populum. ] Antequam reis, quid singulis pro se ipsis offerre debeant, assignet: illam p̄mittit hostiam, quam p̄ peccatoribus obtulit, q̄ peccati omnis immūis apparuit. Iure quippe ista præcedit in ordine, quæ meritum alijs contulit. Quicquid em̄ pro se faceret homo, ad obtinendam ueniam nequaquam sufficeret, nisi peccatorum pœnitentiā, iusti illius unici immaculata hostia commēdaret. Huius itaq; sub legalis sacerdotis typo persona inducitur, qui & peccasse asseritur, & exemplo suo populum corrupisse. Dicit itaq;: [ Si sacerdos qui est unctus, peccauerit, delinquere facies populum. ] Sacerdos unctus quis sit, resest notissima: ille nimirum, cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Et, dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē: p̄pterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ: p̄ participibus tuis. Iste peccatum non fecit, nec dolus inuētus est in ore eius, sed cōformauit se peccatoribus: unde q̄ ex opere proprio nō cōtraxerat reatū, alioq; reatum sibi imputauit. Habes in psalmo uocē ipsius, hoc protestantem: Deus deus meus, quare me dereliquisti? Longe à salute mea uerba delictorum meorum. Delicta sua dixit, delicta mēbrorum suorum, quorū caput ipse p̄ humanitatis susceptionem effectus est. Item in alio, cum præmississet, quæ non rapuit, tunc exoluebam, q̄ aperte illius uox est, subiūxit: Deus, tu scis iniquitatem meā, & delicta mea à te nō sunt abscondita. Deliquit igitur sacerdos iste, non in se, sed in membris suis. Populum quoq; delinquere non fecit: sed tamē populi peccata, tanquam ipse in eis reus esset, expianda, nō habenda suscepit. Vnde Isaias: Iple uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nra. Et post pauca, patre loquente: Propter scelus populi mei percussit eum: & iniquitates eorum ipse portabit. Hic itaq; unctus sacerdos, qui à suis liber, aliorum tulit delicta: quid pro eis q̄s expiat, offerre debeat, audiamus. [ Offeret, p̄ peccato suo uitulū immaculatū domino. ] Quomodo peccatum ipsius dicat, iam p̄missimus. Vitulum uero in immaculatū obtulit: quia seipsum, in quo nulla erat reatus macula, pro

peccatoribus immolandum exhibuit, Apostolo attestante: Quā dilexit nos, & tradidit semetipsum p̄ nobis. Nā uitulū, ipse in psalmo dictus est, propter cornua crucis, quibus de diabolo triūphauit, & orbē uniuersum uētilauit. Vox dñi confringentis cedros, & cōminuet eas tanq̄ uitulū libani. Vitulum libani, Christum appellauit: qui de antiquorū iustorum propagine tanq̄ de monte cādidato, carnis originem duxit. Cedros quoq; libani, seculi huius potestates, de nitore temporali gloriantes, quas ad humilitatis dominicæ imitationem, gladius uerbi diuini deposuit. Offeret ergo sacerdos noster uitulū immaculatum pro peccato suo. Et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram domino. Bene ad ostium tabernaculi testimonij, nā mors ipsius, uita nobis ostium fuit, quæ supernum damnatis ingressum aperuit. Antiqui enim patres usq; ad aduentum dñi, quamlibet iuste uixerint, ducti ad regnum nō sunt: nisi ille descenderet, qui paradisi claustra hominibus interpositione suæ mortis aperiret. Vitulus ergo iste in introitu tabernaculi coram dño immolatur: quia mors Christi, ut reis uenia aditum præberet, patri singulariter placuit. Vnde etiam uoce de celo lapsa, ab eodem patre audiuit: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Sequitur: Ponetq; manum super caput eius, & immolabit eum domino. Manus impositio, ut superius dictum est, deuotionem offerentis significat. Dñs igitur super caput uictimæ suæ manū posuit, quia sp̄te sua mortem sustinuit. Vnde Isaias: Oblatus est, quia ipse uoluit. Et ipse dñs: Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me ipso. Hoc mandatū accepit à patre meo. In psalmo quoq; postq̄ præmiserat, holocaustum pro peccato non postulasti, tunc dixit ecce uenio: ut facerem, inquit, uoluntatē tuā deus meus, uolui. Ecce hoc est manum imponere, uoluntarie seipsum offerre. Hauriet quoq; de sanguine uituli, inferens illud in tabernaculum testimonij. Cumq; intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum septies coram domino contra uelum sanctuarij. Ponetq; de eodē sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi dño, qd̄ est in tabernaculo testimonij. Om̄ aut reliquū sanguinem fundet in basim altaris holocausti, & in introitu tabernaculi.

Gal. 2.  
Psal. 28.  
Mat. 3.  
1. Pet. 2.  
Psal. 51.  
Ioh. 10.  
Psal. 39.



Hæc est illa sanguinis illatio in tabernaculo, quæ semel in anno fieri solebat. Hic tamen non consummatur. In sequentibus quoque, non solum in tabernaculo primum, in quo altare thymiamatis erat, cuius cornibus sanguinem in hoc loco præcepit imponi: sed ultra uelum quoque, intra ipsa sancta sanctorum, sanguinem istum inferri reperies. Quod cur hoc in loco tacerit, cum illa tractare cœperimus, ratione reddita, satis apparebit. Quarta uero sit sanguinis huius dignitas, quis non uideat? quis non obstupescat, quod cum aliarum uictimarum sanguis extra tabernaculum præciperetur effundi, hic tabernaculo illatus, altari aureo imponitur, aspergitur contra uelum, quasi illum parietem terrena a celestibus diuidentem, sua uirtute scissurum, dehinc interiora penetrans, ac e regione aspersus oculi, primo ipsum oraculum, secundo tabernaculum, tertio altare exterius sua aspersio mundare perhibetur? Beatus Apostolus in epistola ad Hebræos, cum de hac tractaret legis consuetudine: In priore, inquit, tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem, semel in anno solus pontifex, non sine sanguine. Paulo autem inferius, quid hæc legis umbra portenderet, quis esset pontifex iste, quis sanguis quem tabernaculo inuehebat: mani festissime subdidit, dicens: Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis: neque per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Qui enim aliquanto tempore per carnis mortalitatem cum hominibus fuerat, unde ipse post resurrectionem suam discipulis loquitur, dicens: Hæc sunt uerba quæ dicebam uobis cum essem uobiscum: morte interueniente, per gloriam resurrectionis ad angelorum transiit immortalitatem. Ut igitur ad propositum redeam capitalium, hauriet pontifex qui uictulum offert, de sanguine uictuli, inferens illum in tabernaculum testimonij: & intingens digitum in sanguinem, asperget eum septies coram domino ante uelum sanctuarij. Ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino, quod est in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti, in introitu tabernaculi. Sciendum quod in tabernaculo testimonij duo erant altaria: unum holocausti, alterum thymiamatis. Altare holocausti, foris in atrio ante ostium tabernaculi: altare uero thymiamatis, in tabernaculo ante sanctuarij ingressum contra arcam, uel tantum interposito, collocabatur. Altare holocausti, æreum: il-

lud uero, aureum erat. Quid igitur per altare holocausti, nisi præfens ecclesia designatur? Ipsa enim adhuc foris stat, & patriæ supernæ ingressum expectat. Hoc quoque quod altare æreum est, huic intelletui suffragatur. Aes quippe ualde sonorum est. Nos uero quandiu hic sumus, ex fide uiuimus, quæ fides ex auditu est. Aes itaque altaris, fidem significat, quæ ex sono concipitur auditionis. Altare quoque illud interius, quod aureum erat & gratissimum domino dicitur, angelicos designat ordines: qui claritate perfunduntur diuinæ contemplationis, & accepti deo sunt: quia nulli omnino quo displicere possent, culpa uestigium contraxerunt. In altari holocausti, carnales uictimæ cædebantur, quarum sanguis per altaris circuitum funderetur: quia in hac præfenti ecclesia si deo placere uolumus, & carnem a prauis operibus compescere, & affectum peccandi a nobis excludere opus habemus. In altari autem aureo, non nisi thymiamata incenditur: quoniam beata illa angelorum societas, non nisi uirtutum suarum odore domino famulatur. In sanctis uero, propter arcam etiam cherubim, qui alis suis obumbrant eam, quasi sedes dei erat, sicut scriptum est: Qui sedes super cherubim. Uelum quoque, quod sancta ab exteriori tabernaculo diuidebat: discordiam illam figurat, quæ a pace diuina homines sequestrabat. Pontifex igitur noster cum sanguine tabernaculum intrauit: quia filius dei in terra quidem pro hominibus passus est, sed passionis illius uirtus & meritum cælos penetravit. Non localis, sicut in legis umbra, sanguinis huius translatio fuit: sed quemadmodum opera humana aut bona aut mala, cum multum excreuerint, usque ad ipsum deum pertingere memorantur. De bonis quippe habes in psalmo: Intret in conspectu tuo oratio mea. Et quod Cornelio dictum est: Cornelii, orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu domini. De malis iterum: Clamor Sodomorum uenit ad me. Operibus nanque humanis quandiu non respondet deus, quasi non uidere ea estimatur. Cum uero aut bonis præmia, aut malis supplicia debita rependit, tunc ad eum perueniunt opera nostra perhibentur: quia tunc demum quod eum non lateant, hominibus declaratur. Sic itaque dominus CHRISTVS sanguinem suum tabernaculo intulit: quia morte sua etiam cælestia ad hominum miserationem inflexit. Quæ uero pontifex ille legalis digitum intingit in sanguinem, potestas illa mortis spontaneæ, in pontifice nostro iterum commedatur. Digitus enim operamur. Sacerdos itaque sanguini digitum imponens, manifeste ostendit, quod dominus Iesus ut pateretur, opus eius fuit. Ipse etiam tin-

cto in sanguine digito, contra uelum sanctuarij coram domino septies asperfit: quia teste Apostolo, per crucem interfecit inimicitias in semetipso: & medium parietem maceræ soluens, inimicitias in carne sua, in unum nouum hominem faciès pacem, creatori suo homines reconciliauit. Septenarius quippe numerus, quia septies sanguis aspergebatur: propter septiformem spiritum, per quem remissio fit, ipsius reconciliationis nostræ figuram exprimit. Contra uelum igitur sanguis aspergitur coram domino: quia Christus per morte suam patre repropiciato, & sublata ueteri discordia, hominibus indulgentiæ aditum patefecit. Unde & eo in cruce suspensus, uelut tæpsi scissum est: quia quod legis umbra prænuuciauerat futurum, hoc euangelica ueritas declarabat expletum. Hic etiam sanguis, altaris aurei cornibus impositus est: quia pontificis nostri passio, etiam angelicam tetigit celsitudinem, ut cum hominibus in pacem rediret. Unde Apostolus: In ipso, inquit, cõplacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare, & per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Nec solum ad pacem, uerum & ad reuerentiã humanam cives cælestes adduxit, per hominibus celebrata passio diuina: quod manifeste in eo apparet, quæ ante Christi passum adorabatur a patribus angelis, & tacebant: post passionem uero eius cõpleta mysteria; beatus Iohannes cum angelo loquens, & ab eo secreta cælestia audiens: Cecidi, inquit, ad pedes eius, ut adorare eum. Et dixit mihi: Vide ne feceris. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Te uerget, ergo istum sanguis Christi: quia reuerentia illius motus, naturam illam sibi prosterni non patiebatur: quæ apud deum suum tantum esse cernebat, ut morte propria ab eo redimeretur. Contra uelum itaque sanctuarij aspergitur sanguis, cum deus super altaris uero cornua sanguis idem ponit, cum angelica celsitudo hominibus reconciliatur. In agni paschalis immolatione mortem Christi significari, nemini incognitum est. Ibi quoque huius tanti mysterium sacramenti reperies. Nam de sanguine eius, hoc filius Israel Moyses mandauit: Fasciculum hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo super liminare & utrumque postem. Manifeste hic forma crucis exprimitur. Cuius enim sanguis in uase aliquo super terram iuxta limen poneretur, & ex eo primo superliminare, secundo hinc & inde postes utriusque aspergeretur: quis tam cæcus est, ut non uideat crucis hic speciem deformatam? Sed & mysterij illius quod prænotauimus, figuram eodem deprehenditur. Nam cum sanguine in terra posito prius superliminare, postea postes utriusque tangitur: quid aliud innuitur, nisi quod

Christi passio cum in terra celebrata sit, tamquam summum omnium deum primitus ad misericordiam flexit: dehinc partem dexteram cum sinistra, angelos scilicet cum hominibus, siue Iudæos cum gentibus, fecerunt? Postremo sanguis uictuli nostri ad altare holocausti exterius refertur, & in basim illius funditur: quia mortis Christi utilitas hominibus maxime confert. Non enim per angelos passus est Christus: quia utique qui se peccato non uendiderant, redimendi non erant. Sed nota quæ sanguis ille in altaris basim funditur. Basim altare portat, & basim suam altare innititur. Si igitur altare ecclesia, quæ basim eius, nisi singulorum fidelium conscientiarum, intelligitur: in singulis quoque quicquid appareret boni operis, ex radice surgit bonæ uoluntatis. In corde etenim charitas illa est, de qua Apostolus dicit: In charitate radicati & fundati. Vita itaque fidelium, quæ altaris in star exterius portat hostiam sanctæ conuersationis, ne corrumpere possit, solidatur inferius basi charitatis. Quid est igitur quod uictuli sanguis ad altaris basim fundit, nisi quod electorum conscientiarum Christi passione mundantur? Testatur hoc Apostolus in epistola ad hebræos: Si, inquit, sanguis hircorum & taurorum inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo uiuenti. Libet nostri altaris sacramentum inspicere, & qualiter legalibus umbris conformetur, considerare. Sacerdotes etenim nostri, & ipsi eundem de quo agimus, uictulum mystice immolantes: eandem sacramenti formam uerbis, quam lex asperfusionem sanguinis, representant. Nam altaria stans sacerdos noster, inter cætera sic dicit: Supplices te rogamus omnipotens deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuine maiestatis tuæ. Notum est omnibus, quia sacerdos dum sacra mysteria celebrat, mortem dicit iuxta Apostolum annuncians, quasi uictuli sanguinem manus portat. Hunc quoque aspergat, qui imponat, seu potius per manus sancti angeli aspergi imponitur: deprecetur, attende. Angelus uero iste, non nisi pontifex ille summus de quo agimus, intelligitur: missus, a patre ad homines, & ab hominibus ad patrem remissus; ut hominum causas apud patrem poret, mediator dei hominumque. Dicit itaque sacerdos: Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuine maiestatis tuæ. Quid est hoc aliud, nisi quod legalis ille sacerdos agebat, sanguinem altari aureo imponens, quod hic sublime nominatur; & contra uelum coram domino aspergens? Dehinc quasi sanguinem eundem

ad basim altaris holocausti referes: ut quotquot, inquit, ex hac altaris participatione sacrosancti filii tui corpus sanguinemque sumptimus, omni benedictione caelesti & gratia repleamur. Deum itaque angelosque ipsius, hominibus repropiciari, ipsi uero hominibus rogat subueniri. Sed ad legis uerba redeuntes, sequentia uideamus.

Et adipem uituli offeret pro peccato, tam eum qui operit uitalia, quam omnia quae intrinsecus sunt. Duos renunculos & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, sicut offertur de uitulo hostiae pacificorum, & adolebit ea super altare holocausti.

Vt aliorum peccata dominus Iesus expiare possit, inde factum est, quia (ut supra diximus) ipse omnis peccati immunis fuit. Nam si & ipse peccati pondere grauaretur, non qui peccatoribus subueniret, sed cui potius peccatori subueniretur, dignus esset. Haec autem perfecta eius munditia & consummata innocentia, adipum concrematione significatur. Quatuor quippe isti adipem, uitalium, interiorum, renunculi cum adipe suo, & adeps iecoris, quid mysterij contineant, satis (ut aestimo) superius disputatum est. Pari etenim formae sicut in pacificis, sic & de uitulo hoc lex adipem praecipit offerri. Sciendum tamen, quod sicut hoc, non ad aequalitatem dicitur, sed ad aliquam similitudinem. Perfectam namque domini sanctitatem imitantur quidem qui sunt ex parte eius: & unusquisque tanto perfectus, quanto & ipse perfectior fuerit, sed cum omnes asimilari ei contendant, nullus tamen aequari. Vnde scriptum est in libro Iordanis, praecones per castrorum medium transeuntes, clamare ceperunt: Quando uideritis arcam feceritis domini dei uestri, & sacer dotes stirpis leuiticae portantes eam: uos quoque confurgite, & sequimini praecedentes.

Sitque inter uos & arcam spatium cubitorum duum millium, ut uel uidere possitis, & nosse per quam uiam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam. Sicut dicit beatus Gregorius, arca testamenti ille nobis factus est, de quo scriptum nouimus: In quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Arca ergo dei populum praecedat, quia Christus uiam iustitiae praecedendo suis ostendit. Inter arcam & populum spatium relinquatur, quia sanctitati dominicae nullus adiungitur. In intervallo illo duo computantur milia passuum: quia intus & exterius perfecta uirginitatis sanctificatio, adoptatorum omni-

Sapi. 2.

Ios. 3.

Col. 2.

um gratiam antecellit. Vnde omnibus praecipitur: Cauete ne appropinquetis ad arcam. Fugienda est enim illius haereticis detestabilis presumptio, qui ait: Non inuidio Christo facti deo, quia si uolueris, possumus & ego similiter fieri. Adipes itaque uituli huius, sicut et pacificorum, concremari iubetur: sed ex parte sic est, ex parte uero longe differenter. Nam ut hoc manifestius fiat, sigillatim inspiciamus. Adeps uitalium de pacificis domino incenditur, cum uitae huius appetitus temperatur ab hominibus, ne diuina uoluntati anteponatur: ut licet ameretur uita ista, non tamen propter amorem illius, praecipua dominica contemnatur. De uitulo uero isto longe aliter. Christus enim ut hic uiueret, non nisi patri obedire, & hominibus subuenire appetijt. Testatur hoc ipse ubi ait: Meus cibus est, ut facta uoluntate patris mei. Et Apostolus de eo: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum propter saluos facere. Vnde & ipse temporalis dispensatione completa, libens morti appropinquabat: & discipulos hac de causa tristatos, consolabatur, dicens: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem. Item de pacificis pinguedo interior domino offertur, cum licet amerentur bona praesentia quae in hac uita possidentur, tamen si talis fuerit dispositio diuina, antequam deus grauius offendatur, equanimiter amittuntur. Sed uide uituli huius differentiam. Christus namque non cum munditiam amore in seipso pugnauit, nec illum, ut diuina cederet uoluntati, repressit: sed omnia prorsus mundi huius prospera contemnens, oblatum regnum respuit, & interroganti se Pilato respondit: Regnum meum non est de hoc mundo. Renunculi quoque cum adipe suo, sed & iecoris adeps de pacificis domino sanctificatur: cum aut libidinis estus, aut iracundiae impetus, ab hominibus refranatur. In Christo uero multo excellentius adipem ipsi concremari sunt. Caro etenim illius quae de carnalium propagine descendit, spiritu sanctificante, nihil commotionis huiusmodi a parentibus traxit. Adipes itaque uituli huius, non immerito pro peccato offerri praecipitur: quia domini consummata sanctitas, quae nullius uitij interpellatione turbata est, expandis peccatoribus sola idonea fuit. Notandum quoque, quod lex cum eodem modo sicut in pacificis factum est, ita & de hac hostia adipem offerri decernat: nulla tamen renum hic fit mentio, qui supra in boue pacificorum cum adipibus annumerantur, sed renunculi pro renibus in adipum ordine deferuntur. Vnde manifestum est, quod iam supra notauimus, aut in renunculis, quia renibus adherent, a parte totum etiam renes comprehendit:

Ios. 5.

Ioh. 4.

1. Tim. 1.

Ioh. 8. 4.

Ioh. 7. 6.

Ioh. 18.

Ioh. 17.

Actu. 15.

1. Cor. 28.

Iesai. 52.

Rom. 15.

aut quia eandem explent significationem, renibus renunculos poni. Postremo, [ & adolebit, inquit, ea super altare holocausti. ] Altare holocausti, quod ante tabernaculi introitum positum erat, praesens ecclesia est, quae adhuc regni caelestis ingressum expectat. Sancti ergo cum illuc peruenerint, angelis aequales effecti, in altari aureo sola uirtutum thura cremabunt. Hic uero quasi exterioribus adhuc sacris interuenient, pro uiribus cum carne confugit, ad plenum tamen peccati laber carere non possunt. Sed hoc Christus singulariter potuit, qui in altari holocausti adipem suos integre concremavit: quia hic etiam cum peccatoribus mortalem agens uitam, omnes affectus suos spiritus uirtute, diuina uoluntati coniunxit. Sequitur:

Pellem uero & oes carnes, cum capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore, efferet extra castra in locum mundum, ubi cineres effundi solent. Incendetque ea super lignorum struem, quae in loco effusorum cinerum cremabuntur.

Pelle, carnibus, pedibus & intestinis enumeratis, cum in fine concludit, & reliquo corpore: satis apparet, illa membrorum enumeratione nil aliud agi, nisi ut tota corporis materies comprehenderetur. Non igitur de singulis quid significent, sed corpus uituli concremari praecipitur, requirendum est. Nam cum inferius de holocaustis pellem offerenti decernat habendam: Sacerdos, inquit, qui offert holocausti uictimam, habebit pellem eius: hic, ut totam corporis substantiam complecteretur, neque pellem reliquit, sed etiam ipsam cum caeteris membris igni deputauit. Locus uero cinerum extra castra sit, quo uitulum istum comburendum iubet offerri, in sequentibus declarabit. Mandat enim lex, holocausta tota nocte super altare cremari, mane uero offerri extra castra in locum mundum, & ibi usque ad fauillam confusi. Hic est locus cinerum, de quo nunc agit. Sicut igitur uituli huius immolatio, Christi passionem significat, sic concrematio resurrectionem. In ignis quippe splendore, claritas resurrectionis eius aduertit, uelut absorbens mortem uictoria. De qua claritate ante passionem patre rogans, ait: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum. Vitulus ergo in castris occidit, sed extra castra comburitur: quia Christus in Iudaea passus, a gentibus credit resuscitatus. Iudaeis quippe uerbis repellentibus, ad nationes salus ista migravit: ut adimpleret quod Iesaias praedixerat, quia quibus non est narratum de eo, uidebunt: & qui non audierant, contemplati sunt. Zach.

charias quoque: Exultra, inquit, satis filia Sion. ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, pauper & ascendens super asinum. & dispergamus quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem: superbiam scilicet utriusque populi, Israel & Iudaeae. Et causam subdens, Et dissipabimus, inquit, arcus praesentium: hi scilicet, qui aduersus praedicatorum fidei pertinaciter rebellauerunt. Post ad regem illum saluatorem & iustum sermonem retorquens: Loquetur, ait, pacem gentibus, & potestas eius a mari usque ad mare, & a flumine usque ad fines terrae. Hanc autem Christi apud suos paupertatem, & apud externos gloriam: iam dudum Ioseph praefigurauerat, a fratribus uenditus, & ab alienigenis honoratus. Moyses quoque a parentibus expositus, & a filia Pharaonis in regale palatium assumptus. Sic enim Christum, quem Iudaea parens in morte tradidit, gentilitas dudum ab eo aliena, de morte triumphasse, & ad caelos credidit ascendisse. Vnde & fide sua mandata est. Quod & hic innuitur, cum dicitur: Efferet uitulum extra castra in locum mundum. Mundum quippe dicit, hoc est, mundandum. Sic enim & in euangelio de Caipha loquens euangelista: Prophetauit, inquit, quod Iesus moriturus esset pro gente, nec solum pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Filios dei dixit: qui utique nondum erant filii dei, sed futuri erant. Haec est figura quae proleptis dicitur, in scripturis uisitatissima, quando per anticipationem aliqua nominatur: sicut Abraham inter Bethel & Hai fixisse tabernaculum refertur, cum locus ille a nepote suo Iacob, Bethel primum cognominatus sit. Et multa huiusmodi reperies. Sic & in hoc loco locus mundus dicitur, in quo uitulus concrematur: ut eius sanctitatis, quam gentilitas per fidem resurrectionis CHRISTI adeptura erat, iam nomen anticipetur. Sed non est pretereundum, quod fimo concremandis membris annumeratur, & cum eis cremari praecipitur. Fimus quippe uituli, crucis est ignominia, contumelia & impropria, quae omnia in Christi gloriam conuersa sunt. Tanto enim gloriosior & amabilior eius clementia cunctis gentibus innotuit, quanto indigniora ab hominibus pro hominum saluatione perpeffus est. Sed quid est quod ait, in locum mundum, ubi cineres effundi solent? In cinere, concremationis reliquiae sunt. Quid itaque cinis, nisi fama quae resurrectionem dominicam consecuta est, intelligitur: Gentilitas ergo locus est cineris, apud quam uiget memoria dominicae resurrectionis. [ Et incendet ea super lignorum struem. ] Ligna ista sunt, nisi dicta prophetica, quae in cordibus nostris quasi igne excitant, cum gloria resurrectionis Christi nobis insinuatur: Vitulus itaque nisi lignis super-

Zach. 9.

Matt. 23.

Zach. 9.

Ibidem

Gene. 37

Exod. 2.

Ioh. 11.

Gene. 12.

Gene. 28.

Fimus

ponitur ut comburatur: quia dum quod in Christo completum est, cum antiquorum pronuntiacionibus confertur, fides resurrectionis eius irrefragabilis inuenitur. Hoc maxime illi deprehendunt, qui per legendi assiduitatem scripturarum familiares effecti, per gratiam quoque spiritus intelligentiae donum afsecuti sunt. Hinc est quod in fidei nostrae professione de eo sepius canimus, quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Ipse

*Luc. 24.* quoque in die resurrectionis suae discipulis suis se manifestas. Sic, inquit, scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis. Vitulus ergo in loco cineris super lignorum struem comburitur: quia gentilitas redemptoris sui memor, dum scripta prophetica legit, & in eo completa intelligit, ore Ierabundo decantat: Sicut audiuiimus, sic uidiuimus in ciuitate domini uirtutu: qui quod per prophetas pmiserat, exhibuit per seipsum.

*Psal. 47.*

*Si omnis turba deliquerit, ut offerat uitulum pro peccato suo. Caput V.*



**Q**UOD si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum est domini, & postea intellexerit peccatum suum: offeret uitulum pro peccato suo, adducetque eum ad ostium tabernaculi: & ponent seniores populi super caput eius manus coram domino. Immolatoque uitulo in conspectu domini, inferet sacerdos qui unctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, inuncto digito aspergens septies contra uelum. Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram domino, in tabernaculo testimonij. Reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij. Omnemque adipem eius tollet & adolebit super altare, sic faciens de hoc uitulo, quomodo fecit & prius. Et rogante pro eis sacerdote, propicius erit dominus. Ipsum autem uitulum offeret extra castra, atque comburet sicut & priorem uitulum, quia pro peccato est multitudinis.

**M**anifestum est, eandem quam pontifici, turbae hostiam assignari. Vitulum enim hic posuit, sicut & ibi. Ad ostium quoque tabernaculi adduci eum, & coram domino immolari praecipit. Sed & sanguinem eius introferri, aspergi contra uelum, & cornua altaris aurei ex eo tangi. Dehinc eiusdem sanguinis ad altare holocausti relatio, adipum oblatio, ipsiusque uituli concrematio extra castra, eadem quae in primo, repetita est. Hic tamen, cum dixisset, Si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est: quod addidit, & postea intellexerit peccatum suum, in primo non addiderat. Neque enim dictum est, si sacerdos qui est unctus, peccauerit, & postea intellexerit peccatum suum: sed tantum, si peccauerit, offeret pro peccato suo uitulum immaculatum. Quod non sine causa praetermisit. Pontifex quippe noster dominus Christus, in se quidem non peccauit, ut supra dictum est, sed in eis quos sibi compaginauit. Horum peccatum nec ipse unquam ignorauit, qui omnia praenoscit antequam fiant: nec donec ipsi qui per ignorantiam peccauerant, peccatum suum agnoscerent, hostiae suae oblationem distulit. Pro ignorantibus quippe seipsum obtulit, quod in oratione eius apparet, qua pro Iudaeis in cruce pendens, patrem rogauit, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Unde & Apostolus: Commendat, inquit, charitatem suam deus in nobis: quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impijs mortuus est. Non ergo praenitit eum humilitas & poenitentia nostra, sed praenitit nos ipse misericordia. Elegit nos antequam elegeremus eum: & non quaerentes se, quae sunt nobisque negligentibus, ipse pro nobis sollicitus, uulneribus nostris sanguinis sui antidotum praeparauit. Prius itaque pontifex noster pro peccato suo hostiam obtulit, quam peccatum suum intellexerit, id est, quam huiusmodi lexisset, quorum propter corporis unius compaginem, opera omnia & passiones usque ad peccati opus, quod maxime ab eius munditia abhorret, sibi assignauit. Non igitur dicendum fuit, Si sacerdos qui est unctus, peccauerit, & postea intellexerit peccatum suum: offeret uitulum pro peccato suo, nempe hostiam illius, peccati notitiam praecessit. Sed quia Christi morte caecus a natiuitate mundus illuminatus est, & homines qui prius nec deum sciebant, nec quam immaniter in eum deliquissent intelligebant, per gratiam ipsius ad dei notitiam suamque reducti sunt: in secundo, cum de turbae hostia tractasset, antequam quod pro peccato suo offerre deberet diceretur, praemittendum fuit: Si peccauerit, & intellexerit peccatum suum. Nemo enim peccatum

*Luc. 23. Rom. 5.*

*Ioh. 15.*

*† huius*

suum digne plangit, nisi antea se peccasse intellexerit. Nec fieri potest, ut congrua solitudine hostiam qua purgari possit, ei provideat, qui reatum suum adhuc ignorat. Deinde, in hostia pontificis ipsum inuenimus manum super caput uituli posuisse: hic autem, seniores populi hoc facere dicit. Vtrumque enim uera in Christi passione expletum est, quod scilicet & Iudaei in scelere mortis eius manus habuerint aduersus eum, uoce nefaria iudici conclamantes: Crucifige crucifige eum: iuxta quam locutionem de Dauid Saul loquebatur: Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus philistinorum, id est, non a me occidatur, sed a philistinis: & quod spontaneam sustinuit mortem. Nunquam enim illi quod malitiose contra eum moliebantur, explere possent, nisi ab ipso potestatem acciperent. Unde Pilato dictum est: Non haberes in me potestatem, nisi desuper tibi datum fuisset. Deliberauerat igitur filius dei pro hominibus pati: sed quia hoc per amicos expleri non poterat, malitiam inimicorum ad uoluntatis suae conuertit obsequium. Ideo cum dixisset lex, ponent seniores populi manus super caput eius: addidit, coram domino. Nisi enim pietati paterna pro redemptione nostra mori filium placuisset, Iudaica impietas omnino inefficax remansisset. Haec sunt quae de hoc uitulo differenter a primo dicuntur: in quibus tamen, ut ostensum est, primi uituli immolatio representata est. Cum ergo nec ista discrepent, & caetera omnia eadem quae primitus, repetita sint: manifestum est, quia (ut diximus) eadem populi quae pontificis, oblatio est. Obtulit enim Christus se pro nobis, offerimus & nos ipsum. Obtulit ille moriendo, offerimus nos credendo. In hoc enim patris misericordiae spem receperunt, quae ipsum iudicem suum, pro salute sua passum cognouerunt. Quisquis itaque peccatorum suorum ueniam consequi desiderat, mortem domini sui pietati paternae praetendat. Alioqui quicumque adhuc deum pro hominibus passum credere detrectat, nondum inuenit hostiam, per quam peccatis suis diuina iustitia propicia fiat. Unde scriptum est in libro regum, quod quidam de filijs prophetarum dixit ad focium suum in sermone domini: Percute me. At ille noluit percutere eum. Cui ait: Quia noluit audire uocem domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo atque percussit. Sed & alterum inueniens uirum, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum, & uulnerauit. Quis

*Ioh. 19. 1. Reg. 18.*

*Ioh. 19.*

*3. Reg. 20.*

est iste filius prophetarum nisi Christus, de patriarchis & prophetis carnis originem duicens? Quis socius illius nisi genus humanum, cui per infirmitatis nostrae susceptionem associatus est? Dicit itaque unicuique nostrum dominus Iesus: Percute me. Quasi diceret: Si saluari cupis, pro salute tua percussum me crede. Est haec locutio in scripturis frequens, ut cum dicit Apostolus: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum? Hoc est Christum deducere. Si enim quantum ad fidei suam pertinet, deducit Christum, quisquis eum ascendisse non credit: nec ille utique percutit, qui percussum credere respuit. Homo itaque qui prophetam percutere noluit, recessit ab eo, & a leone inuenitus est atque percussus: quia quisquis a Christo per infidelitatem recedit, leonis illius fauces non euadit, de quo scriptum est: Aduersarius uester diabolus tanquam leon rugiens circuit, quaerens quem deuoret. Notandum autem, quod prius cui dixit propheta, percutere me, percutere eum noluit, secundus autem percussus: quia Iudaeis populus, cui primum annuntiatum est, ut deum esse crederet, & ab eo salutem speraret quem nec ci tradiderat, mortem Christi expaui: gentium uero populus, ad quem Iudaeis repellentibus uerbum, translatum est, credere non distulit: & fidei suae merito, seui leonis mortis euasit. Unde & legislator in huius sancti onis consummatione conclusit, dicens: [Ipsam autem uitulum offeret extra castra atque comburet, quia pro peccato est multitudinis.] Quae enim quae ratio est, ut quia pro peccato multitudinis offertur, ideo extra castra uitulus offerri debeat atque comburi? Sed agnosce mysterium, & de nubibus istis quae fulgura prodeant, animaduerte. Ideo quippe Christi mors & resurrectio etiam gentibus exteris annuntiata est, quia (teste euangelista) non pro gente solum mortuus est, sed ut fideles ex gentibus filios dei futuros, qui erant dispersi, congregaret in unum, id est, non pro paucis qui ex Iudaea credituri erant, sed pro gentium multitudine, quae in oculis sanctae ecclesiae congregata est. Indignum etenim erat, ut is cui per prophetam dicitur, Dedit in lucem gentium, ut is salus mea usque ad extremum terrae, exiguo Iudaeae angulo inclusus detineretur. Hoc est ergo quod dicitur: Offeret eum extra castra atque comburet, quia pro peccato est multitudinis: ut Christus, qui pro gentium salute mori uenerat, praedicatorum ministerio eisdem gentibus uiuus innotescat.

*Rom. 10.*

*1. Pet. 5.*

*Ioh. 11.*

*Ist. 49. Act. 13.*

Si princeps peccauerit ut offerat hircum pro peccato suo. Caput 1.



Peccauerit princeps, & fecerit unum e pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, et postea intellexerit peccatum suum: offeret hostiam domino, hircum de capris immaculatum.

Postquam lex quid pro reatu humano mediator noster obtulerit, fidemque nostram quae tantae rei accommodanda est insinuauit: iam unusquisque quid pro se agere debeat, ut ueniam consequi mereatur, adiungit. Neque enim aut sanguis Christi expiat omnes, aut fides sola sufficit, ut inter eos quos expiat, numeremur: nisi sanguinis Christi utilitatem, congruae poenitentiae satisfactione meremur. Vnde scriptum est in Exodo: Porrabit Aaron iniquitates eorum, quae obtulerint & sanctificauerint in filiis Israel. Aaron quippe noster eas tantum fidelium iniquitates portat, & passionis suae supplicio expiat, quarum confessionem deo obtulerint, & sanctificauerint eas, hoc est, digna emendatione correxerint. Huius satisfactionis qualitatem, praesentem in loco pro personarum uarietate, uarie quoque distribuit. Aliam namque principum, aliam animarum cuiuslibet de populo terrae, hostiam imponit. Principem itaque, quilibet ex doctoribus & sanctioribus, iuxta quae scriptum est: Constitues eos principes super omnem terram: & principes populorum congregati sunt cum deo Abraam: anima uero, quemlibet popularem, sicut supra plenius disputatum est, appellauit. Principis itaque quanto scientia maior & sanctitas eminentior, tanto si peccauerit, reatus uehementior erit. Seruus namque qui scit uoluntatem domini sui, & non facit digna, plagi uapulabit multis. Et Petrus apostolus de quibusdam: Melius erat illis non cognoscere uiam ueritatis, quam post agnitionem retrosum conuerti. Principis itaque reatum maiorem, durior necesse est poenitentia subsequatur. Hircum ergo ei lex deputat, non capram: ut quae prius in mandatis domini uiriliter egerat, unde & principis nomine honoratus est: nunc postquam a iustitiae culmine inimici subreptione seu p-

Exo. 13.

Psal. 44. Psal. 46.

Luc. 12.

1. Pet. 2.

prio uitio deiectus est, forti se zelo contra se ipsum erigat: & in criminis sui uindicta, non femina, sed marem exhibeat. Dicitur itaque: [ Si peccauerit princeps, & fecerit unum e pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum. ] Ego peccati notitiam non eam hic accipio, qua unusquisque qui male agit, scit peccatum esse quod agit: sed eum solum peccata sua ueraciter cognoscere estimo, qui peccatum quam perniciosum sit, quantae poenae plectendum, pauide corde perpendit. Multi namque sunt, qui iudicio mentis de operibus suis male sentiunt: quia tamen gaudium suum carnale turbari nolunt, criminum uero magnitudinem, quidque etiam per ea mereantur, considerare refugunt. Si quis autem gratia diuina praeventus, uocem audierit domini monentis, Redite praenarratores ad cor: & quod per Ieremiam dicitur, Vide uias tuas in conuallibus, scito quid feceris: si super operibus suis erubescens, detestatus esauerit, tunc demum peccata sua cognouisse dicendum: quoniam non ea, ut prius, quasi bona sequitur: sed quod aeterna supplicia parturiant, prudenter considerans detestatur. Sicut enim non cognoscit deum, qui non eum ut dignus est diligit: teste Iohanne, quia qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est: sic nec peccatum cognoscit, quisque non ei odij dignam uicem perpendit, quod ergo dicitur, si peccauerit princeps per ignorantiam, hoc est, dum minus quid mali in peccato sit, uel quae poena peccatum sequatur, attendit. Et si intellexerit peccatum suum, id est, si ad se quoadque reuerlus, quid egerit, quod uere meruerit, in mentis trutinam appendere non neglexerit: offerat hostiam domino, hircum de capris immaculatum. Quod ait, hircum de capris, teste beato Augustino, modus locutionis est. Sic solet, inquit, loqui scriptura, occiderunt haec dum caprarum, in Genesi de fratribus Ioseph: & in psalmo, sicut agni ouium: quasi possit esse aut haec dum nisi caprarum, aut agnus nisi ouium. Quod uero additur, immaculatum: ideo dicitur, ne scilicet unius reatus satisfactio, alterius admixtione maculetur. Vnde beatus Gregorius in homilijs: Poenitentiam, inquit, agere, est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat: adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Sequitur:

Peccati cognitio Vera est sessio.

1. Pet. 4. 1. Pet. 2.

Gene. 37. Psal. 119.

Quid sit poenitentia agere

Ponetque manum super caput eius. Non enim coactam, sed spontaneam agere

poenitentiam oportet: nec humano timore ad hoc compelli, sed amore diuino & propriae salutis intuitu prouocari.

Cumque immolauerit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram domino, quia pro peccato est.

Videtur poenitentiae meritum, sicut superiorum cum de pacificis capra in introitu tabernaculi immolari praecipit, iterum commendare. Scripturae quippe sanctae intentio est, peccatoribus si conuerti uoluerint, spei fiduciam reformare. Vnde lex (quae nunc in manibus est) hircum qui pro peccato offert, in loco holocausti immolandum decernit: ut si peccatores, si dignos poenitentiae fructus attulerint, si euulsis de cordis agro uitiorum spinis, abundantiores iustitiae fruges germinauerint: eundem cum his qui nunquam in peccatum prolapsi sunt, & ab initio perfectionis iter gradiuntur, meriti gradum adepturos se esse confidant. Vnde in Iezechiele porta ad aquilonem, ea omnia habere perhibetur, quae porta ad orientem. Omnes enim qui deo in conuersatione nati, in innocentia perstiterint, portam ad orientem habent, quia eis caelestis regni aditus patet ad lumine quod acciperunt. Et omnes qui in peccatis postmodum lapsi, torporis sui frigore sunt depressi, si per poenitentiam redeunt, portam ad aquilonem habent: quia eis etiam post peccati sui frigora, regni aditus per misericordiam patet. Ea igitur habere dicitur porta ad aquilonem, quae habet porta ad orientem: quia conuersi peccatores sic plerumque ditantur uirtutibus, sicut illi sunt diuites, qui cadere in peccatis uitae uerunt. Dicitur ergo: [ Cumque immolauerit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram domino, quia pro peccato est. ] Non enim super peccatis nostris humana tantum indignatio, quantum diuina timenda est. Idcirco quicumque pro peccatis suis obtulerit, coram domino offerat: ut scilicet deum potius quam homines, spiritus contribulati sacrificio propiciare intendat. Cum igitur immolauerit princeps hircum in loco holocausti, tinget sacerdos digitum in sanguine hostiae pro peccato, tangens cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim eius.

1. Pet. 4. 4.

Gregor.

ac uirtutibus differunt, corda audientium pungunt: sicque mentem dolore compunctionis perforant, ut ab eorum oculis quasi quidam sanguis animae, lachrymae decurrant. Item, Poena quam pro peccato suo aliquis sustinet, siue inferat eam ipse sibi, siue per iudicium diuinum quoquo modo eam patitur: sanguis uocatur. Vnde habes in psalmo: Lachrymae iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauat in sanguine peccatoris. Tunc enim iustus corrigitur, cum peccatorem uiderit flagellari. Et in hoc eodem libro: Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriantur, quia scelus operati sunt. sanguis eorum sit super eos, id est, poenam recipiant quam meruerunt. Altare quoque holocausti quod sit, iam supra diximus, praesens scilicet ecclesia: cuius cornua, eminentiores quosque; populorum, uidelicet rectores, & quicumque in ea sanctitatis merito excellent, & quasi singulares sunt, intelligimus. Basim uero quae altare portat, ipse deus est: qui portat omnia uerbo uirtutis suae, quique de electis suis per Iseiam repromittit, dicens: Ego feci, & ego feram: ego portabo & saluabo. Si igitur recordemur Christum dicentem, Sine me nihil potestis facere, & quae confessio & magnificentia opus eius: bonum est nobis poenitentibus, si congrue pro peccatis nostris satisfacere uoluimus, ut in sanguine hostiae nostrae ipse digitum mittat, id est, per gratiam spiritus sui qui digitus eius est, nobis cooperetur. Quid enim oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nullus namque digne potest plangere quod praue commisit, nisi spiritus Christi eum adiuuerit. Neque negligenter cogitandum est, quod sanguine isto prius cornua altaris tanguntur: deinde, quod reliquum est, ad basim ipsius refunditur. Docemur quippe per hanc sanguinis partitionem, luctu & afflictione nostra primum doctoribus satisfaciendum: deinde per eorum absolutionem, nimirum quibus clauae regni commissae sunt, ad diuinam indulgentiam pertingendum. Doctoribus quippe dictum est: Quicumque ligaueritis super terram, ligata erunt & in caelo: & quaecumque solueritis super terram, soluta erunt & in caelo. Sed & quicumque sunt electi, si sanctitatis gratia praediti sunt, deo eos familiares esse non dubium est. Accedendum itaque ad illos, uulnera per confessionem pandenda, flendum coram eis, ut altaris cornua sanguine nostro tangantur, praepositi scilicet nostri, seu etiam quique; religiosi, stetitibus nostris ad compassionem fleantur: sicque commissa nostra & meritis leuent, & potestate relaxent. Decet enim peccatorem haec humilitas, ut sine mediatore aliquo iusto petere indulgentiam non praesumat. Sic namque

Psal. 57.

1. Pet. 2.

Heb. 1. 1. Pet. 4. 6.

1. Pet. 1. 1. Pet. 1. 10.

Rom. 8.

Mat. 18.



**Iob .42.** amici Iob, per ipsum in quem peccauerant, reconciliati sunt. Cornelius quoque per Petrum, sed & Saulus per Ananiam ad Christi gratiam accedere meruerunt. Sed sufficere non debet humana gratia. Illa enim maxime, illa rota intentione poscenda est, sine qua salutis humanae nulla spes esse potest. Cum ergo iam homines tibi ignoscunt, tunc ad deum gemitum tuum conuerte. & adeptis sanctorum patrocinijs, quod reliquum est sanguinis, ad basim altaris funde: ut scilicet apud deum pro te quod potes agas, gemas coram illo, & spiritus contribulati sacrificium illi offeras. Vnde scriptum est: Precare ante faciem dei, & minue offendicula. Hoc autem sacerdos facere dicitur, digitum suum in sanguine tingens: quia Christus spūs sui intinctu nos & docet quod agere debeamus, & iuuat ut explere possimus. Si uero sacerdos quilibet doctor hic accipitur, ipse quoque in sanguine nostro digitum tingere debet, poenitentiae scilicet nostrae cooperari per doctrinam suam: & sanguine eodem primum cornua altaris tangere, deinde quod reliquum est, ad basim altaris fundere: ut admonitione eius instruamur, qua humilitate & homines iustos placare, & deum nobis repropiciare possimus. Sequitur:

**Adipem uero adolebit supra, sicut in uictimis pacificorum fieri solet. Rogabitque pro eo & pro peccato eius, ac dimittetur ei.**

Omnis qui de praeteritis malis suis poenitentiam agit, si eam prodesse sibi exoptat: caueat omnimodis necesse est, ne eadem rursus committat. Scriptum est enim: Qui diligit dñm, exorabit pro peccatis, & contrinebit se ab illis. Item: Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis audiet? Quod si memoria retinemus, per adipem concremationem in pacificis, affectuum carnalium temperantiam & moderationem designatam esse manifestum est, eandem poenitentibus necessariam fore, ne proprijs concupiscentijs superati, quod deseruerant cogantur repetere.

*De capra que pro peccato offeratur.*

*Caput II.*



**V**od si peccauerit anima per ignoratiam de populo terrae, ut faciat quicquid ex his que domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit

peccatum suum: offeret capram immaculatam, ponetque manum super caput hostiae quae pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti. Tolleque sacerdos de sanguine in digito suo: & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. Omnem autem auferens adipem, sicut auferri solet de uictimis pacificorum, adolebit super altare in odore suauitatis domino: rogabique pro eo, & dimittetur ei.

**E**dem in anima oblatione repetita sunt, quae de principis hostia fuerant praemissa. Hoc solum refert, quod huic capra, illi hircus deputatus est. Cuius differentiae ratio iam superius redita est. Principis enim nomine, sanctus quilibet, qui motibus carnis suae praesertim, & rationis frenum imponere didicit, designatur. De quibus Salomon: Vidi seruos in eqs, & principes ambulantes quasi seruos super terram. Anima autem, quilibet popularis ob morum infirmitate, uocat. Cuius fragilitati in tantum compatitur lex, ut si peccauerit, non acriorem, nec (ut ita dicam) uirilem poenitentiam ei imponat, sed remissiore & quasi foemineam, quam pro statu imbecillitatis suae possit sustinere: ne scilicet potere eius absterreatur, & uiam salutis refugiat. Hoc est itaque quod dicitur: si peccauerit anima, offeret capram immaculatam. Non est autem praeterendum, quod in Graeco secundum septuaginta pro hircus & capra, chimarrus & chimarra legitur. Chimarrus uero & chimarra, fetus caprarum sunt chimerini, id est, qui circa hyemis tempus nascuntur. Nam bis per annum capris parientibus, quidam fetus tempore hyemis, quidam uero aestatis generantur. Per hyemem itaque, poenitentiae tristitia sauis patenter uidetur expressa.

*De oue pro peccato. Caput III.*



**O**mnem autem & de peccatis obtulerit uictimam pro peccato, ouem scilicet immaculatam: ponet manum super caput eius, & immolabit eam in loco ubi solent holocaustorum hostiae caedi. Sumetque sacerdos de sanguine eius digito suo: & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. Omnem quoque aufe-

res adipem, sicut auferri solet ad eperarietis qui immolatur pro pacificis, cremabit super altare in incensum domini. Rogabitque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.

Post hirci seu caprae oblationem, etiam oues conuersos offerre praecipit. Necessum est enim, ut si ueram de malis nostris poenitentiam agimus, uita de caetero innocentiam deo conlecremus. Vnde Psalmista domino loquitur, dicens: Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Iudicium scilicet, ut electi pro malis suis seipos iudicent: iustitiam uero, ut mala eadem in reliquum emendent. Isaia quoque per uitae correctionem peccata aboleri ostendit, dicens: Lauamini, mundi est ore, auferite malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quiescite agere per uerse. discite bene facere. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Cum uero in hac legislatione eadem quae supra, repetita sint: hoc solum notandum existimo, quod sicut hirci & caprae, sic etiam ouis sanguine cornua altaris tangi & basim illius infundi praecipitur. Hinc enim colligimus, quia & ipsa innocentia post peccati abrenunciationem, si non pro praesentibus, tamen pro praeteritis luctum habere debet & afflictionem, per quam deus & ministri eius ad compassionem flectantur. Non enim sufficit peccata deseruisse, nisi congrua satisfactio, quod inique perpetratum est, aboleatur. Licet ergo iam in bonis actibus constituti simus, adhuc quia mali sumus, plangere debemus. Vnde monet scriptura: De peccato peccato noli esse sine metu. Beatus Apostolus postquam iam Christo crediderat, cum iam de magnitudine dilectionis suae, qua erga eum flagrabat, fidenter protestaretur: Certus sum quia neque mors, neque uita poterit nos separare a charitate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro: quod in carnali amore distractus primitus ei restiterat, uehementius plangebat, dicens: Veritatem dico in CHRISTO, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. David quoque qui arguente se propheta, iniquitatem suam humiliter confessus est dicens, Peccaui, continuo audiuit: Transiit dominus peccatum tuum a te, non morieris. Ipse tamen postmodum ob eisdem sceleris perpetracionem, deo iudicante, multa sustinuit. Vnde a facie filij fugiens, & a seruo male dicta suscipiens, cum diuinam adhuc erga

se indignationem intelligeret, bono animo flagella quae peruerat sustinens, militis indignationem humilis uoce compressit, dicens: Dimitte eum ut maledicat mihi. dñs enim praecipit ei ut malediceret David. Iuxta igitur legis decretum, sanguine ouis quae pro peccato offertur, & cornua altaris tangenda sunt, & basim illius infundenda: quia etiam uita innocentia, quae pro redemptione ueterum delictorum deo consecratur, sua afflictione (seu dum se homo ipse flagellat, seu dum flagellatum patrem aequanimiter tolerat) & diuinam indulgentiam, & humanam debet acquirere compassionem.

*De alieni peccati dissimulatione uel consensu.*

*Caput III.*



**M**ani reatus quae sit expiatio, siue ab eo qui omnium salus est omnibus profusa, siue ab unoquoque homine sibi puidenda, quatuor huiusmodi capitulis disputati est. Quae uero eas sunt quae dñs mandauit non fieri, quorum transgressoribus hic consulit, in praesenti quidem tacetur: sed in hisipsis Mosaicis uoluminibus, diuersis locis copiosissime pertractat. Nam in Exodo decalogum habes, in quo dicitur tibi: Non habebis deos alienos. Non assumes nomen dei tui in uanum. In sabbato nihil seruilis operis faciendum. Patri & matri non maledicendum. Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Quae igitur sint ea, quae domini lege prohibentur, pluribus (ut dictum est) locis a legislatore sancit. Hic uero non de morborum qualitate, sed de eorum remedio pertractatur. Ne tamen alicui uideretur, illum solum reum esse, qui quod lege prohibitum est facit, non etiam qui facientem non arguit, aut facienti consentit: modica digressionem, sola alieni peccati dissimulatione aut conuientia, reum quemlibet fieri ostendit. Inde est quod sequitur:

**Si peccauerit anima, & audierit uocem iurantem, testisque fuerit quod aut ipse uidit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam.**

Hec de alieni peccati dissimulatione dicitur, post etiam consensus arguitur. Hic itaque primum locutio notanda, qua dicitur: Si peccauerit anima: & deinde, testisque fuerit quod aut ipse uidit, aut conscius est. Non dixit, quod aut ipsa uidit, aut conscia est, cum de anima loqui coepisset. Patet itaque quod animam hominem uocet: & ideo, ipse & conscius, posuit, ad hominem iuxta intentionem suam uerba conuertens. Hanc in locutionibus

2.Re.16.

Exo.20.

LEVITI  
ei caput  
V.

Ecc.3.

Ecc.34.

psal.98.

Isai.

Ecc.10.

Ecc.5.

Roma.8.

Roma.9.

2.Re.12.

**Deut. 24** Deuteronomij beatus Augustinus sic notat locutionem, dicens: Si deprehenditur homo furans animam. Animam, inquit, pro homine posuit. Deinde sequitur: Et opprimēs eum uendiderit. Noluit dicere eam, quod eēt magis consequens, quoniam animam dixerat: sed eum, id est, hominem, in cuius significatione dixerat animam. Quod autem dicitur, si peccauerit anima & audierit uocem iurantis: in quibusdam exemplaribus, iurantis: alicubi uero, adiurantis legi, utrunq; congrue & utiliter intelligi potest. Nam iurantis, & in quæstionibus Leuitici beatus Augustinus, de hoc ipso tractans capitulo, posuit: Si ergo iurantis legere uoluerimus, hic erit in littera sensus: Si quis furti reus aut homicidij aut adulterij, falso se innocentem esse iurauerit: quicumq; testis est iniquitatis ipsius, per hoc quod aut uidit, aut quoquo modo conscius est: si peccauerit ut eo iurante taceat, & nō indicet qd nouit, portabit iniquitatem suam. Adiurantis autem, quod alibi legi, non multum curassem, nisi quod Salomonis uerba in parabolis hoc magis approbare uidentur. Ait enim: Qui cum fure partitur, odit animam suam: adiurantem audit, & nō indicat. Manifestus est itaq; sensus, in facto furto seu quolibet alio crimine perpetrato, si facta fuerit adiuratio, ut prodatur qui nouit: quisquis conscius est, si tacerit, reus erit. Nulla est hic al legorica figura: profunda tamen mouetur quæstio. Si aliquo furti aut homicidij reo, & pro crimine suo, si de eo constiterit occidendo, aliquis qui conscius est, adiurantem aut eum falso iurantem audierit: quid magis eligere debeat, aut prodendo reum neci tradere, aut tacendo pœnitentiæ referuare. Si em̄ prodiderit, crudelis propter hominis condemnationem: si uero tacerit, transgressor ppter legis præuaricationē iudicabitur. Hanc beatus Augustinus in Leuitici quæstionibus proponit sed hæc ipsa est, quæ domino à Iudæis intentata est. Statuerunt siquidē aduleram coram eo: & legis præcepto commemorato, quæserunt ab eo quid decerneret. Si enim dimittendam (ingunt) censuerit, contra Moysen dixisse probabitur. Si lapidandā, immisericos ab omnibus, qui modo mansuetudinem illius amplectuntur, habebitur. Sed huius ambiguitatis nodum, dilucidetemporum ratio perfecta dissoluit. Alia est em̄ legis seueritas, alia noui testamenti remissio & indulgentia. In deo siquidem utraq; commendantur: & iustitia, & misericordia, sicut scriptum est: Misericordia & ira ab illo. Et Salomon: In die bona fructus bonis, & malā diem præcaue. Sicut enim hanc, sic & illam fecit deus. Quia igitur diuina iustitia erga humana delicta, tanta quandoq; utitur seueritate, ut nullius flectatur precibus sicut scriptū

Pro. 19.

Quæstio modo facta

Iob. 8.

Ecc. 7.

est: quia zelus & furor uiri non parcat in die uindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima: placuit ei propter illos qui nimium de ipsius misericordia blandiuntur, ad seueritatis huius argumentum, prius per legem absq; retractatione peccata humana percutere. Quia uero iuxta uocem Psalmistæ, apud eum propiciatio est, non continuit in ira sua misericordiam suam: & tempore ab æterno disposito, per mediatoris aduentum rigor ille legalis laxatus est, & pœnitentiæ tempus peccatoribus indultum. Vigitur ad propositum redeam, si quis tempore ueteris testamenti, alieni furti aut homicidij cōficius erat, in iudicio conuentus, absq; reatu suo illud occultare non poterat. Deo enim peccatorem puniri præcipiente, humana clemētia, inobedientia potius & contumacia dicenda est. Hinc est quod Abraham, qui deo iubente nec dilecto filio suo pepercit, tātā apud ipsum gratiam adeptus est. E contra uero Saul, quia contra imperium domini pepercit peccatoribus Amalech, ad quos delendos missus fuerat: regem quoq; Amalech uiuum adduxit, de gregibus quoq; optima quæq; quasi hostias domino oblaturus referuauit: de regno deiectus est, & à Samuele audiuit. Melior est obedientia quam uictoria, & quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Dauid quoq; qui tantę mansuetudinis fuit, ut inimico acerrimo in potestate accepto parceret, & mortuum eum plangeret: scriptum est tamen de eo, quia apud Achis regem Geth cōstitutus, percutiebat omnem terram, nec relinquebat uiuentem uirum aut mulierem, & quia hoc fuit ei decretum omnibus diebus quibus habitauit in terra philistinorum. Rex autem factus, cum Rabath filiorū Ammon urbem regiam expugnasset, tanta crudelitate erga populum eius usus est, ut ferraret eos, et super eos ferrata carpenta circumageret, cultrisq; diuideret. Cuius seueritatis exēpla multa in antiquorum patrum gestis reperies. Eo itaq; tempore quo præcipiebat deus, dicens: Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, aut filius tuus, uel filia, siue uxor q̄ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam dicēs, Eamus & seruiamus dñs alienis: non parcat ei oculus tuus, ut miserearis & occultes eum, sed statim interficies: nec iudici, nec testis, in huiusmodi causis cōtra diuinum imperium reis parcere licebat. Placebat em̄ dispositioni diuinæ, tūc temporis delicta hominum non solum corrigere, sed etiam iudicare. Postquam uero ipse qui legem dederat, distinctionem suam temperauit, dicēs: Non uenit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum: sola a modo in

Pro. 6.

Ps. 129.

Gen. 22.

1. Re. 19.

1. Re. 14.

1. Re. 27.

2. Re. 12.

Deu. 19.

Iob. 3.

iudicandis reis utilitatis humanæ ratio habēda est, ut quod utilius homini iudicaueris, aut accusare scilicet eum & reatum eius prodere, aut certe ad tempus dissimulare, & ægritudine eius pia longanimitate portare, hoc facias. Quod si alienum peccatum ea intentione dissimulaueris, quasi faueas illi, non ut correptioni eius cōgruum tempus inquiras, omni tempore reprehēnsibilis es. Inde est em̄ quod sequitur:

**Anima quæ tetigerit aliquid immū dum, siue quod occisum a bestia est, aut per se mortuum, uel quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiæ suæ: rea est, & deliquit.**

Immunda in lege dicebantur, immunditiæ humanæ signa, in rebus sensibilibus uarie constituta. Alioqui apud deum nihil est immundum, præter peccatum. Per morticina ergo & occisa, figuratiter lex de uitijis spiritalibus agit: unde cōgrue proponit, dicēs: [Anima quæ tetigerit aliquid immundum. I Si em̄ de corporalibus immunditijs ageret, nec anima cum incorporea sit, per se ea tangere potest: nec homo ob huiusmodi tactū, quantum ad supra memoratam infirmitatis denotationem, anima dicendus est. Quod enim quæso uitium est, mortuum tetigisse, seu etiam sepelisse? Sed per mortuum significatur peccatum, eo quod peccando anima moriatur. Vnde scriptum est: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, qd proficit lauatio eius? Anima itaq; immundum tangit, quando peccato alieno consensum iungit, id est, quando alieno exēplo corrupta, nūquam uoluntatis ad culpam in se cecidit. Huiusmodi tactus, & iuxta naturam & iuxta infirmitatem, animæ uocabulum congruit. Occisum autem à bestia, eum intelligimus, qd inimici suggestione & seductione in peccatum labitur. Hæc est enim bestia, de qua in laude Christi, qui uia nobis facta est, per Isaiam dicitur: Hæc erit nobis directa uia, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi. Per se autem moritur, quisquis propria deliberatione iniquitati subijcitur. Horū igitur omnium tactus, immundus est. Sed quia nullus moritur, qui prius non uixerit: nec à iustitia aliquis corruisse dici potest, qui prius in iustitia non steterit: sunt autem multi qui in uitijis nati, & in uitijis enutriti, iustitiæ uitā nunquā experti, quā maxime uitandi sunt, per reptilium tactum eos expressit. Hæc enim, quæ ob id solum immunda dicuntur, quia aut p se mortua, aut à bestia occisa sunt: dum uiuerent, munda fuerunt. Reptilia uero omnia, immunda sunt. Nam de utrisque

in sequentibus hoc modo sancitur: Si mortuum fuerit animal quod licet uobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit. De reptilibus uero: Omne, inquit, quod reptat super terram, abominabile erit. In reptilibus ergo illi exprimuntur, non qui aliqua subreptione in terrenorum concupiscētia labūtur: sed qui toto corpore terra adherentes, tota uita, tota intentione terrena sequuntur. Anima itaque quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, uel qd libet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiæ suæ: rea est, & deliquit. Non sine causa interpositum existimo, & oblita fuerit immunditiæ suæ. Quid enim sibi uult hæc cōditio, ut dicitur, si oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est & deliquit? Si igitur tetigerit immundum, & immunditiæ suæ oblita non fuerit, nunquid non immunda erit? Sed nota quia parcatur humane fragilitati. Quis est enim qui nesciat, quis est quæ non ipsa experientia doceat, humanorū affectuum, inuito nonnunquam etiam ipso qui patitur, labilem discursum? Si igitur repente affectus tuus ad aliqua illicita se inflectat, quod est quasi mortuum tangere: si tu sentiens statim repugnaueris, si temetipsum uehementius reprehenderis, nequaquam propter hunc tactum iudicaberis immundus: imo si de teipso tibi cesserit uictoria, corona donaberis. Si uero huiusmodi cogitatione illectus neglexeris, si libenter in ea mortuus fueris, etiam si opere non expleas, nefandaq; affectus: pollueris, eo quod immundum corde tangens, temetipsum non arguas. Hæc est obliuio, de qua lex loquitur. Oblitiuic em̄ est paruipendere, & in hac causa hominem incuriosum existere. Si ergo oblita fuerit, rea est & deliquit: quia hoc pro culpa ei imputatur, si prauo affectu illecta, minime reluctat. Sequitur:

**Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis, iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaq; cognouerit postea, subiacebit delicto.**

In legalibus umbris multæ designabantur hominis immunditiæ, sicut pollutio dormientis, fluxus mensruate, seu eius qui fluxum seminis patiebatur. Si uero ad spirituales recurras intelligentiam, omne peccatū, magnum aut paruum, capitale seu ueniale, hominis immunditia est. Cui quicumque libens affectum iungit, iuxta peccati mensuram polluitur. Et ideo uniuersaliter concludens: Anima, inquit, quæ tetigerit quicquam de immunditia hominis, iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaq; cognouerit postea, subiacebit delicto. Si cognoue-

Leu. 16.

Ibidem

rit, tunc subiacet, id est, si torpore expulso, semetipsam discusserit: si malo cogitationum suarum, oculos se conditoris offendere intellexerit, tunc subiacet delicto. quod enim subiacet, sibi apparebit. Hæc locutio frequens est. Elias in libro regum: Qui exaudierit per ignem, ipse erit deus: quod est, ipse habebitur deus. Et dominus ludæis: Si ceci essetis, non haberetis peccatum, id est, si cæcos uos cognosceretis, & hoc humiliter confiteremini, à peccatis uestris liberari possentis. Nunc autè dicitis, inquit, quia uideamus, peccatum uestrum manet. Non dixit, nunc autem uideris: sed, uos dicitis, inquit, quia uideamus: quomodo cæcos eos iuxta opinionem suam negasset, aperiens.

Qui uotum non reddiderit, quomodo satisfaciatur.

Caput V.



Uim igitur humanorum delictorum lex superius expiationem intinuasit, breuiter quasi ex latere unumquod nostrum, ut non solum reatu proprio, sed etiam alterius participatione pollui timeat, admonere curauit. Quo expleto, iam ad ordinem rediit, dicens:

Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, ut uel male quid faceret uel bene, & id ipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitæque intellexerit peccatum suum: agat pœnitentiam pro peccato, & offerat agnam de gregibus siue caprâ. Orabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius.

Quod dicitur, anima quæ iurauerit & protulerit labijs suis: itemque, & id ipsum iuramento & sermone firmauerit, eiusdem uerbi repetitio est. Norandus autem in utroque conuersus ordo dicendi. Magis enim congrue dictum uideretur, Anima quæ protulerit labijs suis & iurauerit: rursumque, & id ipsum sermone & iuramento firmauerit. Nam ad uerbi confirmationem, postquam iuramentum præmissum est, sermo superfluit. Idem tamen sensus habetur. Sed modus (ut diximus) locutionis est, quem in libro Iudicum beatus Augustinus, ubi de Iahel quæ Sisaram interfecit, scriptura loquitur, sic notat, dicens: Perforauit caput eius & percussit, id est, percussit & perforauit. Sed & hic ordo cõstruccionis est: Atque iurauerit & protulerit labijs suis. i. quæ labijs suis protulerit & iurauerit, & id ipsum iuramento & sermone firmauerit, id

3. Re. 12.

Isa. 9.

Inde. 4.

est, prius sermone, & postea iuramento. Nam iuramento (ut diximus) præmissio, sermo nil conferret. Aut forte in iuramento mentis propositum, quod intus coram deo consilij deliberatione statuitur: in sermone uero, sonus qui labijs profertur, & hominibus aperit quod deliberatum est, non incongrue accipitur. Sed iam uideamus quid sit, quod ab anima cum deliberatione iuramento statuitur, ut aut male aliquid faciat, aut bene.

Quisquis male agere proponit, certum est quia ipso nutu quo iniquitatem affectat, delinquit. Sed & hoc certum esse debet, quod si malum animi propositum usque ad opus perduxerit, peius facit. Nam si malum est illud uel propositum, peius est utique etiam opere consummasse. Hinc dominici interfectores in psalmo uehementius arguuntur, cum dicitur: Subito sagittabant eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam. Hoc est enim prauum sermonem pessime cõfirmasse, donec Christum (ut destinauerant) sagittarent, à proposito non desistisse. Contra uero Dauid pro interficiendis quæ erant Nabal, & iniuria sua uindictanda iurauerat: sed ad preces Abigail flexus, non tantum doluit quia male iurasset, quantum gauisus est quia male iurata opere non expleisset. Adeo perseverantia in malo, non constantia, sed pertinacia: nec fides, sed incorrigibilis perfidia dicenda est. Hic tamè uideamus, quia seu bonum seu malum sit quod cum iuramento proponit, dominico præcepto consummari precipitur: si quis uero illud frustraauerit, reus dèrmitur. Sciendum itaque quod malum, non solum peccatum quo anima corrumpitur, sed etiã molestia quæ libet, qua temporaliter corpus affligitur, nominat. Vnde Isaias, loquente domino: Ego, inquit, dominus, & non est alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Ieremias quoque: Quis est iste qui dixit, ut fieret domino non iubente, ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala? Amos etiam: Si erit, inquit, malum in ciuitate quod dominus non fecit: In quibus omnibus malum, non peccatum, sed afflictio præsens intelligitur, qua diuino iudicio pro meritis suis peccatores percutiuntur. Pari modo, cum animam ream fieri legimus, quæ seu male seu bene quid facere iurauerit, nisi expleuerit, malum hic non pro culpa, sed pro pœna accipiendum est, cū quis peccata sua iudicans, carnis suæ afflictionem deo uouit. Male ergo sibi facit, quisque, quia deum contempserat, sibi iratus, pœnas debitas à se exigat. Bene uero agere, est uitij abrenunciando, bonis operibus insudare. Pater itaque, ut supra diximus, quia post modicam digressionem præmissum ordinè repetit. Cum enim superius de peccatorum satisfactioe

Psal. 69.

1. Re. 26.

Isa. 49.

Thre. 3.

Amos. 9.

ageret, in hircò & capra quam pro expiatione sua reos offerre præcepit, pœnitentiæ eorum austeritate figurauit: in oue uero, quæ similiter eis imposta est, innocentiam quæ pœnitentiæ allocianda est, designauit. Hanc igitur sanctionem legislator respiciens: Anima, inquit, quæ iurauerit, ut uel bene quid faceret uel male, id est, quæ uel carnis suæ in pœnitentia afflictionem, quæ per hircum et capram supra designata est: aut uitæ innocentiam, quæ nihilominus in oue expressa est, deo uouerit, oblitæque postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato. Si enim uouit & reddere morata est, peccauit: sicut scriptum est, Si quid uouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & fulta promissio. Ergo si oblitæ uoti sui, postea intellexerit, id est, si negligens prius reddere quod uouerat, postea super hoc ipso se reprehenderit: agat pœnitentiam pro peccato, digna scilicet satisfactione diluens quæ neglexit. Hoc enim primitus necessarium est. Deinde quid? [Et offerat agnam de gregibus siue capram.] Tanquã diceret: Quod prius uouerat, & nodum reddiderat, reddat. Male & bene faciat, carnem affligens, & bonis operibus insistens. Hæc nanque est ouis & capra, bonorum operum executio, & malorum pœnitentia. Nec contrarium uideatur, quod siue ouis, siue capra offerri iubetur, cū nos utrunque offerendum dixerimus. Siue, em̃ aliquãdò copulatiuum est: ut cum dicimus, siue serui siue liberi, omnes unum sumus in Christo, id est, & serui & liberi. Et in hoc eodem libro: Vestis lineæ siue laneæ quæ leprâ habuerit, aut certe pellis uel quicquid ex pelle confectum est, ostendetur sacerdoti. Hic enim siue, aut, uel, pro & particula accipiuntur. Non unum quippe eorum tantum, aut hoc, aut illud: sed & lineæ & laneæ uestis, & pellis & quicquid ex pelle conficitur, si leprâ habuerit, ostendi sacerdoti precipitur. Sic & in præsentem, cum dicit, offeret agnam siue capram, utrunque ei iniungit. Quod uero agnam de gregibus ponit, hoc fortasse aduertendū est: quoniam infirmioribus, & his maxime qui adeo negligentes sunt, ut uotorum suorum obliuionem admittant, ardua & quæ paucorum sit, non est intelligenda cõuersatio: sed uulgaris, & quæ cuiuslibet etiam inualidi uires non opprimat. Quanquam uitanda est in huiusmodi nimia discussio. Forte enim in hoc loco non nisi locutio est. Vnde beatus Augustinus in libro recapitulationum scriptis se septem libros de septem libris diuinarum scripturarum commemorat, id est, Moysi quinque, & uno Iesu Naue, & altero Iudicum, notatis locutionibus singulorum, quæ minus uisitate sunt linguæ nostræ: quas parum aduertendo, sensum quærunt qui legunt,

Eccl. 5.

1. Cor. 12.

Leu. 13.

August.

cum sit locutionis genus, & nonnunquam exculpunt aliquid, quod à ueritate quidem non abhorreat: non tamen hoc sensisse auctor à quo id scriptum est, inuenitur: sed genere locutionis hoc dixisse credibilius apparet. Multa autem in literis sacris obscura, cognitio locutionis genere, illucescunt. Propter quod, inquit, cognoscenda sunt eadem genera locutionum, ubi sententiæ patent: ut etiam ubi latent, cognitio ipsa succurrat, easque intentioni legentis aperiat.

Qui pecus non habuerit, ut offerat duos turtures, aut duos pullos columbarum.

Caput VI.



In autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, uel duos pullos columbarum: unum pro peccato, & alterum in holocaustum: dabitque eos sacerdoti.

Multa hominum erga dei cultum & sui salutem negligentia, sed maior dei erga homines loganimitas & misericordia. Ecce enim cum peccatoribus pœnitentiæ & uitæ correctoris remedia ostensa sunt, si quis salutis iter aggressus defecerit: & in suo proposito segnior factus, bonum quod inchoauerat, implere distulerit, diuina ad quam patientia supportatur: & quandiu uiuendi longiora spatia recipit, expectatur ut impleat quod promissit. Si uero morte imminente, aut graui infirmitate incumbente, exequendi uoti facultas adæpta fuerit, nec sic deserit: sed si uel tunc conuerti uoluerit, quamquam irriserit deum, uotum ei faciens, & quod uouerat non persoluens, uia illi ostenditur qua saluetur. Adeo erga omnes illius angelicæ salutationis seruatur pollicitatio, ut etiam illi qui bonum quod affectant, implere non possunt: pro solo tamen uoluntatis nutu, diuinæ reconciliationis mercedem recipiant. Quid igitur his qui eiusmodi sunt, consilij detur: quis satisfactionis modus, legis ipsius sanctione illis iniungatur, audiamus. [Si autem, inquit, non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, seu duos pullos columbarum.] Qui sunt qui ad pecus offerendum non sufficiunt, iam prælibauimus: illi scilicet, qui mortis propinquitate seu infirmitatis pondere præpediti, iniunctam sibi pœnitentiam explere, seu iustis laboribus se subdere amodo nequeunt. Offerat igitur duos turtures, siue duos pullos columbarum. Turtur enim & columba pro cantu gemitum habent. Qui ergo nec se ipsum affligere, nec iustitiæ opus exequi sufficit ut promiserat, gemat. Duplicem autem

Luc. 2.

gemitum eum habere oportet: siue quia malum egit, quod non potest digna satisfactione abluere: uel quia bonum quod deo uouerat, non uacat explere. Inde est quod de duobus turturibus seu pullis columbinis dicitur: unum pro peccato, & alium in holocaustum. Turtur quippe seu pullus columbae pro peccato offertur, cum graui cordis contritione criminum reatus desistat. In holocaustum uero alter cedit, cum mens quae a bonis operibus uacasse se plangit, eorum desiderio, si tempus & spatium detur, totam se accedit. Quod uero turtures seu pulli, sacerdoti dari precipiunt: ostenditur, non nisi per praelatos, seu certe per summum omnium pontificem Christum, si illi desuerint, peccatorum satisfactionem posse acceptari. Sequitur:

**Qui primum offerens pro peccato, retorquetur caput eius ad penulas, ita ut collo haereat, & non penitus abrumpatur.**

Quid per penulas nisi uirtutes animae significatur, quibus illa ad caelum uolat? Caput ergo turturis qui pro peccato offertur, ad penulas retorquetur: cui mens quae hominis caput est, & pro peccatis suis anxia dolet, laetam exsecrans dulcedinem uitiorum, uirtutum concipit appetitum. Ita, inquit, ut collo haereat, & non penitus abrumpatur. Dignum quidem est, ut qui uitam totam in delicijs egit, & uoluptatibus illam absumpsit: saltem iam morte uicina, & aetate fessa, si uanitatem studiorum suorum intelligit, si iam scit plangere quod uitam perdidit, caput a corpore secernat, mentis scilicet intentionem a procurandis carnis uoluptatibus auertat. Nec tamen caput ipsum penitus abrumpendum est: quia cura quae carnis desiderijs negatur, sustentandis necessitatibus debetur. Sequitur:

**Et asperget de sanguine eius parietem altaris: quicquid autem reliquit fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est.**

Eadem pene de hirco & capra, quae pro peccato offeruntur, superius sancta sunt: nisi quod ibi sanguine hostiae cornua altaris, hic uero paries ipsius aspergi praecipitur. Nam quod ibi quicquid reliquum est, ad fundamentum altaris fundi, hic uero distillari iubetur: non hoc mysterij uarietas, sed hostiarum diuersitas facit. Non enim tanta de auicula, quanta de pecude sanguinis copia profuere potest: & ideo congrue pecudum sanguis fundi, auum uero dicitur distillari. Cur ergo sanguine hostiarum ibi cornua altaris tangi, hic uero paries aspergi iubeatur, hoc solum requirendum est. Nemo dubitat unumquodque, quanto grauius excesserit, tanto maiori hu-

mitate satisfacere oportere. Quisquis itaque reum se intelligit, si dum uitae & bonae uoluntatis spatia longiora sperare potest, ad satisfactionem redit, sufficit ei ut cornua altaris suo sanguine tangat, ut scilicet aliquos gregis Christi pastores, suo fletu & contritione ad compassionem fleat: quorum ope & potestate, ut praedictum est, a peccatorum uorum uinculis absoluitur. Qui uero & grauius se deliquisse meminit, & poenitentiae tempus indulgendum consumpsit, imo etiam emendationis permisit, & non per soluta uoto deo illuisse: necesse est, ut diximus, quanto grauius a conscientia sua accusatur, tanto magis se abiciat: & quoslibet fideles suo iudicio sibi anteponeat, non supremos solum, uerum quoscumque sibi familiaritas iunxerit, quoscumque competens & tempus & locus obtulerit, profusus lacrymis ad compassionem moueat, & aduocatos sibi fieri exposcat. Hoc est altaris parietem sanguine aspergere, quoslibet etiam mediocres, luctu & contritione nimia ad misericordiam prouocare. Quod uero sanguinis superest, ad fundamentum altaris fundendum est: quia ut de hirco prius ostendimus, adeptis humanis patrocinij, ad impetrandam diuinam indulgentiam, cordis contriti intentio conuertenda est. Quia, inquit, pro peccato est. Necesse est igitur ut sanguis ipsius ad altaris fundamentum transeat: quia peccati remissio a deo maxime & petenda & speranda est.

**Alterum uero adolebit in holocaustum, ut fieri solet. Rogabitque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.**

Cur post primum turturem seu pullum columbae pro peccato offertur, ex altero fiat holocaustum, iam supra intinatum est. Non enim solum gemere debet anima quod peccatum egit: sed etiam quod in bonis actibus sterilis fuit, plangere: & plangendo, bene agendi desiderio (si amplius liceat) se inflammare. Cuius exequendi etiam si facultas negetur, affectus tamen a domino acceptatur. [Alterum, inquit, adolebit in holocaustum, ut fieri solet.] Hoc solum hic accipio, quod non in eum sacerdotum cedere, sicut illa hostia quae pro peccato offerebatur: sed in altari. Ita nocte cremari, quemadmodum de omnibus holocaustis sancitur, turtur iste siue pullus columbae, qui holocaustum fit, precipiatur. Nam de uescula & plumis ad orientem projiciendis, & nonnullis alijs, quae in auium spondaneorum holocaustorum (in quibus perfectio & eorum qui scientiae studio se tradunt, forma expressa est) operosissime superius distincta sunt, nullam hic rationem habere existimo. Siquidem eos qui pro peccatis suis uix

utuntque satisfaciunt, sublimia illa non attingunt. Cum igitur remedium hoc eis, qui retro acta aetate salutem feram contemplerant, lex diuina praebeat, per quod, si explere illud poterint, etiam in extremo uitae margine salui fiant: nemini tamen salutis suae curam censeo procrastinandum, quasi pollicendo sibi post diuturna flagitia, bonam uitae consummationem. Manifesta quippe & euidentissima gratia est, nec in hominis ditione posita, quam sub articulo mortis imminente, sub tempore iam deficientis aetatis, spiritu ubi uult spirante, repente anima peccatoris suis lacrymis baptizatur: & peccandi appetitum abiciens, in affectum iustitiae tota conuertitur. Quod si spiritus infirmitatem nostram non adiuuerit, ut ipse postulet pro nobis, id est, postulantes nos faciat, anima humana stolidam & insensibilis remanebit. Omni ergo uitae nostrae tempore, omni momento quisquis sibi huius spiritus gratiam adesse ferit, quisquis stimulo ipsius ad satisfactionem se incitari deprehenderit, ne differat: ne dum hodie negligit, cras eadem gratia priuatum se inueniat. Multi enim nec sub mortis periculo peccata sua digne desere potuerunt, nec uiuum bene operandi affectum concipere. De quibus mox subiungitur.

*Qui non potest offerre aues, offerat simillam.*  
Caput VII.



**Vod si non quierit man<sup>o</sup> eius offerre duos turtures uel duos pullos columbae, offeret pro peccato simillam, partem ephi decimam.**

Si in pecore sancti laboris exercitium, in sauibus uero sanctorum affectuum motus designatus est, quando scilicet anima, ubi peccatum non potest ponere boni operis, uolat desiderio bonae uoluntatis: quid in similla nisi latentium cogitationum & criminum, in quibus peccator sibi soli notus est, per confessionem expositio intelligitur? Simila quippe, resinamata & sine sensu est. Sic & homo quod subtracta iam boni operis facultate, pro malis suis nec uiuo dolore transfigitur, nec boni operis ardenti desiderio succenditur: gratia priuatus, quicquid agere prauelet, pene motu uitali caret. Quod tamen in potestate habet, faciat: simillam offerat, & mala quae apud se celabat, per confessionem sacerdoti prodatur. Supra quippe iam diximus, cogitationum subtilitatem per simillam designari. Cum enim rei incorporeae figura in corpore aliquo ponenda esset, illi potissimum congruebat, quod pro nimia subtilitate corpoream crassitudinem pene uideretur effugere. Simila siquidem

Ioh. 3.

Roma. 8.

Simila.

pura farina est, a surfuris admixtione secreta. De hac itaque decimam partem ephi offerre praecipitur. Quid in denario, nisi perfectio intelligitur? Dignum est enim, ut qui peccatorum suorum confessionem facit, consummet eam: omnia quae ad memoriam reuocare potest, domino padens, non alia prodens, alia abscondens. Sequitur:

**Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: tradetque eam sacerdoti.**

Quod oleum in ea non mittitur, inde est: quia his qui eiusmodi sunt, certa misericordiae spes non promittitur. Confessio quippe quam nullus comitatur fructus boni operis, quamquam interni gemitus non commendant, incertum est utrum a domino recipiatur. Multos quippe uiderimus timore mortis confiteri: si tamen contigerit eos conalescere, mala quibus per confessionem abrenunciauerant repetunt, & canum more ad uomitum redeunt. Cum ergo confiterentur, nunquid humanus oculus interiora eorum penetrare poterat, ut aduerteret eos crimina quae probebant, nondum detestari, sed timore exterritos quasi eis ualescere? Deo uero omnia manifesta sunt. Homo itaque, sicut confessionem huiusmodi utrum uera an falsa sit, nequit examinare: sic nec iudicare de ea potest, nec certam ueniam spem contenti promittere. Beatus Augustinus in quadam sermone ad poenitentes: Quisquis, inquit, positus in ultima necessitate egrotudinis suae, uoluerit accipere poenitentiam: & accipit, & mox reconciliatur, & uadit: fateor uobis, non illi negabimus quod petit, sed non praesumimus dicere quia hinc bene exit. Non praesumo, non uos fallo. Fidelis bene uiuens, bene hinc exit. Baptizatus ad horam, bene exit. Agens poenitentiam ad ultimum, & reconciliatus, si securus hinc exeat, ego securus non sum. Nunquid dico, damnabitur? Non dico: sed non dico etiam, liberabitur. Vis te a dubio liberare? Age poenitentiam dum sanus es. Si enim egeris ueram poenitentiam, & inuenit te nouissimus dies, curre ut reconcilieris. Si sic agis, securus es. Quare securus es? Quia egisti poenitentiam eo tempore quo peccare potuisti. Si autem tunc uis agere poenitentiam, quando peccare iam non potes: peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed unde scis, inquis, ne forte deus dimittat mihi? Verum dicis. Vnde scio? Illud scio, hoc nescio. Nam si scirem nihil tibi prodesse, non tibi darem. Dug res sunt. Autignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, ego nescio. Dimitte itaque incertum, & tene certum: & melius tibi erit. Ut ergo ad nos redeamus: Non mittet, ait, in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, Thus orationis forma d. iij

Pro. 26.  
2. Pet. 2.

August.

Thus.



Psal. 140

nam habet, sicut scriptum est: Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Cui ergo thus prohibetur imponi, quasi orationis fiducia homini detrahatur. Qui enim peccata sua nec probabilius uiuendo corrige, nec saltem ea digne desistere potest: puto uerecundia exigit, ut indigni se diuina misericordia iudicet, nec impudenter & quasi libera fronte ca sibi conferri exoret. Petat tamen, sed quasi non petendo: speret, sed quasi desperando: dum & se indignum uenia confiteretur, & tamen sola dei misericordia fieri posse credat ut saluet. Huius orationis forma est, ubi deum rogantes dicere solemus: ut dimittat quae conscientia metuit, & adiciat quod oratio non praesumit. Quodammodo enim quasi cum metu & reuerentia petimus, quod nos petere, non praesumere meritum nostrum aestimatione testamur. Sic & propheta: Quis scit, inquit, si conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem: Vult itaque nos diuinam indulgentiam, si conuertamur, spem aliquam concipere: sed ut magis timorem & sollicitudinem nobis augeat, non uult certam dare. Non igitur mittet pauper iste oleum in simula quam offert, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est. Quasi diceret: Non mulcere se indubitanter praesumpta indulgentia, nec eam libera fronte petere debet: quoniam eius peccati postulat ueniam, cuius dignam non explet satisfactionem. Quod uero eandem simulam sacerdoti tradere iubetur, manifestum est, quia confessionem suam sacerdoti debet offerre qui constitetur. De quo & subditur:

**Qui plenum ex toto pugillum hauriens, cremabit super altare in memoria eius qui obtulit, rogans pro illo & expians. Reliquam uero partem ipse habebit in munere.**

Quanto minus unusquisque de suis confidit meritis, tanto magis indiget ut iuuetur alienis. Quapropter bonus pastor, quod subditi pene desperati recipit confessionem, intercessionis lux misericorditer beneficium ei impendat, ut apud deum (si fieri possit) pro reo obtineat, quo reus ipse meritis suis obtinere se posse desperat. Hoc est ergo quod dicitur, ut de simula oblata plenum pugillum hauriat, & super altare cremet in monumentum eius qui obtulit: quia peccatoris confessione recepta, & cognitis eius criminibus, si charitatis flamma in altari cordis succenditur, necesse est ut periclitanti compatiens, pro diluendis quae sibi reuelata sunt, eius criminibus, saltem breuitempore in precibus coram domino usque ad lachrymas compungatur. [Rogans pro illo & expians,] id est, quantum in se est, expiare contendens. Volunta-

tem quippe pro opere posuit, modo locutionis satis usitato, ut cum de deo in Iob legitur: Quis restitit ei, & pacem habuit? Restitit dicit, pro resistere conatus est. Nemo enim resistere deo potest. [Reliquam uero partem ipse habebit in munere.] Merito in peccatoris confessione partem accipit, in propria uidelicet mercedis lucrum illam retorquens, quod ut acceptabilis fieret, suis precibus eam iuuat.

*De his qui in sanctificationis delinquant. Caput VIII.*



**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Anima si prauaricas ceremonias per errorem, in his quae domino sunt sanctificata, peccauerit: offerret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siccis iuxta pondus sanctuarij: ipsiusque quod intulit damni, restituet. & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti. Qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.

Non solum delinquant homines cum prohibita faciunt, sed etiam cum iussa non exequentes, falsam tamen laudem a se impleat iustitiam per hypocrisism aucupantur: aut si quid ex his quae dominus mandauit, agere uidentur: non ea tamen pietate qua oportet, illud exequuntur. Ideo lex postquam de his egit, qui aliquid a deo prohibuit perpetrarunt: nunc ad eos transit, qui in sanctificationis excedunt. Sanctificationum autem diuersa habetur ratio, neque enim omnia pari lege sanctificantur. Quorumdam quippe ea est sanctificatio, ut soli Aaron & his qui de familia eius mundi sunt, utenda concedantur, immundis seu alienigenis omnibus repudiatis: alia uero ita domino soli consecrata sunt, ut in humanos usus cadere omnino prohibeantur. De sanctificationis ergo, quae filijs Aaron legis decreto habenda traduntur, quia in sequentibus manifesta & plena datur sententia, nullam hic fieri aetimo mentionem. Quapropter ad ea sola disputatio reuocanda est, quae sacris ceremonijs & diuinis sacrificijs deputata, ab omni humano usu excipiuntur. horum tria ratum exempli gratia commemorabimus, ut si quae & caetera sunt, quod de his dictum fuerit, etiam de illis intelligatur. Primum itaque in Exodo dominus Moysi sic praecipit, dicens: Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum dabant singuli precium pro animabus suis domino, & non erit in eis plaga cum fu-

Iob. 9.

Exo. 30.

erint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Susceptamque pecuniam quae collata est a filiis Israel, trades in usus tabernaculi testimonium: ut sit monumentum eorum coram domino, & propicietur animabus eorum. In primis itaque de hac possumus dicere pecunia, quia sanctificata erat domino. Neque enim filijs Aaron eam concedit, sed in uasis seu alijus tabernaculo necessarius, eam praecipit collocari: ut in obsequijs diuinis iugiter perseuerans, eorum qui obtulerunt, sit monumentum perpetuum coram domino. Quisquis itaque de hac pecunia detrahere quicquam praesumpsisset, delinquebat in sanctificationis. Huic autem, si expiari uoluisset, aries & damni restituit, iuxta quod praefens legislatio decernit, necessaria erat. Sed in litera spiritum requiramus. Hec enim pecunia quid mysterij contineat, discutendum est: deinde quis sit qui eam minuit, quis aries, seu ipsius pecuniae reformatio, per quam delinquentis reatus absoluitur. Si igitur quae de hac pecunia dicta sunt, cogitauerimus: continuo apparebit, quid etiam per illam significetur. Nam cum praecipitur, ut omnis qui transit ad nomen, offerat eam, diues nihil addat, & pauper nihil minuat: quis non uideat, non morum hic sanctitatem, in qua sanctorum diuersa est gratia, dum alius plus, alius minus ad profectum nititur: sed fidei integritatem describi, quae sanctis omnibus communis est, in qua nec diuiti quicquam addere, nec pauperi detrahere licitum est: Haec itaque recte per dimidium sicli exprimitur. Siclus quippe uiginti obolos habet. Quapropter decem oboli qui in sicli dimidio reperiuntur, numeri sui perfectione perfectam fidei doctrinam insinuant. Nam idem siclus mensuram templi habere praecipitur. Quisquis enim plenam fidei mensuram habere satagit, necesse est ut eam non haereticorum quorumlibet, sed orthodoxorum patrum doctrinae conformet. Denarius itaque iste in se quidem perfectus est: sed tamen sicli non plenitudine, sed medietatem continet: quia fidei nostrae plenitudo, totum quidem habet quod saluti satis sit humanae, uerum ad plenitudinem illam uisionis dei, quae in futuro reprodimitur sanctis, uix dimidium explet. Unde Apostolus: Ex parte, inquit, cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cui autem uenerit quod perfectum est, euacuabit quod ex parte est. Si igitur intelleximus quod in sicli medio (quod precium pro animabus suis ab omnibus filiis Israel offerendum est) designatur, iam illud facile intellectum erit, quod sit qui huic summam aliquid detrahere praesumit. Quisquis namque haereticorum fauens erroribus, credendi formam quam tradit ecclesia, in aliquo

Siclus. Obolus.

Mensura templi.

I. Cor. 15.

minuere conatur: dicitur pecuniae uolentus existit, dum fidei dogma quod a patribus sanctis magisterio confirmatum est, ipse spiritu contratio instigatur, uiolare praesumit. De quibus psalmus: Quoniam quae perfecti sunt, destruxerunt. Si igitur quae eiusmodi est, aliqui respuerit: si errorem sui detestatus, reatus sui ueniam imploauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus. Quis est immaculatus aries iste, nisi quae Abraam a filij immolatione reuocatus, haerentem in uepribus inuenit, & p filio immolauit? Christus itaque aries iste intelligitur. Hunc pro delicto suo offerre debet, qui in sanctificationis delinquit. Sed quaerendum, cum idem ipse supra p uultu expressus sit, pro peccato tam suo quam populi hostia factus, cur hic per arietem delignetur. Manifesta uero patet ratio. Quicumque fidei catholice ueritate temerare praesumunt, doctrinae Christi contrarij existunt. Non ergo isti Christum ducem, sed aduersarium habent. De quibus Iohannes in epistola sua: Ois, inquit, qui praecedit & non permanet in doctrina Christi, deum non habet. Praecedunt enim, quoniam Christo docenti non obedire, sed doctrinam eius quam corrigere moluntur. Si igitur tanti reatus propiciationem quaerunt, Christum sibi ducem constituent: & eius magisterio humiliter se subdentes, erroris pristini corrigant. Sic fiet ut quem prius aduersarium habebant, iam arietem factum, propiciatorem inueniant. Horum forma in decem illis leprosis apparuit, qui medelam illius suppliciter postulantes, steterunt a longe, & exclamauerunt, dicentes: Iesu praceptor, misere-re nostri. Ecce cum a Christo sanari desiderant, quasi arietem sibi constituentem, praecptorem uocant. Qui ergo in sanctificationis delinquit, arietem pro se offerat, id est, quisquis dogmatibus ecclesiasticis refragari ausus est, per Christi doctrinam se corrigat: ut ipsum iam habens doctorem fidei, per ipsum mereatur reconciliari. Sed quid est quod huic arietem duorum siclorum precium ponitur? Offerret arietem, inquit, qui emi potest duobus siclis iuxta pondus sanctuarij. Notum est omnibus, argenti metallum sonorum esse. Siclus itaque qui argenteus est, uerax fidei confessionem insinuat. Quisquis enim (ait Iohannes) confessus fuerit quoniam Iesus est filius dei, deus in eo manet. Aries ergo iste sicli precio emitur, quia Christus per uerax fidei confessionem acquirit. Sicli tamen in precio duo sunt: quia Christus & corde credendus, & ore confitendus est. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illi excitaui a mortuis, saluus eris. Confitere igitur in corde tuo, ut deus uocem tuam audiat: confitere & ore, ut fides tua hominibus innotescat. & utriusque sicli precium perfoluisti. Siclus tamen iste sanctuarij pondus habere praecipitur, ut

Psal. 10.

Gen. 22.

I. Iob. 1. Praecedit

Luc. 17

I. Iob. 4.

Rom. 10.

fidei tux professio, ecclesiastica traditionis formam imitetur. Si enim Christum nominans, aliud de illo sentias quam catholica tradidit fides, sicut quidem habes: sed quia pondus in illo sanctuarii non inuenitur, aries iste tali commercio minime tibi confertur. Sciendum uero quod ubi hebraica ueritas, quam nostra translatio sequitur, duos siclos ponit: septuaginta transfulerunt, qui emi possit quinquaginta siclis argenti siclo sanctuarii. Spiritu enim prophetico (ut credimus) interpretantes, multa in uerbis mysticis ad placitum suum mutauerunt, ubi tamen spiritualis sensus idem esset: hinc maxime legis intentionem ostendentes, eamque figuratiue loqui insinuantes, quod legem interpretantes, quasi alia a lege proferunt, eadem tamen quae lex, alijs figuris expriment. Ad gentes nanque legem transferentes, non illum ceremoniarum ritum, cui tunc temporis Iudaei seruiebant, illis tradunt: nimirum quas (si prophetae fuerunt) ab eodem in fine temporum, cum ad fidem uenissent, reuelandas prospiciebant: sed quod earundem ceremoniarum uelamine tegebatur, nunc eisdem, nunc alijs uerbis eis insinuatur. Dicant enim qui errasse eos existimant, quo pacto credendum est, septuaginta sapientes eatenus errasse, ut per ignorantiam pro duobus siclis quinquaginta ponerent, & non potius scienter, rationabili scilicet aliqua causa perspecta, siclorum numerum commutarent: Nam in uerbis eorum praeter hoc quod a ueritate hebraica dissonat, literae sensus nec sibi ipsi constat. Arias enim duobus quidem aut tribus siclis emi solet: in quinquaginta autem siclis, equi potius uel alicuius magni animalis precium est. Quid igitur ipsius numeri mutatio sibi uelit, & tanta literae dissonantia quomodo in spiritu conueniat, aduertendum est. Lex in siclo confessionem (ut dictum est) fidei commendans, binario siclorum numero, quod & in ore, & in corde habenda esset, nos docuit. Septuaginta uero quinquagenarium numerum in siclis ponentes, quis tanta gratiae autor esset, ut homines dei cognoscere & confiteri potuissent, significauerit. Numerus quippe iste spiritui sancto consecratus est, propter septenarium per se ipsum multiplicatum: in quo perfectio requiritur, quae per spiritum sanctum datur hominibus, expressa cognoscitur: in quo etiam quinquagenarii summa consistit, monade addita, eo quod nos erga multa occupati, turbamur & solliciti sumus: ad unum uero reuocari, quiescimus. Inde est quod quinquagesimo die spiritui sanctus apostolis missus est. Quinquaginta ergo sunt sicli, quibus aries iste comparatur: quia confessio fidei qua Christus acquiritur, per spiritum sanctum hominibus datur. Nemo enim potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Sed iam se-

Defenditur septuaginta.

Act. 2.

1. Cor. 12.

quentia uideamus. [Ipsumque quod intulit damni, restituet: & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti.] Damnum quod homo iste pecunia sanctificata intulerat, hoc est, quia fidei integritati aliquid detraxerat praesumebat. Hoc igitur restituere debet, ut ex integro quicquid continet fidei plenitudo, totum consistat. Et quintam (inquit) partem ponet supra. Quinque sunt corporis sensus: & quicquid homo homini innotescit, per hos quinque sensus ab anima in animam transit. Recte igitur per quinarium, occultorum manifestatio intelligitur: quia (ut diximus) nisi per hos quinque sensus, nihil ab homine homini reuelatur. Restituet itaque damnum quod intulit, ut ex integro credat quod credit ecclesia: sed insuper & quintam partem addere oportet, eam scilicet quae ad exteriorum sensuum operationem pertinet. Quam etiam tradet sacerdoti, si ecclesiasticis praepositis, per quos ad corporis Christi unitatem recipiatur, & se primum errasse, & unum errorem suum correxisse confiteatur. De quo & subditur: [Qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.] Offerens (inquit) arietem, id est, hoc ipsum pro eius indulgentia diuinae pietatis intendens, quod homo iam correctus Christi doctrinam sequitur, cui prius in errore positus refragabatur. Iam enim sperare potest hominem per Christum repropiciari, quae iam non aduersari Christo cognoscit, sed humiliari. Super sanctificata itaque pecunia praesens capitulum explanatum est. Sed quoniam sanctificatorum tria nos ponere supra promissimus, in quibus omnia quae dicta sunt, aduerte reliceret, duo reliqua paulo breuius perstringamus. In Exodo itaque etiam unguentum domino sanctificari praecipitur, ex quo unguatur tabernaculum, & omnia uasa illius, Aaron quoque & filij eius. De quo etiam dicit filij Israel: Hoc oleum sanctum erit mihi in generationibus uestris. Caro hominis non ungetur ex eo. Quod quomodo dictum sit, quaeri potest, cum Aaron filijque eius ex eo ungi praecipiantur. In promptu tamen est aduerte, eam quae ad usum carnalem pertinet, prohiberi unctioem, non eam quae ad sanctificationem. Unde non dicitur: Homo non ungetur ex eo, sed caro hominis non ungetur ex eo: ut uoluptatem potius carnis amputatam intelligas, quam officium consecrationis. Non ungetur quoque, dictum est, quod licite fieri non possit unguatur. Alioqui seu errore, seu temeraria praesumptione fieri possit, ut aliquo eius unctio usurparetur. Nam de hoc etiam praesens legislatio agere uidetur. Sed has angustias patiatur litera: in spiritu uero liberemur, omnino fieri non posse ut caro hominis hac unctio ungetur. Unctio quippe illa est, de qua Iohannes fidelibus loquitur:

Exo. 30.

1. Ioh. 3.

Ioh. 14.

Gen. 6.

Exo. 30.

Luc. 16.

3. Re. 22.

Iud. 1.

1. Ioh. 4.

Unctio eius docet uos de omnibus. Quod de spiritu sancto eum dixisse nulli dubium est, de quo dominus discipulis loquens: Rogabo, inquit, patrem, & alium paraclitum dabit uobis, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere. Et in Genesi: Non permancebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est. Vnguento itaque isto caro hominis ungi non potest: quia quicunque uiuunt secundum carnem, spiritus sancti nesciunt unctioem. Segur tamen lex de eodem loquens, & dicit: Homo quicunque: tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabit de populo suo. Hoc ad spiritum sanctum uidetur non posse referri, cum de illo dominus testetur, quia alienus accipere eum non potest. Sed sunt nonnulli, qui quod non habent, habere se simulant. Quicunque ergo hac unctioem pro meriti suum priuati, unctos se ex ea uideri appetunt: isti cum ab ea alieni sint, fallaciter eam sibi usurpant. Isti itaque in sanctificationis delinquant: quia quod non habent, se habere mentientur: contra factum, cum ipsi indigni sint, oleo consecrato se unguunt. Haec locutio frequens est, ut cum dominus dicit Iudaeis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra. Iustificatis dixit, id est, iustos uos esse iactatis. Sic & hoc unguentum unguunt se, qui eo unctos se esse simulant. In illo antiquo populo omnes pseudo prophetae, cum spiritu seductorio pleni essent, spiritum sanctum se habere gloriabantur. Unde & in libro regum Michea contra Achab regem impium prophetae, & falsos prophetas illius arguente: accessit Sedechias filius Chanaan, & percussit Micheam in maxilla, & dixit: Me ne ergo dimisit spiritus domini, & locutus est tibi? Sed & sub nouo testamento haeretici, de quibus Iudas apostolus: Animales, inquit, spiritum sanctum non habentes: omnes tamen se eius unctioem sanctificatos uideri affectabant. Unde beatus Iohannes fideles admonet, dicens: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Si igitur iam satis constat, qui sint alieni, qui oleo sanctificationis ungeri se praesumunt: uideamus & quod sit eorum remedium, si quis ab hac temeritate animum uoluerit reuocare. Offeret itaque arietem, ut per Christi doctrinam superbiam suam corrigens, humilitatem quam Christus uocauit amplectatur: & sic eum iam ducem habens, per eum reconciliari suppliciter deprecetur. Restituet quoque damnum quod intulerat, si se uirtutibus uacuum cogitans, nomen sanctitatis fallaciter usurpatum, eis qui digni sunt derelinquat. Quinta etiam pars insuper additur, si & quod prius superbe egerit, & quod ab eadem superbia usurperit, humiliter confiteatur. Quae sequitur, ut supra explanatum est, sic & hic accipienda sunt.

Tertium in his quae promissimus, locum tenent adipis, de quibus in hoc uolumine Moyses supra praecipisse legimus: Omnis adeps domini erit iure perpetuo. In quibus quia affectus nostri figurantur, domino illos subtrahit, quisquis bonum exequens, non diuinam gratiam, sed suam aut gloriam, aut lucrum aliquod temporale inquirat. Pro quo reatu si aliquando ad se reuersus satisfacere uoluerit, arietis supradicti hostiam gratat, ut Christi praecipis humiliter se subdens, audiat eum in euangelio monentem: Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Alioqui mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in caelis est. Cui praepcepto si obtemperare uoluerit, & a stultitia sua liberari, per eum quem iam ducem sequitur, poterit repropiciari. Qui etiam damnum quod intulit poterit reformare, si affectus suos a uanitate subtrahens, ad diuinam gratiam appetitum studuerit reuocare. Quintam addet partem, si errorem suum corrigens, domino per sacerdotem eius suam obtulerit confessionem. Sed de illo reatu qui in sanctificationis committitur, ista sufficiant.

Mat. 6.

Vt omnis reus in satisfactione sacerdotis se subdat arbitrio. Caput IX.



ostquam igitur eorum qui circa religionem errant, per doctrinam Christi qui uertus nobis iustitiae doctor & sanctificationis autor apparuit, corrigendum censuit

errorem: nunc de omni peccato uniuersalem tradit legem, ut quicunque in aliquo domini mandatum transgressus fuerit, reatus sui satisfactionem non suo disponat arbitrio, sed sacerdotis sui iudicio se subdens, modum poenitentiae non negligat explere, quem ab illo acceperit. Hoc est ergo quod subditur: Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritque unum ex his quae domini lege prohibentur: & peccati rea, intellexerit iniquitatem suam: offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram aestimationemque peccati. Qui orabit pro eo quod fecerit nesciens, & dimittetur ei qui per errorem deliquit in dominum.

Superius cum hircum seu capram pro peccatis offerenda decerneret, uarietate hostiarum distinxit per uarietate personarum. Sed quia non solum peccati uerum & peccatorum diuersitas consideranda est, ut iuxta mensuram culpae extendat mensuram uindictae, hoc est, quod hic decernitur. Qui reus est: iubetur ut ad sacerdotem accedat: & peccati sui aestimationem illi committens, quod ille iudicauerit,

hoc iste deuotus implere contendat. Offerret itaq; sacerdoti arietem immaculatum, iuxta mensuram æstimationemq; peccati: si est quasi ducẽ ac preuium sibi constituens, hanc potestatem illi concesserit, ut digna pœnitentiæ secundum quod reatus sui modum ipse æstimauerit, pondus sibi imponat, ut immaculata uitæ uiam ostendat: si se deniq; promiserit securum, quo sacerdotis præcesserit documentum.

Vt qui proximum læserit, satisfaciat ei.

Caput X.

Mat. 22.



Quimus duo esse principia præcepta: primum, ut ex toto corde diligatur deus: secundum, ut proximus. Hunc ordinem & hic seruari reperies. Cum enim pauloante iniuriæ & contemptus sui satisfactionem dominus exegisset ab his, qui aliquid eorum quæ sibi sunt cõsecrata, usurpant: secundo loco nec proximi contemnit iniuriam, sed si quoquo modo hominem ab homine lædi contigerit, læsionem ipsam humili satisfactione præcipit expiari.

LEVITI si caput VI.

Locurus est dñs ad Moysen, dicẽs:

Hoc illatum est, cum superius & dominus loqueretur. Facit hoc sæpe scriptura, cum aliquid aliud uult dicere, iterum inducit loquentem, qui iam loquebatur.

Anima quæ peccauerit, & contempto domino, negauerit depositum proximi sui, quod fidei eius creditum fuerat.

Contempto, inquit, domino. Hic manifeste ostendit, quia in iniuria proximi, dominus timendus est.

Vel ui aliquid extorserit, aut calumniam fecerit.

Multi em sunt qui uim palam inferre non possunt: sed rem proximi caluniantes, & cau-

sam suam ad commune iudicium referentes, corrupto iudice, ex eius sententiã quasi iuste, quod suum non est, inuadunt.

Siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit: & quodlibet aliud ex plurib; fecerit, in quibus peccare solent homines.

Hic tamen notandum, quod de his solum agitur quæ ad iniuriam pertinent proximi, nimirum cum de diuina iniuria satis superius tractatum sit.

Conuicta delicti, reddet omnia quæ fraude uoluit obtinere, integra.

Aliter enim qui uolentis extitit, indulgentiam suæ uolentiæ non poterit obtinere, nisi prius restituat, si tamen restituendi habet facultatem, quicquid proximum defraudauit. Et quintam insuper partẽ addet domino, cui damnum intulerat.

Hoc tunc demum complebit, si apud eum quem læserat, reatum suum confessus, indulgentiam sibi ab eo humiliter fuerit deprecatus. Neq; enim ut prius, cum diuina causa tractaretur, sacerdoti: sed homini cui damnum illatum est, aut damni restitutum, aut quintæ partis adiectio præcipitur assignari. Quid uero ad ius sacerdotis pertineat, subiungitur.

Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta mensurã æstimationemq; delicti. Qui rogabit pro eo coram domino, & dimittetur ei pro singulis quæ faciendo peccauit.

Quia enim peccatum quod in hominem committitur, etiam deũ respicit: homine primum placato, sibi quoq; satisfieri dominus præcipit. Modus quoq; satisfactiõis hic erit, sicut in præcedenti capitulo tractatum est, quæcunq; præpositi iudicium illi constituerit.

# RADVLPHI FLA

VIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER QVARTVS.

PRÆFATIO.

Ioh. 6.



Verum illum euangelicũ, qui labore suo quæque panes, quos dominus benediceret, & quibus turba reficeret, exhibuit: adhuc præ oculis habemus, dum uideamus Esau, qui in carnali legis obseruatione foris uenationem qua

pater reficeretur, inquit, sed præuentus à fratre iuniore. siquidem præueniet (inquit) æthiopia manus eius deo, quia populus gentium apud se intus in moribus suis escas patri acceptas inuenit. Vnde patris decreto fratris dominus cõstitutus, seruum eum habet: quia Esau ad refectiõnem & ædificationem nostram panes portat, quorum onere grauat, dum dentibus inualidis ad eorum interiora non penetrat, crustam solã rodere con-

Gene. 27 Psal. 67.

Isai. 29.

tentus, panes alijs baiulans, ipse ieiunat. Hoc & Isaias prædixerat, Iudeos arguens & dicens: Inebriamini, & nõ à uino, quoniam misit uobis dominus spiritum soporis. claudet oculos uestros, prophetas & principes uestros, qui uident uisiones, operiet. Quasi diceret: Absconder sentium eorum à uobis, ut non intelligatis eos. Et erit uobis uisio omnium, sicut uerba libri signati. Quem cum dederint scienti literas, dicet: Lege istum. Et respondebit: Non possum, signatus est enim.

Ibidem

Ibidem

Ibidem

Rom. 11.

Isai. 29.

Et post pauca de populo eodem: Peribit, inquit, sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentiam eius abscondetur. Deniq; gratiam quam ex diuina misericordia adepti sumus, pronuncians: Nonne adhuc, inquit, in modico & in breui, & conuerteretur Libanus in Chermel, & Chermel in saltum reputabitur? Per Carmelum quippe qui Iudææ mons est, plebem Israeliticam: per Libanum uero, gentilitatis altitudinem, quæ de gloria & nitore seculari tumebat, designauit. Libanus itaq; in Carmelum cõuersus est, quia oleaster syluestris & antea infructuosus, ut fructum faceret, pinguedini oliuæ inferretur est.

Carmelus quoq; in saltum reputatus est: quia Iudaicus populus qui primum cælestes ferrebat fructus, desertus à Christo, in syluam redactus est. Et audient, inquit, in die illa surdi uerba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum uidebunt. Hoc de nobis dictum, & in nobis impletum aduertimus & gaudemus. Nos igitur qui à summo omnium magistro misericorditer edocti, unum ex quinque, quibus puer iste oneratur nec pascitur, panem frangendum & disperendum suscepimus: ipsius gratia adiuti, euoluere eum & à palcatu integumentis (ordeaceus enim est) enucleare, ut cœpimus, exequamur. De hostijs & sacrificijs hucusq; tractatum est. Holocausta, similia sacrificia, hostias pacificorum, item eas quæ pro peccatis offerebantur, legislator descripsit. Sed quia de nullis quantum sufficere iudicaret. locutus è: à capite repetens, quod minus est singulis addit, more pictoris imitans, qui aliquam depingens imaginem, eius lineamenta prius ponit: & quasi totam cõsummat, cum in ea nihil perfecit. Mox deniq; membra singula recurrentes, colores addit: & singulis quod deesse uidet, apponit. Pari forma legislator omnia retractas quæ dixerat, quibusdã repetitis quæ iam tradiderat, quædam noua addit. Ad holocausta itaq; quæ prima posuerat, primum recurrit, ita inferens:

Que sit lex holocausti. Caput I.



Locutus est dñs ad Moysen, dicens: Præcipe Aarõ & filijs eius,

Nota quod illis traduntur ceremoniarum ritus, per quorum officium dispensantur.

Hec est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte usq; mane.

Si de holocaustis quæ superius dicta sunt, reuocemus ad memoriã, ista necessario addi perspiciamus. Supra quippe de holocausto bouis seu ouis sancitum est, ut ad ostium tabernaculi immolandum adduceretur: matatum & in frustra concisum, altari superponeretur incendendum. Aues quoq; ferro quidẽ non incidi, sed tamen super altare adoleri, lignis igne suppositis, præcipiuntur. Sed neq; de pecoribus, neq; de auiibus dictum è, quanto tẽpore in igne relinquit, uel quo post con cremationem efferi deberent. Hoc est itaq; quod hic suppletur. Dicit ergo: [Hæc est lex holocausti: Cremabit in altari tota nocte usq; mane.] Intelligendũ quæ quæcunq; hora dici, seu mane seu uel pere, holocaustũ incederet, sequenti nocte tota super altare relinqueret. Nobis uero inuicẽ, ut si holocaustũ nos ipsos deo obtulimus, si flamma sancti amoris ardere cœpimus, perferre ueremus: nec præ abundantia iniquitatis refrigerat charitas nostra, sed sicut scriptũ est de forti muliere matre nostra, nõ extinguitur in nocte lucerna nostra. Lucerna quippe nostra, ipsa charitas est: quæ præceptum dñi lucidum, illuminans oculos. Ipsa em quo gressum tẽdamus operis, intus nos erudit: & dũ quæ agimus, alijs ostendit, quo sequi debeant, eisdem accedit. Si ergo post tenebras noctis p̄sentis, æternũ nobis mane oriri cupimus, pro custodia lucernæ huius uigilemus & solliciti simus: quoniam quis hic dũ adiuuit in conspectu hoim, ignis sui flammam seruauerit, post uocationẽ suã, decedentibus tenebris & uero mane illucescete, sub dei præsentia in æternũ fulgebit. Vñ scriptum est: Stellæ quoq; dederunt lumẽ in custodijs suis. Vocatæ sunt, & dixerunt, assumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit eas. Sequitur:

Mat. 24

Prou. 31.

Psal. 18.

Baruc. 3.

Ignis ex eodem altari erit.

Hoc uidetur præcipere, ut non aliunde afferretur ignis, nempe alienus ille dicitur, qui aliunde allatus est: sed ut perpetuus ignis in altari conseruaretur, ex quo (cum opus esset) holocausta succederentur. Mysterium quoq; huius rei si requiras, ignis alius è in nobis naturalis, alius naturæ contrarius. Nam charitatis ardor, quo deus amat & proximus, iste est ignis domesticus, à creatore naturæ infusus, nõ à corruptore, ad ipsius cõsumptionẽ naturæ, suppositus. Cum uero ardet anima uestra cupiditate auaritiæ, cum ardet ira, ardet luxuria, & si qua huiusmodi sunt: iste ignis alienus è, minime dignus ex quo dominicæ

hostia succendatur, sed per que magis dominica iracundia prouocetur. Sequitur: Vestietur sacerdos tunica & feminalibus lineis: tolletq; cineres quos uorans ignis exussit, & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus uestimentis: indutusq; alijs, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo usq; ad fauillam consumi faciet.

Iam prædiximus, holocausta ignes suos usq; in mane conseruare oportere. Mane autem facto quid de his fieri debeat, nunc subditur. Iubetur sacerdos sacris uestibus indui, & cineres ab altari deponere in loco præparato propter ipsum altare. Hic autem locus in orientali parte erat, sicut longe superius in holocausto auium notatū est, ubi sic de eodē dicitur: Vesiculam uero gutturis & plumas projiciet propter altare ad orientalem plagā, in loco in quo cineres effundi solēt. De quibus cineribus manifestius hic exponitur. De hinc sacerdos ueste mutata, cineres ipsos extra castra ferre præcipitur, & ibi in loco mundissimo usq; ad fauillam consumi. Non dicitur, ut de altari illos accipiat, & statim efferat: sed prius deponere eos. Iuxta altare collocare iubetur: unde assumptos, in locū euehat designatum. Magna hic sacramenti profunditas, magna spes reposita mortalib; magna consolatio morientibus. Si enim in concrematione illa quæ in altari fit, labor uitæ nostræ accipit, quando spiritu feruentes in sanctis operibus nos exercemus, quid cineres, reliquæ scilicet illius concremationis, nisi quod post uitam unicuique nostrum restat, designant? Notum autē teste scripturā, quia iustum corporibus in pace sepultis, animæ quæ eorum in manu dei sunt, & quia beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, ut requiescāt a laboribus suis. Hæ sunt iustorum reliquæ, quoniam sunt reliquæ homini pacifico. Iniusti autem disperibunt, simul reliquæ impiorum interibunt. Cineres itaq; ab altari deponuntur, quia iusti a labore in requiem suscipiuntur. Cineres ad orientem collocantur, quia iusti sicut in Iob legitur meridianus fulgor consurgit ad uesperam. ad occasum scilicet uitæ præsentis, claritas subsequens. Et cum putantur consumpti, oriuntur ut lucifer. Inde est quod sanctorum obit natalitia uocari ecclesiasticus usus obtinuit: quia quod sunt infanti angustis materni uteri ad huius aeris libertatem, hoc est, iustis huius conuersationis ærumna ad futuræ gloriæ amplitudinem. Locus quoq; in quo cineres deponuntur, altari iuxta est: quia secundum uitæ præsentis meritum, retribuitur

Leuit. 1.

Sapi. 3.

Apo. 14.

Psal. 96.

Iob. 11.

Ibidem

unicuique post obitum. Non elongantur cineres ab altari: quia nec homines a meritis suis disiunguntur, sed sequuntur eos opera eorum, & recipit unusquisque prout gessit in corpore, seu bonum seu malum. Sacerdos qui cineres deponit, tunica & feminalibus lineis induitur: quia Christus, qui distributione sententiæ suæ homines morte multat, ut suos morientes consolaretur, terrenum corpus assumpsit in quo & ipse moreretur. Linum quippe ex terra est, nec in uestibus illis, quid tunica, quid feminalia significat, inquirendum est: sed sicut de diuite illo, qui purpura & bysso induebatur, dicit beatus Gregorius, quia per purpuram & byssum regia exprimebatur dignitas: Qui enim, inquit, purpura & bysso indutus dicitur, recte regni filius uocatur: sic & hic in tunica & feminalibus lineis, quibus totū sacerdotis corpus operiebatur, Christi corpus ex terra sumptum non incongrue figurabatur. Quid ergo murmurat homo, si ut dignus es, moriaris? Et dñi domini exitus mortis: Quid inquam indignaris ad eam quæ promeruisti, sententiam mortis? Ecce ipse saluator tuus, ipse deus sanitatum tuarum, ut per omnia tibi similaretur, & te in his quæ uisite pateris, consolaretur, seruilem formā induit, & quæ tibi, non sibi debebat, mortis pœnam pro te sustinuit. Gratias misericordie ipsius. Communicet nobis quæsumus uitam suam, qui nobiscum pariter tulit mortem nostram. Præbeat se fidelibus suis uideum in gloria, qui pro ipsi uir dolorum factus & sciens infirmitatem, sine specie & decore uisus est in terra. Sequitur namq; & de cineribus su prædictis, quia sacerdos alijs indutus uestibus, efferet eos extra castra. Quid ē cineres extra castra ferre, nisi iustos post animarum suarū requiem, post corporum suorum resolutionem, in alterius uitæ gloriā, quæ ab huius consuetudine longe diuersa sit, transfigurare? Sacerdos uestem mutat qui hæc agit: quia Christus non in forma seruili, in qua prius uisus & despectus est, sed in maiestatis suæ gloria, ut seruos suos glorificet, apparebit. Vnde Apostolus: Christus, inquit, semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundo, sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Cineres uero in loco mundissimum efferuntur, & ibi usq; ad fauillam consumuntur. Quis est locus mundissimus extra castra, nisi perfecta beate ciuitatis illius mundities, omnem excedens huius temporis sanctitatem, quæ in hac uita à quoquam nostrū acquiri potest? Tunc enim Christus exhibebit sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam. Quod & in uestibus illius quando in monte se transfigurauit, osusum est. sic quippe legimus, quia uestimenta eius facta sunt splendida & candida nimis,

Apo. 14. 2. Cor. 5.

Luc. 16.

Psal. 67.

Isai. 53.

Mat. 23.

Heb. 9.

Thom. 2.

Eph. 5.

Mat. 17.

uelut nix, qualia fullo nō potest cādida facere super terrā. Consummata etenim sanctorum sinceritas, & ecclesiæ (quæ uestis Christi est) candor iam ibi præfigurabat: in illa patria tantus erit, quantum nullus hic purgator studiosus supplicis acquirat. Vnde in Apocalypsi quoq; dicitur, quia ciuitas Ierusalem erat ex auro mundo, simili uitro mundo. Ibi itaq; prorsus consumuntur cineres sanctorum: quia nec in corporibus eorum ulla relinquet corruptio, nec in animabus uitium. Cum enim corruptibile hoc induerit incorruptionem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoriam. Notandum uero quod hic ipse locus fit, ad quæ superius uultus qui pro peccato offeruntur, concremantur efferri iubetur. Nequaquam tamen ibi mundissimus, sed mundus dicitur. Præsens quippe ecclesiæ quæ ex gentibus congregata est, ibi significatur: ad quam gloria resurrectionis Christi trāsata, & ubi annunciata, ac credita est. Tunc igitur locus iste iure mundus tantum, non mundissimus dicitur: quia ecclesiæ fidelium fide suam iam hic quidem mundari incipit, sed licet peccato pro uiribus resistat, fieri tamen non potest ut quando hic uiuit, plene peccati cōtagio careat. Cum uero uita beata signatur, nō immerito locus mundissimus nominatur: quia felix illa ciuitas, constracto peccati aculeo & prorsus eliminato, non in se hostem habet, cum quo cōsurgere & de quo triumphare cogatur: sed post multiplices triumphos, iam pace quietissima coronatur. Sequitur:

Mat. 9.

Apo. 21.

1. Cor. 15.

Ose. 13.

Leu. 4.

Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies. Et inposito holocausto desuper, adolebit adipēs pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari.

Hoc papa Gregorius sic exponit, dicens: Altare dei, est cor nostrum: in quo iubetur ignis semp ardere, quia necesse est ex illo ad dominum charitatis flammam indefinenter ascendere. Cui per singulos dies sacerdos ligna subiiciat ne extinguatur. Ois em Christi fide præditus, membrum utiq; summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis fidelibus Petrus apostolus dicit: Vos autē genus electū, regale sacerdotium. Et sicut Iohānes apostolus dicit, Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Sacerdos ergo in altari ignē nutriet, quod ligna subiiciat: id est, fidelis quisque ne in eo flāma charitatis deficiat, in corde suo tam exempla præcedentium, quam scripturæ testimoniā congerere non desistat. Nam quasi quædam fomenta igni da-

re, est, in excitatione charitatis uel exēpla patrum, uel præcepta dñica ministrare. Quia enim interna charitas nostra, ipsa quæ uidetur uir conuersatione ueterascit, ignis iste adhibitis lignis nutriendus est, ut dū per usum se nostræ uetustatis extenuat, per patrum testimonia & exempla reuiuifcat. Et bene illic præcipitur, ut mane per dies singulos cōrigentur. Hæc quippe non sunt, nisi cum nox cæcitatatis extinguuntur. Vel certe, quia mane prima pars diei est, postpositis cogitationibus uitæ præsentis, hoc priori loco quilibet fidelium cogitet, ut quod in se iam iamq; quasi defecit, quibus ualeat nisibus studium charitatis inflammet. Ignis enim iste in altari domini (id est, in corde nostro) citius extinguuntur, nisi si solerter adhibitis exēplis patrum & dñicis testimonijs reparetur. Bene autē subiungitur: Et inposito holocausto desuper, adolebit adipēs pacificorum. Iam quisquis in se hunc ignem charitatis accendit, semetipsum utiq; desuper holocaustum imponit: quia omne uitium quod in se male uiuebat, exurit. Cui em cogitationum suarum interna considerat, & uitam reprobam per immutationis gladium inactat: in ara se sui cordis imposuit, & igne charitatis accendit. De qua hostia pacificorum adipēs redolent, quia interna nouæ uitæ impinguatio, pacem inter nos & deum faciens, odorem de nobis suauissimum reddit. Quia uero eadem charitas in cordibus electorum in extinguibilibus manet, apte subditur: Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari. Ignis iste non defecit, quia etiā post hanc uitam eorum mentibus feruor charitatis accrescit. His tanti doctoris uerbis nos nihil addere præsumimus, quia nec opus est nisi quod lectorem monemus, ut aduertat eadem qua hæc in principio descripta sunt lege, holocausta ex integro ignibus imponi, de pacificis uero adipēs solos cremari.

Quæ sit lex sacrificij. Caput II.



Aec est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerret filij Aaron coram domino & coram altari.

Supra cum de sacrificio post holocausta tractasset, Anima, inquit, cum obtulerit oblationem sacrificij domino, similia erit eius oblatio. Huic oleum infundit, thus supponi præcepit, sicq; ad filios Aaron deferri. Quorum unus similia cum oleo plenum pugillū, & pariter totum thus tollere, impositumq; altari coram domino, iustus est concremare. Reliqua uero eiusdem similia pars, Aaron filijsq;

Leuit. 2.



illius deparata est. Quibus tamē, utrum omni-  
 bus de stirpe eius, an exceptis alijs, separatim  
 quibusdam: ipsiq; quibus iure cederet, quid  
 ex ea agere, utrum comedere eam deberent,  
 aut quibus placuisset, comedendam præbere  
 seu uendere potuissent: quod si comedi eā ab  
 illis necesse esset, ubi & quomodo comedere  
 tur, minime determinatum est. Hæc sunt igitur  
 omnia quæ nunc adiciuntur. Si enim quæ  
 ris, quibus ex stirpe Aaron hæc iure compe-  
 rat, maribus solis eam assignat. Si in q̄s uisus,  
 quæris, illam acciperent: mares, inquit, tantū  
 stirpis Aaron comedent eam. Si ubi quæris,  
 & quomodo in loco, inquit, sanctuarij taber-  
 naculi & sine fermēto. Vbi tamen notandū,  
 sanctuarium hic non illud accipiendū, quod  
 dicitur sanctum sanctorū: sed quia omnis lo-  
 cus tabernaculi sanctus erat, atriū eiusdē san-  
 ctuariū uocat. Hoc em̄ in hostia quæ pro pec-  
 cato offertur, paulo post manifestius appare-  
 bit, de qua cum eadem sanciat quæ de simi-  
 lacris: Sacerdos, inquit, comeder eā in lo-  
 co sancto, in atrijs tabernaculi. Atriū autem,  
 sicut in Exodo legimus, spatium illud uoca-  
 tum est, quod circa tabernaculū tētorijs cin-  
 gebatur, centū cubitis in lōgum, & quinquaginta  
 in latū. Ipsi quoq; maribus stirpis Aa-  
 ron, si quæris, reliquæ sacrificiorum qua lege  
 distribuerentur, nec hoc prætermittitur.  
 Inferius quippe unicuiq; eorum, eius sacrifi-  
 cij quod obtulerit, reliquias concedit. Sed iā  
 mysterium requirētes, capitulatim uerba le-  
 gis differamus: ubi tamen iuxta literā omnia  
 quæ præmissimus, in promptu erit aduere-  
 re. [Hæc est lex sacrificij & libamētorum, quæ  
 offerēt filij Aaron coram domino & coram  
 altari. ] Sacrificiū quod sit, satis apparuit. sed  
 libamenta quæ dixerit, inquirendum est. Li-  
 bamētum enim hic intelligitur pars illa, quæ  
 de sacrificio sumpta & altari imposta, coram  
 domino cremabatur. Hoc inferi<sup>9</sup> cū de paci-  
 ficis agitur, euidentius declaratur. Qui offert,  
 inquit, uictimā pacificorū domino, offerat si-  
 mul & sacrificiū, id est, libamēta eius. Quod  
 si tu requiras, quæ sint ipsa libamenta, statim  
 subdit: Tenebit manibus adipē hostiæ & pe-  
 ctusculum. Cum ambo oblata domino con-  
 fecrati, tradet sacerdoti. Manifestū est, quia  
 illa pars quæ de hostia domino consecraba-  
 tur, sacrificium seu libamentum uocata sit.  
 Nam & Septuaginta hoc sic edisserunt: Of-  
 ferens sacrificiū salutare domino, offeret mu-  
 nus suum domino de sacrificio salutare. Li-  
 bamentum ergo est libatio, id est, modica as-  
 sumptio, quæ de sacrificio in munus domini-  
 cum sequestratur. Nam & Apostolus di-  
 cit: Si libatio sancta, & massa. Libatio, id est,  
 pauci qui ex Iudæis assumpti sunt. [Hæc est  
 igitur lex sacrificij & libamentorū, quæ offe-  
 rent filij Aaron coram domino & corā alta

Exo. 17. et 40.

Libamētum. i sacrificijs. Leu. 7.

Ibidem.

Rom. 11.

ri. ] Congruentius dicere uideretur, corā do-  
 mino super altare. Pars enim illa quæ domi-  
 no sequestrabatur, super altare concremaba-  
 tur coram illo. Quod tamē fortassis ideo di-  
 ctum sit, quia similia illa in uase aliquo posi-  
 ta, cum a sacerdote offerretur, ponebatur an-  
 te altare. Ex qua iam oblata, sumebat sacer-  
 dos plenum pugillū, & super altare incen-  
 debat. Quisquis uero memor eorum quæ su-  
 prædicta sunt, quid per sacrificium significetur  
 intelligit, in his quoque uerbis magnum  
 potest aduere re sacramentum. In sacrificio  
 quippe nō operum bonorum executio, quæ  
 coram hominibus lucent: sed mentis sancti-  
 tas, in qua homo deo soli sibiq; cognitus est,  
 intelligitur. Sacrificium itaq; & libamentum  
 eius coram domino & coram altari offertur,  
 quia mentis sanctimonia, seu cum diuino se  
 amore succendit, seu cum proximorū neces-  
 sitatibus pie se impendit, teste deo & offeren-  
 tis cōscientia exhibetur. Sequitur:

**Tolletq; sacerdos plenum pugillū  
 similæ quæ oleo conserpa est, & to-  
 tum thus quod super similam positū  
 est: adolebitq; illud in altari, in mo-  
 nimentum odoris suauissimi dño .**

Hæc supra iam dicta & explanata sunt. Qua-  
 propter ad alia transeuntes, ea quæ necdum  
 discussa sunt, uideamus.

**Reliquam autem partem similæ co-  
 medet Aaron cum filijs suis absque  
 fermēto, & comedet in loco sanctu-  
 arii tabernaculi .**

Quod Aaron cum filijs suis, Christū cum  
 mēbris significet, si quis ad superiora recurre-  
 rit, agnoscat. Istis itaq; similæ reliquæ come-  
 dedæ decernuntur: quia sancta mens post ora-  
 tionis & lectionis studia, quibus domino se  
 præsentat, & amore illius inflammata: cū pro-  
 ximorum utilitatibus se impendit, in usus eo-  
 rum cedens, quasi ab eis comeditur, quoniam  
 in suarum necessitatum prouidentiam & re-  
 medium eis confertur. Cum autem circa fra-  
 terna obsequia occupatur, ipsi Christo famu-  
 latur. Ipse nanquē in iudicio suo dicitur<sup>9</sup> est:  
 Quādiu fecistis uni ex his fratribus meis mi-  
 nimis, mihi fecistis. Aaron itaque filijq; ei-  
 us, partem similæ residuam comedunt, cum  
 CHRISTVS membraq; ipsius, piæ men-  
 tis sollicitudinem, quæ si charitas fraternæ sine-  
 ret, eam deo uacare mallet, in suos usus susci-  
 piunt. [ Et ⁊ comedent eam absque fermento. ]  
 Hic offerentis uigilantia maxime neces-  
 saria est, ne fermentetur similia, quæ filio-  
 rum Aaron epulis inferēda est. Magnopere  
 enim obseruandum est, ut quicumque proxi-

Mat. 25.

+ cōcedat

Eccl. 10.

Luce. 4. Matt. 7.

Matt. 6.

mis consulere nititur, simplici oculo hoc fa-  
 ciat. Nam si uitia illius redarguit, cauendum  
 est iracundiæ fermentum: ut charitate ma-  
 gis quam furore incitatus, ad eius oburgationem  
 descendat. Huiusmodi enim cum iracundiæ  
 suæ feruor, iustitiæ tamen minister uideri  
 affectat. Sed cum graui intus fermento  
 corruptus sit, corrumpit & ipse eum quē  
 immoderate corripit, & morbum auget quē  
 minuere debuit. Vnde scriptum est: Concu-  
 piscencia spadonis deuirginat iuuenulam,  
 ita & qui facit per uim iudicium iniustū. Spa-  
 do ad coitum non spe trahitur postertatis,  
 scit enim se gignere nō posse, sed ardore cō-  
 cupiscencia infigitur. Corruptere itaque  
 uirginē pot, impregnare nō potest. In hunc  
 modum & qui ad proximi increpationem,  
 non utilitatis alicuius consideratione ducitur,  
 sed furoris sui impetu raptatur: dum si-  
 ne mensura culpas uindicat, lædit non sub-  
 uenit: & cui semen melioris propositi infun-  
 dere debuit, grauius corrumpit. Huic a do-  
 mino dicitur: Medice, prius cura te ipsum.  
 Et: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo  
 tuo, & tunc uidebis eijcere festucam de  
 oculo fratris tui. Tanquam diceret: Si simi-  
 la tua proximos tuos pie cibare te simulas,  
 aufer ab ea fermentum, ut salubris eis sit: &  
 per sollicitudinem quam eis impēdis, aliquid  
 confers utilitatis. Est & aliud fermentum,  
 non minori uigilantia euitandum. Cum em̄  
 proximorum suæ spirituali, siue corporali  
 necessitati concurrimus, pascendo elurien-  
 tem, sitientem potando, uestientes nudum,  
 hospitem suscipientes, seu etiam inscium uer-  
 bo doctrinæ erudientes: timenda est pluri-  
 mum inanis gloriæ pestis, ne quicquid boni  
 operis in superficie fructificat, prauæ inten-  
 tionis fermento deperat. Cum facis (ait do-  
 minus) eleemosynam, noli tuba canere ante  
 te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in  
 uicijs, ut glorificentur ab hominibus. Amen  
 dico uobis, perceperunt mercedem suam.  
 Comedent ergo filij Aaron reliquias sacrifi-  
 cij absque fermento, ut scilicet mens religi-  
 osa cum proximorum curam susceperit, cū  
 eorum uibus se contulerit, simplici intenti-  
 one hoc faciat: ut nec culpas redarguens, ir-  
 suæ libidini seruiat: nec necessaria procurās,  
 inani gloriæ. [ Et comedet eam in loco san-  
 ctuarii tabernaculi. ] Illicium est, nisi in lo-  
 co sancto, similam cōsecratam comedi: quia  
 studium animæ religiosæ, quæ se à mundi  
 cibus sequestrat, non in secularibus, sed  
 in his solum quæ ad deum pertinent, debet  
 proximis exhiberi. Cum igitur nuptiarum  
 causa tractatur, cum augendiæ pecuniæ, cum  
 honorum seculihuius acquirendorum ratio  
 habeat: indignū est, ut mens deo consecrata,  
 q̄ ipsa negligit possidere, alijs studeat procu-

rare. Nisi ergo in loco sancto, nō comedent  
 filij Aaron reliquias sacrificij: quia fideles q̄q;  
 quādiu adhuc negocijs secularibus infudat,  
 illicitū est ut mētes religiosas huiusmodi cu-  
 ris inuoluant. Si quis autem aiā suæ curā ha-  
 buerit, si eruditionem uerbi diuini stiterit: in-  
 stum est, ut qui huius boni gratiam accepit,  
 circa ædificationem fraternam libeter se oc-  
 cupet: & quemadmodum ipse adiutus est ut  
 ad deum ueniret, ita & ipse q̄s potuerit, ut re-  
 deant, iuuet. Conceditur tamen eis, in his eti-  
 am quæ carnis sunt, si necesse fuerit, habere  
 curam proximorum: sed sicut sui, in necessa-  
 rijs duntaxat: ut scilicet in huiusmodi proxi-  
 morum fulciant infirmitatem, non expleat  
 uoluptatem: quanquam si sint aliqui inferioris  
 meriti, per quorum industriam ista ualeant  
 administrari, omnes qui sibi & alijs spiri-  
 tualia possunt providere, hoc onere releu-  
 andi sint: ut fiat in eis quod scriptum est:  
 Vacate & uidete quoniam ego sum deus. Sa-  
 pietiam scribe, inquit, in tempore ocij. & qui  
 minoratur actu, percipiet eam. Non igitur  
 extra locum sanctum similia sancta filijs Aa-  
 ron cōfertur: quia nec suā, nec proximorum  
 quanquam fidelium gratia, qui deo milita-  
 re decreuit, implicat se negocijs secularibus,  
 ut ei placeat cui se probant. Sequitur:

Psal. 48. Eccl. 38.

2. Tim. 2.

**Ideo autem non fermētabitur, quia  
 pars eius in domini offertur incen-  
 sum.**

Prædixerat, absq; fermento eam comedē-  
 dam: & subiunxit, [ Ideo autem non fermē-  
 tabitur, quia pars eius in domini offert incē-  
 sum. ] Quæ sit similia huius partitio, superius  
 diximus: geminum scilicet mētis nostræ stu-  
 dium, propter geminam dilectionem, dei &  
 proximi, ut aliquando deo uacemus, lectio-  
 ni & orationi studentes, aliquando uero p-  
 ximorum necessitates pia sollicitudine pro-  
 curemus. Necesse est autē ut mens, quæ sub-  
 inde ad deum recurrere, & incensum ei ora-  
 tiōis offerre desiderat, circa ipsa fraternæ ob-  
 sequia azymam se ei exhibeat. Si enim uitia  
 aliena redarguit, cauendum est fermentum  
 malitiæ, cum scriptum sit: Iniquitatem si aspe-  
 xi in corde meo, non exaudiet dominus. Si  
 in necessarijs proximo consulit, cauenda est  
 pestis inanis gloriæ, quoniam debilitatur orā-  
 tis conscientia, nec fiduciam habet impetran-  
 di, quæ in exteriori suo labore fraudulenter  
 egisse se recolit: & cum pietatis prætenderet  
 speciem, plus tamen concupiscentiæ laudis hu-  
 manæ, quam fraternæ charitati, deseruisse.  
 De quibus Iob: Quæ enim spes est hypocri-  
 tæ, si auare rapiat, & non liberet deus animā  
 eius? Rapit hypocrita: quia quod suum non  
 est usurpat, laudem scilicet uirtutis quam in  
 superficie prætendit, cum interius uirtute ua-

Psal. 65.

Iob. 27.

caus sit. Sed non liberat deus animam eius: quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est deus corde nostro & nouit omnia. Nunquid ergo, inquit, clamorem eius audiet deus, cum uenerit super eum angustia? aut poterit in omnipotentē delectari, & inuocare deum in omni tempore? Simila igitur non sra ideo fermentari non debet, quia de illa parte domino incendi oportet. Alioqui nisi fermento purgetur, indigna est quæ domi no præsentetur. Fit hic utilissima conuersa. Sicut enim similia ista iccirco à fermento pur ganda est, ut pars coram domino possit incē di: sic eccluerio ideo sapius domino præsen tanda est, ut à fermenti commixtione possit sequestrari. Anima enim quæ frequenter ad orationem se confert, compunctionis ma china super se leuata, & spiritus sancto illumi nata, ibi discit quàm pia affectione proximis subueniendum, & quanta sollicitudine interi us secretum ab omni fermento midandum sit. Quod si intentio in aliquo deprauata fue rit, orationis & contēplationis lumini se red dens, cito deprehēdit ac facile corrigit, os su um aperiens & attrahens spiritum, cuius uir tute roborata, nullum uitium sibi dominari permittit. Qui autē assidue in actionibus uer santur, in multis delinquant & nesciunt: cor rumpuntur uetera scuntq; interior, & nō sen tiunt. De quibus sub Ephraim specie per pro phetam dicitur: Ephraim uitula docta dilige re triturā. Comederunt alieni robur eius, & nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & igno rauit. Mane quippe sit animæ, quoties p con templationis & meditationis studium æter no lumini se ingerit. Vesperam autem pati tur, mox ut ad tenebras exterioris actionis relabitur. Quæ tamen ne in noctem tenebro sam descendat, opus est ut lumen amissum ci tius repetat, & studijs spiritualibus se restitu at. Vnde Moyses post uesperam statim fa ctum mane subiunxit, dicens: Factum est ue spera & mane dies unus. Et factū est uespere & mane dies secundus. Quod per omnes sex dies reperitur. Necessè est enim, ut per omēs sex mundi huius ætates, humana anima has uicissitudines patiat, donec septima illuce scēte, nulla amplius uespera subsequatur. Nā & Salomon nos admonet, dicens: Mane fe mina semen tuum, & uespere non cesset ma nus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud. Quod si utriusque simul, melius erit. Et quasi illam Mariæ partē collaudans: Dul ce, inquit, lumen, & delectabile est oculis ui dere solem. Hæc ē similia nostræ partitio, de qua iam diutius egimus: quæ mane habet in diuina contēplatione, cum domino præsen tatur: uesperam autem in humana conuersa tione, cum filiorum Aaron uisibus cōfertur. In qua tamen si quid corruptelæ deprauatio

1. Iob. 3.  
Iob. 27.  
Ose. 10.  
Gen. 1.  
Ecc. 11.  
Luc. 10.  
Ecc. 11.

nisq; contraxit, lumini reddita, citius depre hendit. Dicatur itaque: Ideo non fermenta bitur, quia pars eius in domini offertur incen sum. Quia si diuinæ claritatis speculum sub inde respexerit, ad illius rectitudinis lineam se dirigere ualebit. Sequitur:

**Sanctum sanctorū erit, sicut pro pec cato atq; delicto.**

Magna laus sacrificij, in quo tamen hostia m pro peccato atque delicto ei coniungit, quod sanctorum sanctorum nominatur. Non hoc de holocaustis, nō de hostijs pacificis di xerat. Quapropter huius præconiij ratio quæ rēda est. Sancta quidem sunt etiam opera iu storum seu perfectorum, seu mediocrem ui tam sectantium, sed alia est sanctitas, quæ ma lis quoq; communis esse potest: alia, quæ bo norum propria est. Opera enim quasi uesti menta sunt sanctorum, sicut scriptum est: Sa cerdotes tui induātur iustitiā. Hæc autem eti am mali nonnunquam usurpant, testante do mino in euangelio: Attendite à falsis prophe tis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sancti ras uero interior, sanctitas morum, propria bonorū possessio est. Merito ergo sancta san ctorū dicitur: quia ubicunq; ipsa est, etiā ope ra exteriora sanctificantur: sine ipsa uero, for mā quidē pietatis habere possunt, sancta autē esse non possunt. De qua adhuc subditur:

**Mares tantum stirpis Aaron come dent illud.**

Qui sunt mares, nisi qui ex numero fide lium uirtuti operam dant? Filia uero sunt, q̄ licet per fidem summo sacerdoti adherētes Christo, secularibus tamen desiderijs subdi tæ sunt, & appetitu carnaliū uoluptatū ener uantur. Mares igitur soli simillam sanctā com edent: quia his qui iustitiæ famem patiuntur, religiosorum cura impendenda est, quo ad destinatum perungere queant. Fæminæ uero ab eius esu prohibētur: quia indignum ualde est, ut mens quæ spiritualibus exerci tijs se deuouerat, sua sollicitudine & cura pro uideat, qualiter prægnātibus circa uariarum escarū desideriiū languētibus satisfaciatur.

**Legitimum ac sempiternū est in ge nerationibus uestris, de sacrificijs domini.**

Sempiternum dicitur, non quod sine careat, sed quia finis ei à legislatore non consti tuebatur: perpetuo utique tempore, quandiu ritus illi legales manerent, ab illo populo obseruandū. Hæc est scripturarū locutio, sicut de seruo illo cui? auris ad postes tabernaculi subula pforatur, dictū est: Habebis eū seruū

Psal. 110

Matt. 7

Exo. 11

sempiternum: cum seruire æternaliter non possit, cuius uita æternaliter non subsistit. Sed seruus sempiternus dictus est, quod nul lus ei seruitutis præstituebatur finis, tota utiq; uita seruiturus. Sic & poeta Horatius:

epi. 9. li. 1.

*Seruet æternum, qui paruo nesciet uri.*

Complet legislator sanctionem hanc de sacrificijs, sic concludens:

**Omnis qui tetigerit illa, sanctifica bitur.**

Tria sacrificiorum genera in hoc uolumi ne deprehēdimus. Sacrificium similia, & eo rum quæ de similia fiunt, uidelicet sacrificiū de clibano, de farragine, de craticula. Itē adipe pacificorum qui coram domino incen debātur, sacrificium superius appellauit. Ter tio sacrificium dicitur, hostia pro peccato & pro delicto. Primum hic ubi habes quod sancta sanctorum est, & quia tangentem sancti ficat: postea expressius, & nominatim in cō summatione huius recapitulationis: Ista est, inquit, lex holocausti & sacrificij pro pecca to & pro delicto. De sacrificijs similia, & de hostijs pro peccato & pro delicto, manifeste definitur quia sancta sanctorum sunt: & qd quilibet ea tangens, sanctificat. De adipibus uero licet taceatur, idem sentiendum existi mo: cum & causa utrobique communis sit, & uniuersalis de omnibus sacrificijs uideatur hic lex data, cum dicitur: Legitimum ac sempiternum est in generationibus uestris de sa crificijs domini: omnis qui tetigerit illa, san ctificabitur. Virtus igitur sacrificiorum tanta est, ut etiam tangentes sanctificent. Tangū tur autem dupliciter: aut affectu solo, aut qd perfectius est, etiam imitatione. Tanguntur affectu, cum morum sanctitas seu pœnitentiæ humilitas & cōtritio, quæ in alio aduertitur, ab alio appetitur. Imitatione quoq; tangunt, cum uirtus affectata, gratia comitante acqui ritur. Primus tactus sanctificat per bonā uo luntatē, secundus excellentius per bonā uo luntatis executionem. Non est ista holocausti sue pacificorum gratia. Vt enim in singulis hoc ostēdam, si quis bouis holocau stum tetigerit, non continuo sanctificatur: quoniam si labores iusti alicuius imitatus fu erit, forte nequam est oculus eius: sicq; totū corpus exterioris eius operationis, tenebrosum fit. Si autem tetigerit, sanctorum scienti am æmulatus, nescio quo animo hoc faciat. Dictum est enim de quibusdam: Honos alit artes, omnesq; accenduntur ad studia glo ria. Si igitur in meditatione legis diuinæ, nō suam? a dificationem, sed scientiæ quærit in flationem: auis tangēs holocaustum, adhuc immundus est. De pacificis uero par habetur ratio. Qui uero mūdicordem, qui pacificum tetigerit, quod est sacrificium similia oleo su

terruiditi onem.

perfusa: si quis menti se iunxerit, quæ pro pter iustitiam persecutionem paritur, quod est sacrificium clibani aut craticula: siquē ex sanctorum imitatione zelus domus dei comederit, quod est farraginis sacrificium tan gere: qui misericordium affectum seu iugen tum humilitatem sibi assumpserit, ut scilicet pacificorum adipēs, aut hostiam quæ p pec cato atq; delicto offertur, tetigisse uideatur: omnes hos tactus suos beatos facit, quia san ctificatos reddit. Sancta ergo sanctorū sunt sacrificia, quoniam in eis certa sanctitas inue nitur. Vnde & dominus uirtutes quibus ani ma sanctificatur, enumerans, certam eis be atitudinem repromittit, dicens: Beati paupē res spiritu, Beati mundo corde, &c. Ad hos tias uero operum uisibilium cum uenisset, quia possunt & sanctificari per sacrificiorum coniunctionem, & inutiles esse si sine sacrificijs offerantur: cauendum monuit, dicens: Attendite ne iustitiam uestram faciatis corā hominibus, ut uideamini ab eis. Alioqui mer cedem non habebitis apud patrem uestrum qui in cælis est.

Matt. 5.

Matt. 6.

**Oblatio Aaron & filiorum eius in die unctio nis suæ. Caput III.**



In priore sacrificiorum tra ctatu, post similia sacrificiū, tria quæ ex similia fieri solēt, subiunxit: de clibano, de far tagine, de craticula. De qui bus quia sufficienter ibi tra ctatum est, nihil hic repetit: præter quod inferius de illa parte quæ sacer dotibus deputata est, q̄ cui cedat distinguit, dicens: Omne sacrificium similia quod cogi tur in clibano, & quicquid in craticula uel in farragine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur. In præfenti uero, illorum uice post similia recapitulatiōem unum annectit, de quo nihil adhuc dixerat, pontificum uide licet sacrificium, quod in die unctio nis suæ domino iubentur offerre. Quod quia & ipm ex similia fit, & in farragine frigitur, congrue post simillam subinfertur.

Leu. 7.

**Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est oblatio Aaron & fi liorum eius, quam offerre debēt do mino in die unctio nis suæ.**

Notandum de quibus filijs agatur. Non enim de omnibus loqui intēdit, sed de his so lum qui patri decedenti & sibi singulatim in summo pontificatu succedebant. Summos quippe pontifices singulares esse debere, lex ipsa decreuit. Hi ergo quid in die unctio nis suæ offerant, audiamus.

**Decimam partem ephi offerent simi læ in sacrificio sempiterno: mediū**

eius mane, & medium uespere: quæ in sartagine oleo cõsperfa frigitur.

In hac sanctiõne cum literæ sensus aper- tus sit, mysterium perscrutandum est. Sum- mus pontifex noster quis sit, nulli fidelium incognitum habetur. Huius typus, in illo le- gali põtifice Aaron & in successoribus eius, præcessit. Sed quoniam Christo domino cæ- los aduente, multi sunt qui uices illius in ter- ris agunt: ideo existimo à sancto ppheta Da- uid rëporibus suis loco illius summi ponti- ficis uiginti quatuor ordinatos, qui in diuinis ministerijs uices suas agerent, & honorẽ quẽ solus ille prius obtinebat, inter se cõmunica- rent: hoc significante spiritu sancto, unum eẽ summum põtificem Christum, habere tñ cõ participes suos, præ quibus oleo exultatiõis à patre unctus, ipsi etiam eiusdem unctiõnis gratiã impartiret. Sunt igitur uiginti quatuor q uices illius in mundo agunt: quia & in no- uo & ueteri testamento per dei gratiam mul- ti sancti patres inuenti sunt, qui ouilis domi- nici ueri custodes, luporum insidias solite prouiderunt. Quos utrosq; duodenarius du- plicat infinuat. Vnde & in apocalypsi Iohã- nis per uiginti quatuor seniores, eorundem forma exprimitur. Omnibus igitur hæc ob- latio imponitur: quia in terris Christi uica- rii, rectores animarum fidelium ab ipso in- stituuntur. Omnibus præcipitur, ut in die un- ctiõnis suæ decimam partem ephi similæ of- ferant in sacrificio sempiterno. Et pontifices quidem quando consecrabantur, uisibili un- gento ungebantur, quod & in nostris adhuc seruatur: sed uisibile illud unguentum, inuisi- bilis unctiõis spiritus sancti sicut speciem, sic etiam operationem habet. Per illam quippe, si idoneos se ei præbeant, spiritus sanctus ho- minibus datur. Sic de Dauid, postquam à Sa- muele unctus est, scriptura testatur: Quia di- rectus est spiritus domini in Dauid à die illa & in reliquum. Videant itaque qui ad tantũ officium eliguntur, qui in hoc consecrantur, ut per eos alij sanctificentur, quales accedat. Scriptum est enim: Ab immundo quid mĩ- dabitur? Mundos igitur eos eẽ oportet, qui alienæ mundationis curam suscipiunt. Vnde papa Gregorius uirtutes boni pastoris enu- merans: Sit, inquit, cogitatione mundus, acti- one præcipuus. Nec communi munditia de- bet esse cõtensus qui præest alijs: quoniã sic- ut excedit eos ordine, sic debet excedere san- ctitate. Vnde doctor supradictus: Ideo, ait, pastor uocatur, ut quõ homo inter pecora sua, sic ipse in populi multitudine sapientia & uir- tutibus ornatus incedat. Hoc & lex in præ- senti decernit. Pontifici enim non solum sim- lam, uerum & ipsius similæ decimam af- signat offerendam, Quid autem in simila,

1. Pa. 24

psal. 44

Apoc. 4. 5.

1. Reg. 16.

Ecc. 34.

nisi animæ puritas: quid uero in simila deci- ma, nisi eiusdem puritatis perfectio intelli- gitur? Decimam ergo partem ephi offerent simila in sacrificio sempiterno. Sempiter- num, sicut prius, accipiendum est, quod ui- uente homine nunquam inter mittitur. Inde est quod dicitur: Mane & uespere, initium & finem intellige. Qui igitur pastoralẽ curam suscipit, ad tantum officium mentem mun- dam curet asserre: quod tamẽ non sufficit, ut si in eadem munditia ad finem usque studeat perseuerare. Ad hoc enim simila suæ partẽ mane, & partem uespere offerre præcipitur: ut nouerit unusquisq; minus hoc esse, si uitijs eradictis, & uirtutibus necessarijs acq; sitis, iniunctam curam pia intentione susceperit: tunc uero tandem sacrificium suum cõsum- mari, si oblationis suæ deuotionem cuius ma- tutinam partem iam dño persoluit, ad uespe- ram usq; extendit. Solent enim (ut dicitur) honores corrumpere mores. Sed pastor bo- nus quomõ cauet sua, sic cõmissorum sibi stu- diose corrigit uitia. Ideo de hac simila subiit- gatur, quod in sartagine oleo cõsperfa fri- getur. Quæ sit enim frixura sartagine, iam supra expositum est. Frigitur quippe mens iusti, cum zelo spirituali uritur, cõ uidet pua- ricatẽ, & tabescit: cum omnia quæ in domo dei reprehensibilia deprehendit, pro tempo- ris opportunitate corrigere contendit. Sed ut frigatur, prius oleo cõspersitur: quia cõ- scruit iustus contra delinquentes, animadu- ersio illius ex charitate magis q̃ ex malitia con- surgit. Sequitur:

Offeret autem eam calidam in odo- rem suauissimum domino, sacerdos qui patri iure successerit.

Hoc est quod iam diximus. De illo solo agi- tur, qui in summo pontificatu patri deceden- ti succedebat. Sed uideamus qd̃ innuat. Vox summi pontificis nostri in psalmo est, quæ & in euangelio, cum uidentes & ementes de templo flagello eiecit, commemoratur: Ze- lus domus tuæ comedit me. Hunc imitantur qui sunt ex parte eius. Quicumq; enim iure ei succedunt, quicumque in quouis regimine ui- ces eius agendas suscipiunt, debent & ipsi eo- dem zelo ardere, proq; corrigendis quæ à sibi commissis minus recte agi deprehenderint, solliciti esse. Hinc Phinees zelando zelum dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. Eli autem qui filios corrigere neglexit, cum ipsis filijs & morte multatus, & sacerdotij he- reditate priuatus est. Apostolus quoq; ait: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritus autem Christi ideo in colu- ba & igne monstratus est, quia omnes quos repleuerit, simplices & ardentes facit. Simpli-

Prophet. bium.

psal. 118.

psal. 68. Ioh. 2. Sapi. 2.

Num. 25. 1. Re. 2.

Roma. 8.

Matt. 3. Act. 2.

ces puritate, ardentes æmulatione. Offerat itaq; sacerdos similam oleo cõsperfam, fri- xam & calidam: ut cor eius & mansuetudi- nis lenitate tranquillum, & zelo iustitiæ fiat accensum. De qua adhuc subditur:

Et tota cremabitur in altari.

Hoc inter sacrificium sartagine, quod in plenti sacerdoti esse dicitur, & illud superius quod animæ cuilibet assignatur, distat: qd̃ istud totum incenditur, illius pars domino, pars autem filijs Aaron deputatur. Tota igitur cremabitur in altari. Et adiuuauit:

Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.

Quod sacrificium ad conscientiam homi- nis, non ad opera exteriora pertineat, iam sæ- pius disputatum est. Quid est ergo quod sa- crificium sacerdotum igne consumi præci- pitur, nisi quod mens boni pastoris, amore iustitiæ penitus absorbenda docetur? Tunc acceptabis (inquit) sacrificium iustitiæ. Mens itaq; quæ iustitiæ legibus totam se subdit, sa- crificium suum igne sacro cõsumit. Ab eius esu omnes prohibentur: quia illicitum est, ut à pastore pro adipiscenda cuiuscunq; ho- minis gratia, iustitia declinet. Comedit enim similam pastoris, qui cum à regula ueritatis ad suæ prauitatis patrocinium insectens, de eius consensu uoluptatem capit. Notandum autem quod cum dicitur, nemo comedet ex ea, etiam ipse à suæ similæ comestione arce- tur. Sicut enim alienæ peruersitati obtempe- rare nõ debet, ut à iustitia declinet: sic nec in iudicandis subditis, suæ libidini deferuire. Vnde beatus Gregorius in homilijs: Sæpe, inquit, in soluendis ac ligandis subditis, pas- tor suæ motus uoluntatis, non autem causa- rum merita sequitur. Sicq; fit, ut ipsa ligandi ac soluendi potestate se priuet, qui hanc pro suis uoluntatibus, non pro subiectorum mo- ribus exercet. Sæpe fit, ut erga quemlibet p- ximorum odio uel gratia moueatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua uel odia uel gra- tiam sequuntur. Præcipit itaq; lex, ut nemo comedat de sacrificio sacerdotis: quod scilicet mens pastoris boni, diuinæ subdita uolũ- tati, nec suæ nec alterius seruat prauitati. No- ta lector diligenter signorum uarietatem, & animaduerte comestionem in uarios signifi- candi actus transire. Superius quippe de san- cta simila sanctum est, ut pars eius in escam filiorum Aaron cederet, pars autem domi- no sequestraretur. Vbi intelleximus sancti- ficatẽ mentis diuersum studium, quæ nũc spi- rituali exercitationi uacare præcipitur, nunc uero fraternæ utilitati seipsam impendere.

psal. 50.

In præfenti ergo cum sacrificium sacerdo- tis in usus humanos transire prohibetur, nunquid intelligendum est, quod nemo ex ea utilitatem capere debeat, nullus per eam sustentetur, nullus adiuetur? Absit. Sacer- dotum quippe maxime est, p- ximorum ne- cessitatibus sollicitudine sua concurrere. Mutatur itaq; (ut diximus) rei ipsius significatio: & per comestionem primum iustæ necessita- tis sustentatio, secundo uoluptatis illicitæ sa- tisfactio designatur. Cum enim & proximis consulendum, & à iustitia non sit receden- dum: hinc filij Aaron sanctam similam co- medunt, ut eorum infirmitas maiorum pro- uidentia gubernetur: hinc à sacerdotalis sa- crificij esu omnes homines remouentur, ut scilicet consensu & fauore ecclesiastici recto- ris, nullius libidini seruiatur.

Quæ sit lex hostiæ pro peccato. Caput III.



Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Lo- quere Aaron & filijs eius, Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco ubi offerretur holocaustum, immolabitur coram domino.

IN primo tractatu post sacrificia hostias pacificas subiecit, nouissime aut hostias p peccato. Nunc uero ordine mutato, quia sa- crificia & hostias pro peccato pariter meriti eẽ pronunciauerat, tractatu etiam eas coniun- git. Dicit ergo: Ista est lex hostiæ pro pec- cato: In loco ubi offerretur holocaustum, im- molabitur coram domino. Hæc dignitas cur huic hostiæ attributa sit, qui scire desiderat, ad superiora recurrat. Sequitur:

Sanctum sanctorũ est. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. Quicquid teti- gerit carnes eius, sanctificabitur.

Hoc est in quo sacrificijs eam coequat, uni- de & sacrificiũ in sequentibus nominat. Sanctum (inquit) sanctorũ est. Sunt nonnulli qui in magnis criminibus sibi cõscij nõ sunt, sed de ipsa innocetia sua superbiẽtes, alios despici- unt. Multos uero reperies, q post grauiũ cri- minũ ppetrationẽ respicẽtes, & de trãfactis malis grauitè se accusant, & in reliquũ uitã suã perfecte emẽdant. Isti ergo q̃s & cõscien- tia præteritorũ humiliat, & amor iam iustitiæ sanctificat, illis pponunt, q licet uelut innocẽ- tes appareant, tñ superbia corrumpuntur. Hoc parabola testatur euãgelica, in qua dominus ouis perditæ & inuentæ exemplo præmissa, statim subdidit: Dico uobis, quod ita gau- e iij

Luc. 15.



dium erit in celo super uno peccatore pœnitentiam agente, q̄ supra nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia, id est, qui se non indigere existimant. Pharisei quoque & publicani recole historiam. Phariseus orans, merita sua iactabat, dicens: Gratias tibi ago deus, quia non sum sicut ceteri hominũ, iniusti, raptores, adulteri: uelut etiam publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato, decimas omnium quæ possideo. Publicanus autẽ à lōge stans, nec celum respicere audebat: sed pcutiebat pectus suum, dicens: Deus, propicius esto mihi peccatori. Et dominus de utroque ferẽs sententiam, Dico, inquit, uobis quia descendit hic iustificatus ab illo in domũ suam. Istorum igitur mala humilitas abscondit, illorum bona superbia perdit. T este enim papa Gregorio, qui sine humilitate uirtutes cõgregat, in uento puluerem portat. Et unde aliquid ferre cernitur, inde deterius cecatur. Sciendum tamen quia sicut uirtus sine humilitate, sic nec hũilitas sine uirtute accepta est. Placet enim peccatorũ humilitas, sed qui peccare iam nolunt. Alioqui nec de oue perditam nisi inuenta, nec de peccatore nisi pœnitentiam agẽte, gaudium esse in celo dominus testatus est. Vñ & hæc ipsa hostia de qua nunc agimus, quæ pro peccato offertur, superius immaculata esse præcipitur: quia quicumque gratum uult esse quod pro transactis peccatis suis se humiliat, necesse est amodo peccandi uoluntatem deponat. Peccatorum igitur pœnitentia, sancta sanctorum ideo dicitur, quia nonnunquã post multiplices lapsus respicentes, & iustitiæ sectatores feruentissimi, & ipsius iniquitatis cui succubuerunt, expugnatores ualidissimi: quodq; utrunq; bonum amplius commendat, pro præteritorũ conscientia humiles & pauidi inueniuntur. At contra hi qui de innocẽtia sua gloriantur, plerunq; & si iustitiæ seruiunt, tepide & negligenter hoc faciunt: iniquitatem, à qua immunes uidentur, non nisi quia peccandi occasio deest, euitant: quodq; his deterius est, inertia resoluti, & in hoc cõuersationis languore cõstituti, superbiunt. Sunt tamẽ pleriq; iusti, in quorum uita tantum est gaudium, ut eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum malorum sibi sunt conscii: & tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt, ac si peccatis omnibus coangustentur. Cuncta enim illicita respiciunt, ad despectum mundi sublimiter accinguntur. Lamentis gaudent, in cunctis humilitant, semetipsos: & sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi peccata cogitationum deplorant. Quid itaq; istos, ait beatissimus Gregorius, nisi iustos & pœnitẽtes dixerim, qui se & in pœnitẽtia de peccato cogitationis humiliant, & recti semper in opere perseverant?

Hinc ergo colligendum est, quantum deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iustus: si facit in celo gaudium, quando quod male gessit, per pœnitentiam damnat iniustus. Pœnitentia ergo & humilitatis hostia, & iustos gratiores reddit: & ipsos etiam qui post perpetrata facinora respiscunt, eis qui de innocentia sua superbiunt, anteponeit. Sancta ergo sanctorum est. [Sacerdos qui offeret, comedet eam in loco sancto.] Quis est sacerdos qui hanc hostiam immolat, nisi qui per doctrinam suam peccatorem ad pœnitentiam uocat? Iste ergo hac hostia uestitur, cum super peccatoris conuersione delectatur. Hanc hostiam phariseus ille comedere respuebat, qui pœnitentis mulieris despicens lacrymas, dominum qui se tangi ab ea patiebatur, reprehendebat, dicens: Hic si esset propheta, sciret utiq; quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Dominus autem qui pœnitentiam eius suscepit, hostiam quam pro peccatis suis offerebat, comedit. Vnde beatus Gregorius: Ad pharisei, inquit, prædium dominus discumbebat: sed apud pœnitentem mulierem mentis epulis delectabatur. Apud phariseum ueritas pasciebatur foras: apud peccatricem mulierem, sed conuersam, pasciebatur intus. Sacerdos itaq; qui offeret, comedet eam in loco sancto. [In atrio tabernaculi.] Quid est in loco sancto hostiam pœnitentis comedere, nisi est qui à peccatis suis auertitur, non iam damnandum credere, sed in sanctorum numero computari? Hinc in Exodo legitur, quia si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto uulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quæ si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Fur qui domum alienam effringit aut suffodit, ille est, qui proximi sui conscientiam aut ui aliqua, aut praua suasionem corrumpens, innocẽtiæ thesaurum subtrahit. Ex his sunt, ait Apostolus, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Hunc furem quisquis sub noctis tenebris percusserit, innocens erit: quia quandiu prauitatis suæ caligine cæcatus, quisquis eum morte dignum pronunciauerit, non peccabit. Hoc est enim occidere eum, quomodo Iob dicit deo: Sordibus intinges me, id est, intinctum monstrabis. Si uero orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, ipse quoq; morietur: quia si peccatori sol iustitiæ ortus fuerit, & affectum ueræ pœnitentiæ ei infuderit, quisquis ab ipse uenietur: excluderit, desperationis mucrone furem confodiens, homicidium perpetravit: ideoq; & ipse mortis sententia dignus erit. Hostia igitur ista in loco sancto comedenda est: quia quisquis iam scit plangere quod perperam gessit, à sanctorum spe repellendus non est.

[Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur.] Ille huius hostiæ carnes tangit, qui affectum suum pœnitentium humilitati coniungit. Qui uero tangit, sanctificatur: quoniam quicumque eos imitatus fuerit, ipse quoque à peccatorum suorum nexibus relaxatur. Vide pœnitentem ad hostiæ suæ tactum nos inuitantem, & tactu ipso sanctificationem nobis promittentem: Fidelis, inquit, sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum mundus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem illorum qui credituri sunt illi in uitam æternam. Ad hoc itaq; peccator iste se misericordiam consecutus fateatur, ut alij eum tangentes, id est, cõuersionis illius exemplum imitantes, & ipsi sanctificentur. Venit in mentem piscis ille immanis, qui Thobiam pedes suos lauãtem inuasi, & uolebat deuorare eum. Extractus tamen ab eo in siccum, cepit palpitare ante pedes illius. Post hæc autem medicamentum præpotens eidem exhibuit, nam cordis eius uirtutẽ, docente angelo, hæc esse cognouit, ut prunis superpositum, fumo suo omne genus dæmoniorũ expelleret, siue à uiro siue à femina. Piscis iste immanis, quilibet sæuus persecutor intelligitur: qui Christi membra pedes suos lauantia, id est, operũ sordes abluita, ad prauitatis suæ cõsortium trahere conatur. Talis erat blasphemus ille & persecutor, cui de celo clamatum est: Saule Saule, quid me persequeris? Hinc Thobias ab aquis suis extraxit: quia Christus gratia sua à carnali conuersatione eum separauit. Postquam, inquit, placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ, Extractus autem palpitare cepit: quoniam cælesti illa uoce audita, tremens ac stupens dixit: Dñe, quid me uis facere? Ipse quoq; crudelitatis pristinae postea memor, cordis contriti sacrificiũ deo offerebat, dicens: Ego sum minimus apostolorum, qui nõ sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Huius cordis particulam quisquis à demone oppressus sibi assumpserit, imponat illam prunis ardentibus, & pessimũ inuasorẽ fumo eius exturbare ualebit. Si enim peccati pōdere pressus, & inimici laquei persecutoris & cordis cõtritionem, ipse quoq; ardentibus intus æstus cogitationibus, imitari potueris, uirtutẽ sumi iustis inimicis expietur: quia cõpunctionis tuæ mœrore, & pœnitentiæ amaritudine fugabitur. Carnes igitur hostiæ huius sanctæ tangentem sanctificat, quia pœnitentiũ gemitus imitantem emundant. Sequitur: Si de sanguine illius uestis fuerit a-

sperfa, lauabitur in loco sancto.

Dicit beatus Gregorius, à bonis pastoribus materna uiscera subditis exhibenda: ut si fatigari eos domesticis tẽtationibus, & carnis suæ moribus infestari cõgerit: ad pietatem & consolationem pastoris, quasi ad tutissimum portum ab internis fluctibus refugere, periculumq; imminens possint euadere. Præua, si qua ab eis occulte commissa sunt, ad doctoris notitiam non uereantur perferre, & pœnitentiæ medicinam ab eo suscipere. Fit autem plerunq; ut pastoris conscientia, auditis subditorum tẽtationibus, & ipsa tẽtetur: & uelut aqua aliorum manus abluens, unde illis munditiæ causam præbet, ipsa fordidatur. Quod tamen doctoribus non nimis formidandum est. Nam tanto citius à suis liberãtur, quanto misericordius aliorũ tẽtationibus fatigantur. Dicatur itaq; de hostia pro peccato: [Si de sanguine illius uestis fuerit asperfa, lauabitur in loco sancto.] Sanguis enim huius hostiæ, opera sunt corruptionis, quibus peccator succubuit. Libera me, inquit, de sanguinibus deus deus salutis meæ. Hæc itaq; cum per confessionem pastori deteguntur, plerunq; licet ad corpus uicq; non transeat, tamẽ uestem aspergunt: quia quãuis consensum non impetrent, excitant appetitum. Quod enim uestis ad corpus, hoc ad conscientiam est appetitus. Hic innumeris carnis motibus expolitus patet: consensus autẽ nõ abscq; uitæ illius periculo adeundus, in remotiore animæ parte latet. Vestis sæpe sine noxa corporis aut maculatur, aut scinditur. Sic & appetitus plerunq; absq; salutis hũanæ dispẽdio, consensu uiriliter resistente, per illicita multa raptatur. Vestis ergo sacerdotis qui hostiam pro peccato offert, sanguine illius aspergitur: cum mens pastoris, cognitũ carnalibus subditoz moribus siue carnis operibus, ipso etiam nolente, titillatur. Lauanda itaq; est, sed in loco sancto poterit lauari: quoniam qui non suo uitio, sed sola compassione, ut proximo fluctuanti subueniat, huiusmodi perturbatione uexatur, non necesse habet, donec se expiet, à sacris officijs sequestrari. Et lauat ergo uestem suam, & in loco sancto est: quia, illecebra carnali qua exterius afficitur, pro uiribus sine dilatione se purgat: sed tamen quod hanc pugnam sustinet, augmentum ei est retributionis, non imminutio sanctitatis. Sequitur:

Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur. Quod si uas æneũ fuerit, defricabitur & lauabitur aqua:

Vasa in quibus hæc hostia coquitur, corpus & anima pœnitentis est. nã cum pro reatibus

Luc. 18.

Luc. 15.

Luc. 7.

1. Tim. 1.

Thob. 6.

Exo. 22.

Act. 9.

Gal. 1.

2. Tim. 3.

Act. 9.

1. Cor. 15.

Iob. 9.

Psal. 50.



bis sunt, quod imitando eos eis superponimur, expulsionem. Qui igitur uoluntatis nuntum ad peccati consensum inclinauit, cito tñ antequam illud opere perpetraret, à peccandi uoluntate resiliuit: non est ei necessaria illa afflictionis austeritas & publica pœnitentia, quæ criminaliũ operum reis imponitur: tantummodo sanguinẽ per gyrum altaris fundat, considerata uidelicet Christi sanctitate, patrumq; precedentium, affectum illicitum cui confenserat, & per confessionem uomat, & per execrationẽ à se seiciat. Admoneo lectorem, ut ubiq; dictõrum ueritatem rimetur: & si alicubi me à tramite deuiasse cõpererit, corrigat potius quàm sequatur. Quæ tamen ad prædictæ sententiæ confirmationem interim occurrit, his accipe. Inde est, quod filia illa archisyndagoga, quæ in domo patris defuncta fuerat, secreto paucis (non tamen nullis) assistantibus, à domino resuscitata est. Adfuit em̃ cum domino Petrus, cui ecclesiæ sanctæ cura commissã est: adfuit & Iacobus, qui luctator: cum Iohanne, qui dei gratia interpretatur: & pater materq; puella. Vbi forte datur intelligi, quia quorum mors nondũ à domino cõscientiæ ad operis foueam eiecta est, facilius ad uitam redire possunt: si tamen ad sit sollicitudo quæ nouum hominem parit, si per confessionis humilitatẽ pastor ecclesiasticus ad occultorum admittatur cognitionem: si ille qui resurgere cupit, dei præuentus gratia, cõtra peccatum cui se subdiderat, luctari ac illud expugnare non negligat, Lazarus ecõtra quem iam terra forbuerat, quẽ lapis preserat, multis sororum lachrymis, ipso etiam domino flente, uocẽq; fortiori mortuum inclamãte, multis assistantibus & uidentibus, ad uitam reuocatus est. Quicq; ergo in lacum illiciti operis descenderunt, quos iam praua premit cõsuetudo, quorum mors iam publicata est: quoniam quibuslibet uidẽtibus aut scientibus peccare nõ erubescit, maiore opera resuscitãdi sunt. Multæ sunt eis lachrymæ necessarię, multi gemitus: publica quoq; illis pœnitentia iniungẽda est, ut omnibus quos illorũ peruersitas scandalizauerat, nunc conuersione satisfiat. Beatus papa Gregorius, quid de his sentiat, in libro Pastoralis his uerbis explicat, dicẽs: Nonnunquã ita mens barathro tentationis abforbetur, ut nullatenus renitatur: sed ex deliberatione sequitur hoc, unde ex delectatiõne pulsatur: & si facultas exterior suppetat, rerum mox effectibus interiora uota consummat. Quod uidelicet si iusta animaduersione districti iudicis respicit, nõ est iam cogitationis culpa, sed operis. Huiusmodi tamen ita terrendi sunt, ut minime frãgantur. Sæpe enim misericors deus eo citius peccata cordis abluit, quo hæc exire ad opa non permittit. Vnde recte per Psalmistã dicitur:

Mat. 5.  
Lucæ. 8.

Iohann. 11.

Gregor.

Dixi, pronuntiabo aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Qui enim impietatem cordis subdidit, quia cogitationum iniustitias pronuntiare uelit, indicauit. Deniq; ait, Dixi pronuntia bo: atq; ilico adiuixit, & tu remisisti. Quàm super hæc sit facilis uenia, ostẽdit: quia dum se adhuc promittit petere, hoc quod se petere promittebat, obtinuit: quatenus, quia usq; ad opus non uenerat culpa, usq; ad cruciatum non perueniret pœnitentia: sed cogitata afflictio mentem tergeret, quam nimirum tantummodo cogitata iniquitas inguasset. Hæc tanti doctoris uerba qui quis diligẽter attendit, puto quia omnibus quæ super hoc capitulo dicta sunt, citius fidem dabit. Sequitur:

Offerent ex ea caudam & adipẽ qui operit uitalia, duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumq; iecoris cũ renunculis. Et adolebit ea sacerdos super altare. In cẽsum est domini pro delicto.

Quod ex hac hostia caudam offerri præcipit, illud cõfirmat, quod diximus, delictum in eis quæ cogitando & iniquitati consentiendo committimus, accipiendum. Quia em̃ circa cogitationum obseruantia maxima est hominum negligẽtia, monetur quicunq; lubricos affectuum motus corrigere cupit, ut hostiæ suæ caudam offerat: id est, ut huic proposito suo perseverantia finem iungat, Vix em̃ ad interiorum suorum sollicitudinem quicquam expergitur: quod si experrectus fuerit, in breui lassescit. In adipem uero cõcrematiõne, sicut in hostijs pro peccato: ita & hic eadem, quæ in pacificis tradita est, forma obseruatur. Quæ quid mysteriũ contineat, si quis scire uoluerit, ibi requirat. Nam pleni⁹ ibi de hac disputatum est. Hic uero hoc dixisse sufficiat, quia cum per adipem cõcremationem affectuum nostrorum sanctificatio intelligatur, iure in hac hostia post sanguinis effusionem ipsa subiungitur. Quicunq; enim prauæ uoluntatis contagione se purgat, necesse est ut per spiritus sancti calorem affectus suos à quadam terrenarum uoluptatum dispersione constringens, ad superiorum desiderium eos attollat.

Omnis masculus de gẽne sacerdotali, in loco sancto uescetur his carnibus, quoniam sanctum sanctorũ est.

Hoc super hostia pro peccato, paulo ante iã explanauimus. Sequitur:

Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto.

Sicut, non semp ad æqualitatem ponitur,

sed ad aliquã similitudinem. Quod in epistola Iohannis apparet, ubi dicitur: Omnisq; habet hanc spem in ipso, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Nemo em̃ in sanctitate deo æquari potest, sed in pro modulo nostro debem⁹ assimilari. Dicitur ergo: [Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto:] quia licet homines lateat, coram deo tñ qui cordis nõ uit abscondita; cum peccato consensum præbemus, peccatũ explemus. Quancquã em̃ puella illa de qua prædixim⁹, à domo patris elata nõ esset, at in mortua erat. Et Lazarus igitur mortuus, & illa, hoc solũ intrerant, quocirca Lazarus iam fouea claudebatur, quo illa descendere. Sic itaq; & illa mors est, quæ cõscientia cõsummatur: & illa, quæ usq; ad conceptæ iniquitatis executionem prolabitur. Sed quoniam grauior ultima quàm prima, utraq; quidem hostiæ oblatione placanda: quæ tamen grauius habet crimen, ampliore exigat satisfactionem.

Vtriusq; hostiæ lex una erit: ad sacerdotẽ qui eã obtulerit, pertinebit.

Nõ in omnibus eadem lex est harti duarũ hostiarum, in nonnullis siquidẽ discernunt, sed in hoc uere una est utriusq;, quod subiungitur, quæ scilicet & hæc, & illa ad sacerdotem pertinet qui eã obtulerit. Quis autẽ sit qui hostiã pro peccato aut pro delicto offerat, iã prædiximus: ille uidelicet, qui per doctrinam & exhortationẽ suam, ab hoc siue ab illo reatu suo peccatorẽ reuocauerit. In huius ergo hostiã quã offert, usus redit: quia iuxta apostoli Iacobi testimoniũ, si quis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerterit fecerit peccatorẽ ab errore uiræ suæ, saluabit animã e⁹ à morte, & operit multitudinẽ peccatorũ. Et Salomon: De fructu, inquit, oris uiri replebitur ueter eius, & genimina labiorum illius saturabunt eum. Qui em̃ proximi erudit, foris loquens mereatur, ut & ipse per spũm sanctum intus imbuetur. Sicq; dum alios docet, de fructu oris sui uentrem suum replet. Genimina quoq; labiorum suorum saturat illum: quia de labijs suis hunc fructum percipit, ut pascatur ipse dũ alios pascit.

Sacerdos qui offert holocausti uictimam, habebit pellem eius.

Hoc post oia quæ supra de holocaustis sancta sunt, adhuc addendũ fuerat. Cũ enim in huius uoluntatis exordio de bouis holocausto sacerdotibus præcepisset, ut detracta pelle, hostiæ artus in frustra conciderent: membra quidem cæsa cremari præcepit, de pelle uero quid diceret, non decreuit. In recapitulatione quoq; prorsus de hac re tacuit, tandem uero

\*sacerdẽ

hic quod ubiq; prætermiserat, adimpleuit. Dicit ergo: Sacerdos qui offert holocausti uictimam, habebit pellem eius. Pellis holocausti quæ est, nisi exterior huic mundo renunciantiu substantia? Pellẽt pro pelle, & cõstita quæ habet homo, dabit pro anima sua. Tanquam diceret: Dum ferri in carne sua metuit, exterioris substantiæ damnium æquanimiter accipit. Qui igitur proximum suum exhortatione & eruditione ad cælestia pertrahit, pellis holocausti quod offert, legali decreto illi conceditur: ut scilicet discipuli sui terrenam (si qua est) substantiam, sibi forte aut eis quorum curam gerit, necessariam, in usus proprios fortiat. Nam & Apostolus hoc participẽdit, i. Cor. 9. cõs: Si nõs uobis spiritalia seminauimus, magnum est, si carnalia uestra metamus? Supra cum in bouis holocausto uersiculum illi tractarem⁹, ubi præcipiuntur sacerdotes detracta pelle, hostiæ artus in frustra concidere, beatum Gregorium sequẽtes, sic exposuimus, quod scilicet tunc hostiæ nostræ pellem detrahimus, cum minime uitæ nostræ superficie contenti, interiora illius subtilius perscrutatur. Ex hoc autem loco alium quoq; in illis uerbis sensum deprehendimus: quia uide licet tunc holocausto pelles detrahatur, cum is qui perfectam aggreditur uitam, exteriori substantia spoliatur, iuxta illud domini præceptum: Si uis perfectus esse, uade uende oia quæ habes, & da pauperibus: & ueni, sequere me. Hæc nempe pelle detracta, opportune membris hinc cæsis: quoniam exterioris occupationis nubes auertitur, serenitate oculis interioribus reddita, singulorum operum examina & notitia possidentur. Cõueniunt autẽ eos qui in his omnibus literam solam sequuntur. Ecce lex iubet, ut sacerdos qui offert holocausti uictimam, habeat pellem eius. Quid si holocaustum deturturebit fuerit, aut pullis colubariẽ Nunquã auicula illa excorianda erit, ut pelles eius ad nihil utilis, tradatur sacerdoti? Ridelicet est ita sentire, maxime cum lex in auium holocausto de hac re prorsus tacuerit. Sed respondebunt forsitan, in boue tantũ & oue hoc præceptũ seruandum. Hæc enim animalia pelles habere, quæ aliquam utilitatem sacerdotibus conferre possunt. Contenti ergo sint angustijs suis. Nos uero liberiori pede gressum mouentes, & libertatem spiritus sequẽtes, libere astruimus, omni holocausto pellem detrahendam & sacerdotibus de putandã, non bouis solum aut ouis, sed maxime auti, nõ illarum legalium, sed spũalium. Qui enim sapientiæ student, & intelligentiæ pennis ad deum uolare cupiunt, hi maxime à terræ possessione & exteriori occupatione expediendi sunt, ut fiat in eis quod scriptũ est: Vacate & uidete quoniam ego sum deus. Et iterum, Sapientiam scribe in tempore occi. Eccl. 38.

Iob. 2.

I. Cor. 9.

Leui. 1.

Mat. 9.

Psal. 45.

Eccl. 38.

Et qui minoratur actu, percipiet illa. Sed iam sequentia uideamus.

Et omne sacrificium similia quod coquitur in libano, & quicquid in craticula uel in sartagine preparatur, eius erit sacerdotis a quo offertur, siue oleo conspersa, siue arida fuerit.

Superius cum sacrificiorum legem dedisset, sacrificiorum partem maribus stirpis Aaron concessit edendam. Sed quoniam minime determinauerat, quis quam tolleret: nunc quod de hostia pro peccato & pro delicto dixerat, ad sacrificia transfert, dicens: [Omne sacrificium similia quod coquitur in libano, & quicquid in craticula uel in sartagine preparatur, eius erit sacerdotis a quo offertur.] Nota uero locutio est. Quisquis enim superiorem sacrificiorum descriptionem relegerit, mani feste reperiet sacrificiorum partem domino incendi, partem autem filijs Aaron deputari. Nunc tamen non dicit, omnis sacrificij pars eius erit sacerdotis, a quo ipsum sacrificium offertur: sed omne sacrificium, totum uidelicet pro parte ponens, quae locutio graeca appellatione synecdoche nuncupatur. Et litera quidem scitari poterit, si tam spirituales sensum respiciamus, uidebimus quia non aliter dici oportuit. Cum enim prius de sacrificiorum partitione ageretur, filijs Aaron partem sacrificiorum concessit lex: non hunc aut illum qui acciperet designans, sed filios Aaron indifferenter insinuans. Vbi intelleximus quod mens religiosa quae per sanctam similitudinem exprimitur, non sic spiritualibus suis studijs debet occupari, ut proximorum qui filij sunt summi sacerdotis, necessitates contemnat: sed omnium, prout potuerit, utilitatibus studeat impartiri. Nunc autem cum sacerdos qui sacrificium offert, introducit, & illi sacrificium habendum decernitur: non nisi doctores ecclesiastici intelligi possunt, & longe alius sensus est. Sicut enim de hostia pro peccato & pro delicto diximus, ita & in hoc loco docemur: quae quicquid proximum ad uitae sanctitatem erudit, bona sibi mercedem in futurum acquirit. Non igitur sacrificij pars ei fuerat assignanda, nisi forte a parte totum intelligeretur, sed ipsum sacrificium: quoniam quicquid boni alius nostra cooperatione & cohortatione consummat, totum in nostram gloriam & mercedem redundat. Vnde Apostolus Thessalonicensibus loquitur, dicens: Quae est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? nonne uos ante dominum lessum estis in aduentu eius? Vos enim estis corona nostra & gaudium. Sed quod est quod de similia dicitur, siue oleo conspersa, siue arida fuerit? Et quidem si ad superiora recurramus, oia similia sacrificia, & illud quod

futuro

1. Thes. 2.

in libano coquitur, & ea quae in craticula aut in sartagine preparantur, oleo conspergi praecipitur? Cur igitur de similia sacrificiorum dicitur, siue oleo conspersa, siue arida fuerit: quasi quaedam sacrificia oleo conspersa sint, quaedam uero non sint conspersa? Sed notandum quod sacrificium de libano & de craticula, quantum oleo conspergatur, non tamen in olei fritura coquitur. Ad comparationem itaque sacrificij sartaginis, quod post olei conspergationem in oleo frigitur, & post olei fritionem minutatum diuisum, tertio quoque superfunditur oleo, illa duo libani & craticulae, arida uocantur. Vnde forsitan hic conuictum commemoratur, cum in prima descriptione separatim posita, sacrificio sartaginis interposito, inueniatur, sed nec ad mysterio eadem uacat uerba. Nam & in sacrificijs spiritualibus quaedam arida, quaedam uero olei admixtione pingui deprehenduntur. Si enim oleum legitimum spirituales designat, iuxta illud Psalmistae, Venit te deus deus tuus oleo laetitiae: arida uero similia offerunt, de quibus dicitur: Qui seminatur in lachrymis, in gaudio metet. Eunt ibant & flebant, mittentes semina sua. Quod quidem de infirmioribus Christi membris dictum uidetur. Non enim in lachrymis seminabat ille ipsius Christi magnus praeco, quando dicebat: Ego iam immolo, & tempus meae resolutionis inest. Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit. De caetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustitiae iudex. Haec uerba, quantum intelleximus, exultantis sunt, non plorantis. Offert ergo similia arida, qui mentem infirmam adhuc sub tribulationis pondere ingemiscunt, ne deficiat, consolatur. Offert uero oleo impinguatam, qui ad illam spei certitudinem sua exhortatione proximum prouehit, ut dicere cum Apostolo possit: Gloriamur in tribulationibus. Et, Non sunt condignae passionibus huius temporis ad futuram gloriam. Et haec autem & illa offerentis est: quae qui proximo in uirtutibus eius cooperatur, eandem uirtutum cum operante coronam partitur. Sequitur:

Cunctis filijs Aaron aequa mensura per singulos diuidetur.

Quaerit quomodo aequa esse poterat, cum unusquisque eius quod offerebat, sacrificij parte sortiret. Aut credibile est, nunquam plura unum offerre quam alius? Si quidem per dies forsitan uel hebdomadas ministrabant. Et cuiusque contigisset tempore uicis suae tabernaculi populi deuotione amplius in muneribus frequentari, ille plura offerebat, unde & plures partes accipiebat. Non igitur in quantitate partium, sed in dignitate accipietium, aequalitas ista seruabatur. Si enim unus eligeretur, qui plus quam caeteri definita obseruatione acciperet; alius, qui minus:

psal. 44.

psal. 125.

2. Tim. 4.

reliquo

Roma. 8.

\* An

non esset ibi aequalitas, ubi personarum acceptio esset. Cum uero lex communis circa omnes seruatur, ut unusquisque quod offert hoc habeat: dum nulli quicquam de suo iure subtrahitur, nec alicui quod alter debeat habere, confertur, aequa mensura per omnes ducitur. Nam licet aliquis dum plura offert, plura accipiat, non tamen in hoc alijs praefertur: quia & alij cuius tempore ministerij sui quodcumque contigerit offerre, conceditur omnium partes suscipere. De ministris quoque ecclesiasticis quae spiritualia deo sacrificia offerunt, eadem ratio habenda est. Et in ipsis namque aequa seruatur mensura, cum licet qui plus laborauerit, plus mercedis accepturus sit: absque ulla tamen defraudatione operis sui, unusquisque quod agit,

hoc recipit. Vidisti conferuum tuum ampliori mercede donatum? Noli indignari, nulla est personarum acceptio apud deum. Si uis pariter mercedem, ne sis piger ad parem laborem, poteris & tu aequalem coronam accipere, si uolueris aequaliter laborare. Huc ille deo duce, prosperis auribus cucurrimus: sed quoniam aeris intemperies & horarum breuitas manus amodo nostras impedit, a quibus & styli & calami labor exigitur, interim tempore cedendum est. Quod si diuina clementia nobis uitam concederit, & tempus reddiderit opportunum: ad percurrenda quae restant uelis reparatis, qui tractatu praecedenti uix portum relinquimus, maris huius uallit etiam ulteriora tentabimus.

Roma. 2.

Ephe. 2.

Ecces. 9.

Isaia. 27.

# RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER QVINTVS.

Quae sit lex hostiae pacificorum. Caput 1.

ergo o-

Can. 2.

topus



RATIAS omnipotenti deo qui nostra dispensat tempora, cuius beneficio (ut sperauimus) feruoris huius auge oportunitatem attingimus. Iam hyems transit, imber abiit & recessit, flores uini sunt in terra: reuertatur ergo ad conceptum officium etiam lingua nostra. Cum legislator omnia quae primo tractauerat, recapitulare proposuisset: haec tenus holocaustorum legem, sacrificiorum, sed & hostiarum pro peccato, profecutus est. Vbi & hostiam pro delicto, de qua prius nihil dixerat, adiunxit. Restat ut & hostias pacificas simili modo retraheret: & quicquid primus tractatus super his minus habuit, nunc consummet. Sequitur ergo:

Haec est lex hostiae pacificorum, quae offertur domino. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento, conspersos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamque similia, & collyridas olei admixtione consperfas, panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quae immolatur pro pacificis.

Veniat in mentem, quia cum peccata nostra separaret inter nos & deum nostrum, me-

psal. 59.

diator noster Christus dominus medium hunc parietem soluit, dum nos sanguinis sui effusione a peccatis nostris ablens, patri reconciliari iussit. Vnde de eo dicitur, quia ipse est pax nostra. Tanta ergo illius gratiam qui plene intelligunt, si ingrati nolunt esse, quibus obsequijs, quae uel deuotione beneficij eius respondere deant, lex hac prima sanctione declarat. Sed quoniam & unusquisque nostrum pro salute sua satagere debet, & quod potest agere, ut ad dei pacem digna conuersatione pertingat, iuxta illud quod de unoquoque electo suo ipse dominus per prophetam loquitur, dicens: Paecem faciet mihi, faciet pacem mihi: denique ad eas quas iam dudum proposuerat, uictimas pacificas redit: & multa super his quibus primo superfederat, decernit. Nos igitur hanc quae praemittitur hostiam gratiarum, eodem quo describitur ordine prosequentes, singula quae de ea dicta sunt, discutiamus. [Haec est, inquit, lex hostiae pacificorum, quae offertur domino. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento, conspersos oleo.] Animaduerte quod cum hostiarum pacificarum legem proposuisset, repente quasi in aliud se transferens: Si pro gratiarum, inquit, actione fuerit oblatio. Puto, in mentem ei uenit, quod antequam nos pacis nostrae curam haberemus, alterius misericordia preuenit nos, qui sanguine suo pacem nobis restituit, cuius inenarrabili gratia, si quis eam plenius intelligeret, non paruo deuotionis affectu respondendum foret. Legem ergo pacificorum proponens, hostiam gratiarum praemittit, tanquam diceret, Ego quidem quo conuersationis genere unusquisque ad pacem diuinam redeat, executurus sum: primum tamen



ei qui salutis nostrae praecipua causa est, quae dilectionis seu obsequiorum recompensatio debeat, aperiã. Dicit ergo: [ Si pro gratia rã actione fuerit oblatio, offerent panes absq; fermento. ] Quid per panes intelligendũ sit, supra diximus, cum de sacrificijs tractantes, ubi lex post similia panes de clibano subiungit, sanctos martyres accepimus: qui tribulationis igne undiq; circumdati, & ibidem quasi in clibano decocti, in Chri uiscera quasi ab eo comesti, in caelestem scilicet illã angelorũ societatem translati sunt. Quomodo igitur pro gratiarum actione, id est, pro beneficiorũ diuinorum quadam recompensatione, nos panes istos debeamus offerre, Iohannes in epistola sua declarat, dicens: In hoc cognouimus charitatem dei, quonia ipse prior pro nobis animã suã posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Ac si patet dicat: Si tãtã gratiã eius ingrati non sumus, offeramus ei panes, ut eundẽ quem pro nobis ipse passus est, nos pro eo seu pro membris illius ignem tribulationũ sustineamus. Panes uero isti absq; fermento erunt, ut uidelicet quod pacimur, sine culpa nostra patiamur, iuxta illud beati Petri apostoli: Nemo (inquit) uestrum patiatã quali homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Item, Quã enim gloria est, si peccãtes & colaphizati sufferis? Sed si beneficiis & patientes sustineas, hæc est gratia apud deum. Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiã.

**1. Cor. 13.** Consperfos (inquit) oleo. Si enim tradidero corpus meũ ut ardeam, charitatem autẽ non habeam, nihil mihi prodest. [ Et lagana azyma uncta oleo. ] Lagana i sartagine frigebat. Per hæc igitur frixuram zeli spiritualis superius in sacrificijs designari ostẽdimus. Ab eo itaq; qui beneficiis diuinis gratias repẽdit, lagana offerenda sunt: quia quicunq; charitate diuina tangitur, cũ contemni deũ a peccatoribus uidet, zeli sui feruore cõtra eos accenditur. Vnde est illud: Vidi prauaricãtes, & tabescebam, quia eloquia tua nõ custodierunt. Et, Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitus sum uerba tua inimici mei. Sed qm zelus iste ad malorũ increpationẽ iustos quos urit, solet excitare: cauedum autẽ summopere est, dum aliũ quemlibet peccantẽ arguimus, ne dũ quasi corrigere cũ uidemur, iracundiã nostrã fatissaciamus: ideo lagana ista azyma esse iubentur, a malitiã uidelicet fermento aliena. Item quia, licet pia intentione hoc agat, modus tamẽ adhibendus est, & zeli ipsius feruor temperãdus, ne scilicet mens delinquentis ad impatientiã decidat, dũ sine mẽsura in crepationẽ aduersum se desãuire considerat: additur, uncta oleo. Oleo siquidẽ lagana nostra unguimus, cum in ipsa increpatione mitius agentes, inter uerba aspa quãdam blandi

1. Ioh. 3.

1. Pet. 4.

1. Pet. 2.

Mat. 5.

1. Cor. 13.

Psal. 118.

Ibidem.

tias, quibus charitas interior innotescat, admiscemus. Vnde beatus Apostolus discipulum suũ admonens, ait: Seruum autẽ domini non oportet litigare, sed mansuetũ esse ad omnes: patientẽ, cũ modestia corripientem eos resistunt ueritati, ne quãdo det illis deus pœnitentiã ad cognoscẽdam ueritatem: & respiciant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem. Nã quod zeli intemperantia charitas soleat amitti, habes in Apocalypsi Iohãnis: ubi dum angelus Ephefi laudaretur, quia malos sustinere nõ posset, continuo subiungitur: Sed habeo aduersus te pauca, qd charitatem tuã primam reliquisti. [ Coctãq; (ingit) similia. ] Quid in hoc loco per similia, nisi diuinorum beneficiorũ recogitatio accipitur? Hæc em aliarum oblationum radix & fundamentũ est. Ille quippe uel pro dño patri, uel zelo eius accendi poterit: cui, quantum a domino gratiã cõsecutus sit, mente non excidit, unde Apostolus ad Hebræos scribens: Recogitate, inquit, cum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum cõtradictionẽ, ut non fatigemini animis uestris desicetes. Hæc aut similia cocta esse praecipitur, ut hæc scilicet meditatio assidue in cordibus nostris uersetur. Sicut em ait beatus Gregorius in quadã homilia paschali, ubi de coquẽdis agni carnibus agit, omne quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus. Quia uero omnis qui deũ diligit, etiam proximos, si quos a fide illius uiderit alienos, ad cognitio nem eius & amorem attrahere praedicando non negligit, recte subiungitur: [ Et collyridas olei admixtione conspas. ] Collyrida siquidem, quam alijs in locis lex crustulam uocat, panis erat crustas solas & uix aliquid micæ interioris habes. In hac ergo simplex doctrina intelligitur, q nõ mysteriorũ interna, sed tantũ inchoationis Christi sermonẽ rudibus adhuc auditoribus tradit, iaciẽdo fundamentũ pœnitentiã ab opibus mortuis & fidei ad deum, resurreccionis mortuorũ & iudicij æterni. Hanc doctrinã formã se apud Corinthios seruasse testatur Apostolus, cum dicit: Nõ em iudicauit scire me aliqd inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Collyrida uero ista olei admixtione conspigitur, cũ doctores nostri nõ in doctis hũanã sapiẽtiã uestris, sed in doctrina sp̃s loquitur. Sequitur [ Panes q; fermentatos, cum hostia gratiarũ quã immolatur pro pacificis. ] Videant literã sectatores, qualiter hunc locũ trãseant. Si enim literã hæreamus, lex hic sibi contraria facit. Nepe supra cũ de sacrificijs ageretur, sic legimus: Omis oblatio quã offertur dño, absq; fermento fiet: nec quicquid fermenti aut mellis adolebitur in sacrificio dñi. Quid igitur quod panes fermentati in hoc loco praecipitur offerri? Ipsa literã repugnantia, nos

2. Tim. 3.

1. Cor. 10.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Ibidem.

1. Cor. 13.

ad spũalem sensum compellit. Edocti em ab Apostolo, oia hæc figurãliter dici, intelligim? aliud esse fermentũ malitiã & negitiã, de quo ipse p̃cipit, dicens: Epulemur nõ in fermento malitiã & negitiã, qd & lex ab omi dñica oblatione excludit: aliud, de q in euangelio legitur, quia simile est regnũ calorũ fermento, qd acceptũ mulier abscondit in farinae fatis tribus, donec fermentaretur totũ. Mulier siquidem illa aut ecclesia est, q̃ fidei diuine fermentũ tribus mudi hui? partibus cõmisit, donec multiplicato fidelitũ nũero, totũ occuparet: aut una quãq; fidelis aia, q̃ fidem eandem intra pectoris sui recessus conseruat, donec ex toto corde, ex tota aia, & ex totã mẽte deũ diligere discat. Sic & in hoc loco cũ panes fermentatos iubemur offerre, nõ ad illud fermentum mẽte recurrimus, qd lex a diuinis remouit sacrificijs: sed hoc solũ aduertimus, qd panis cui fermentum immittitur, nõ in ea exilitate remanet qua azymus esset: sed crustas suas ab inuicem separãs, micas extendit & ampliãt. In his ergo doctrinã, nõ iam illam primã, q̃ si dei simplicitate contenta est, sed eã potius intelligim? quã ad mysteriorũ disputationem tranãit, & interna scripturarũ proficientibus discipulis tradit. Post collyridas ergo panes fermentati sequuntur: quia post fidei rudimenta, prudens doctor dum auditorũ suorũ intellectũ augeri perẽdit, profundiora quãq; & mystica libentius eis cõmittit. Vnde & Paulus cũ prãmisset qd iam cõmemorauimus, Nihil me iudicauit scire inter uos, nisi Chrm Iesum, & hunc crucifixũ: sapiẽtiã autem, inquit, loquimur inter perfectos. Et dñs in euangelio, cũ in Petri nauiculã ascendens, iussisset ei a terra reducere pusillum, indeq; allocutus esset turbas, cõtinuo subiunxit, Duc in altum: manifeste insinuans, facilia prius & que uix a terrena cõuersione discrepent, populis praedicanda: dehinc si qui eorum capaces apparuerint, secretorum notitia nõ fraudandos. Et panes (inquit) fermentatos, cum hostia gratiarum quã immolatur pro pacificis. Igitur hostia gratiarum pro pacificis immolanda est: quia dñ pro pace nobis reddita, ei qui pacis nostrã autor est, gratias agimus, hostiam ipsi offerre debemus: cui omnia quã modo prãnotata sunt, panes scilicet azy mi conspersi oleo, & lagana azyma panibusq; fermentatis, adificanda sunt. Quã est hæc hostia, nisi q̃ immolat semetipsam aia, q̃ deũ dei morte saluatam se recollit, ipsa pro eius charitatem a uisibili amore occubit? Valida est enim ut mors dilectio, quia sicut mors corporis a corpore animã separãt, sic dei amor in aia uitã prãsentis uoluptatem maclat. Ad huius uero hostiã oblationem nos hortatur Apostolus, cũ dicit: Si unus pro oibus mortuus est,

1. Cor. 10.

1. Cor. 13.

Mat. 13.

Luce. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 2.

Luce. 5.

Cant. 8.

2. Cor. 5.

ergo omnes mortui sunt: id est, mortui esse debent. Et unus (inquit) pro oibus mortuus est Chrs, ut qui uiuunt, iam nõ sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Quid uero de panibus fermentatis lex subiungat, audiamus: Ex quibus unus pro primitijs offerretur dño, & erit sacerdotis qui fundet hostiã sanguinem.

Scriptũ est, Non potest homo a seipso accipere quicq; nisi ei datũ fuerit de celo. Sed cũ in omi bono ope misericordia diuina pueniat nos, si quãrat homo quid ei retribuatur, non inuenit, nisi & hoc ipsum a deo accipiat. Itaq; diuina largitas & bñficijs suis nos obligat: & obligatos, ne ingrati remaneamus, eundẽ gřã suã multiplicitate nos adiuuat. Quid retribuam dño, ait Psalmista, pro oibus quã retribuit mihi? Cũq; calix salutaris q̃ retribueret, æstuaũt occurreret, nõ de eo dicere psumpsit, reddã: nisi pmississet, accipiã. Vnde & legislator cum multa enumerasset, quã homo gratus saluatori suo repẽdere deberet: qd de nouissimo subintulit, de cãteris oibus intelligendũ reliquit. Ait namq; de panibus fermentatis: [ Ex quibus unus pro primitijs offerretur dño. ] In cuius oblatione quid aliud significatur, nisi doctrinã gratiam quã pro illos panes designata est, principũ & originem habere a dño: Dñs enim dabit uerbum euangelizanribus. Et Apostolus: Quid, inquit, est Apolo? quid uero Paulus? Ministrũ eius cui credidistis. & unicuiq; sicut dñs dedit. Hoc igitur & lex satis apte significat, cũ de panibus praedictis unũ pro primitijs offerendum sequerat. Sed quid est quod de eodem pane p̃cipitur, [ & erit sacerdotis q̃ fundet hostiã sanguinẽ? ] Quis est sacerdos qui hostiã nostrã sanguinem fundit? Et quidẽ si priorũ meminerimus, p sanguinẽ hostiã appetitus noster interior designatur. Sicut em caro nra sanguine suo uiuit, sic appetitus animã eandem aut spũaliter aut carnaliter uiuere facit. Si em carnalibus cõcupiscentijs obtẽperauit, carnalis erit. Quod si spũalibus rapiatur, itidẽ spiritualis efficitur. Funditur ergo hostiã nostrã sanguis, cũ a nobis appetitus carnalis excluditur. Quod summus p̃fiter apud nos agit: quia Christus p gratiã suam nos sanctificã, & per spũm sanctũ charitatẽ suam in cordibus nostris diffundens, amorẽ mundi huius a nobis repellit. Idẽ uero q̃ leuat ab imis: pro uehit ad summa: & qui purgat uitijs, ditat uirtutibus. Vnde & in Iob legitur: Dabit p terra silicẽ, & p silice torrentes aureos. Per terram gippe, terrena cõuersatio: p silicem, boni opis fortitudo: per torrentes uero aureos, doctrinã cãlestis affluentia designat. Pro terra itaq; silicẽ dat, cũ carnalem & abieclã uitã bonã opationis fortitudine mutat. Pro silice

Iob. 3.

Psal. 118.

Psal. 67.

1. Cor. 3.

eadem

Iob. 22.



quoque torrentes aureos p̄stat, cum boni operis labore, cœlestis sapientiæ mercede remunerat. Dicitur ergo de pane primitiæ, Eius erit sacerdotisq; fundet hostiæ sanguinē: ut intelligamus, ad mediatoris gratiā p̄tinere, nō solū quod uitia nostra nos deserunt, sed maxime quod malis nostris decedētibus, bona eius succedunt. Sequitur:

**Cuius carnes eadē comedēt die, nec remanebit ex eis quicquid usq; mane.**

*Psal. 85.* Diem unā, totā hanc uitā dici, habemus in psalmo, ubi legimus: In die tribulationis meæ deū exgrui. Diē quippe tribulationis suæ, dixit uitā præsentē, q̄ tota tentatio est. Secunda uero erit dies in æterna uita, iuxta illud B. Petri: Habemus certiores prophetici sermonē, cui bñfacitis intendētēs tanq̄ lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat. De huius mane diei dicitur in psalmo: Mane asta bo tibi. Carnes igit hostiæ nostræ prima die ededā, nec in mane sequēs relinquēdæ sunt: ut quicquid per amorē diuinū mortificare se nititur, cōplere q̄d aggressus est, nō moret: qm̄ quicquid minus hic egerit, postq̄ mane futurū illuxerit, p̄ficere non ualebit. Tēpus quippe tunc non erit operādi, sed quod egeris recipiendi. B. Gregorius cum de agno paschali p̄ceptū legis exponeret, ubi dicitur, Nō remanebit ex eo quicquid usq; mane: Ch̄si em̄, inquit, dicta magna sunt sollicitudine discutienda, q̄ tenus priusquā dies resurrectionis appareat, in hac p̄sentis uitæ uocatione, oīa mandata illius intelligendo & operādo penetrentur. Item cū de panibus azymis, qui cū agno edi solebant, loqueret: Panes, inquit, sine fermento comedit, q̄ recta opa sine corruptiōe uanæ gloriæ exercet. In q̄bus tanti doctoris uerbis satis apparet, qd̄ sit carnes hostiæ cōdere: seu qd̄ p̄cipimus, de eisdē carnibus nihil in crastinū referuare. Sed de hostia gratiariū hæc sufficiat. nunc sequentia uideamus.

De hostia quæ uoto uel sponte offertur. Caput II.

*quispiā* **S**i uoto uel sponte quispiā obtulerit hostiam, eadē si militer edetur die. Sed & si qd̄ in crastinū remanserit, uesci licitū est. Quicquid aut̄ tertius inuenerit dies, ignis absument.

Postquā legislator gratiariū hostiam quā p̄mittere uoluit, pertractauit: iam ad hoc accedit quod primum p̄posuerat, ubi dixit: Hæc est lex hostiæ pacificorum. Ipsa ergo hostiæ pacificas hinc retractare incipit, dicens: Si uoto uel sponte quispiā obtulerit hostiā, eadē si militer edet̄ die. Magna est inter

deo seruientes distantia. Quidā namq; p̄fecti oēs, hoc ipsum qd̄ ad obsequiū sui creatoris assumpti sunt, omnibus huius mūdi diuitijs & honoribus anteponunt, illamq; uocem sui capit, etiam suam faciūt: Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. & completur in eis quod Apostolus de se suisq; similibus testatus est, dicens: Nos sp̄m̄ non huius mundi accepimus, sed sp̄ritum qui ex deo est, ut sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Hi itaque quanto plenius gratiam diuinam intelligunt, tanto magis ut seruiant, instāt. & tamē licet quæ p̄cepta sunt, faciant oīa, seruos se inutiles uocant. Sentiant enim, qd̄ bñficia dei compensare nō possunt ullis obsequijs. Hoc affectu agebat̄ beatus Apostolus, qui cū p̄mississet qd̄ deus pater p̄prio filio non pepercit, sed p̄ nobis oībus tradidit illū: & quia ipse filius mortuus est & resurrexit, & ad dexterā dei est, & ibi interpellat, p̄ nobis: tantæ benignitatis consideratione cōpunctus, exclamauit & dixit: Quis nos separabit a charitate dei, q̄ ē in Christo Iesu dño nostro. Inde ē, quod in laude Simon, matris scilicet nostræ ecclesiæ, canitur in psalmo, quia r̄didit dño in uia uirtutis suæ. i. in fortibus suis, q̄ uirtutis illius sunt, quicquid ad mensam magnam sedentes, diligenter considerant quæ apponuntur sibi, scientes quia tanta oporret preparare. Istis igitur lex gratiarum hostiam ascribit, qui magno affectu in deum currentes, monitione & adhortatione humana non indigent: sed & si quid impedimenti se ingererit, imperu suo obstantia cuncta dirumpunt. Sunt alij longe ab his dispares, qui uoluptatibus carnalibus diutius affueti, & uinculis earum tenacius irretiti, audiunt uocem diuinam in ecclesia, & Apostolū clamantē: Surge q̄ dormis, & exurge a mortuis. Excitantur ergo quandoq; coopante spiritu dei, & ut pacem cum deo reformant, redduntur solliciti. Aegre tamen ueniunt, & nutantibus adhuc uestigijs, quia pristinæ conuersationis adhuc uisio grauari, nondum illa feruntur uehementia. Horum igitur infirmitati se conformat Apostolus, maternisq; blanditijs circa eos uittur, dicens: Legatione pro Christo fungimur, tanquam deo exhortante p̄ nos. obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Huiusmodi ergo adhortationibus animati, primum quidem uoto, deinde sponte hostiam deo seip̄os immolant. In initio namq; conuersationis suæ, uoluptatū memoria quibus assueuerant, acris impugnantur: sed contra seip̄os rigidi, & uoti sui non immemores, in p̄posito quod aggressi sunt, fortiter perseuerant. Primo itaq; quæ sit uoluptas spiritus pene ignorantes, uoti ramentum

sui sponcione ad carnis suæ mortificationem astringuntur, donec ad charitatem peruenerint illa quæ foris mittit timorem, per quam uniuersa quæ prius non sine formidine obseruabant, absque ullo labore uelut naturaliter ex consuetudine incipiunt custodire, quod est sponte hostiam suam deo offerre. Omne enim ad quod proprio ducimur affectu, sponte agimus. Quod uero contra uoluntatem nostram exequimur, in hoc etiam si nō alius nobis, tñ nosip̄i nobis uiolenti sumus. Nec solū in uitiorū mortificatione, uerū & in bonorū operū executione, quid uoto, quid sponte agatur, discernendum est. Quidam em̄ dñi pauperum necessitati subueniunt, iusti uiscera in opere suo representant, qui ait: Pater eram pauperum. Quidam uero nō quod eosdem pauperes diligat, sed quia si minime tribuant, iram superni iudicij formidant, multa pauperibus largiuntur. Hos igitur ad opera misericordiæ nō egestatis alienæ compulsi, sed uoti sui necessitas, quod scilicet p̄ceptis diuinis se obedire sponderūt, astringit. Et ut beatus in hoc loco testatur Gregorius, aliud est bonum opus ex p̄cepto facere, aliud ex affectu. Minor ergo qui uoto, q̄ qui sponte hostiam deo offert. Nec tamen qui sponte offert, statim illam perfectionem humilitatemque, quam lex supra in hostia gratiarum descripsit, assequitur. Nōnunquam etenim licet bona quæ p̄xualet, libenter operetur: dum tñ non cogitat quanto plura debeat, & quia quod agit, non deo proderit, sed sibi. Dixi enim (inquit dño, deus meus es tu, qm̄ honorum in eorum nos eges: meritū suum immoderate p̄feret: & cum nō oīa, sed quædam quæ p̄cepta sunt agat, non tñ seruum se inutilem uocat. Hactenq; qui sunt qui uoto, & qui sponte deo offerat hostiam, seu in quo isti ab hostia gratiarum discrepent, p̄lixius forsitan quāmodum exigeret, excuti sumus. Hanc tñ moram uenia dignam existimamus, quia dum putei huius fluentia exhaurire, & ad fundū eius pertinere nitimur, uena diues ante nos lassare potuit, quā dehiere. Nūc igitur cur his hostijs ut comedi debeat, biduū lex assignet, cum supra hostiæ gratiarum non nisi unum dederit diem, declarandum est. Sic enim dicitur: Si uoto uel sponte quisquam obtulerit hostiam, eadem si militer comedetur die. Sed & si quid in crastinū remanserit, uesci licitum est. Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absument. Notum est omnibus, uitam iusti diem uocari, iuxta illud quod ad iustitiam conuersis peccatoribus dicitur: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Duo uero sunt sanctæ conuersationis genera, imo (ut ita dicam) due sunt sanctorum uitæ, actiua & contemplatiua. Hæc in duabus Iacob

uxoribus, in duabus Lazariororibus, in duobus diebus quos apud Samaritanos fecit Iesus, designatæ sunt. Ibi t̄ nēpe p̄figurati est, corpus eius. i. ecclesiā quæ ex alienigenis cōgregata erat, utroq; modo deo seruituram. Nōnunq; ergo bonū qd̄ actiua inchoat, cōtēplatiua cōsummat, Martha quippe quādiu sollicita ē & turbat̄ erga plurima, fieri nō pot̄, ut nō ex occupationis suæ puluere quātulascitq; cōtrahat sordes culpæ. Ipsa quoq; exterior occupatio, quia ab intimo suo extrahit aiam: minus, q̄ apud se intus uitia lateant, uidere p̄mittit. Contēplatiua uero, quæ ab exterioribus introrsus reuocat mentē, & multas occasiones delinquendi subtrahit, & eam p̄p̄caciū sibi ostēdit. Ista igit̄ sanctitatē cōsummat, ista pacē integram orōnis & sanctæ meditationis studijs cū deo reformat. Hoc igit̄ in lege figuratū existimo, cū ei qui uoto seu sponte hostiā deo offert, duo dies in quibus eisdē hostiæ carnes comedi debeant, concedunt. In primis namq; hoies cū a seculari conuersatione recedūt, actiua uitæ exercitiū habent necessarium, in qua tñ cū p̄fectionis culmen nequibunt attingere, ad contēplatiuā transire licebit: in qua tanquā in die secūda, quod minus sanctitatis prima habuerat, accipere poterit. Quicquid uero tertius inuenerit dies, ignis absument. Post hæc enim duo religionis genera, quæ in hac uita habentur, solum retributionis tēpus quod post uitam futurū est, relinquuntur: cui si carnes hostiæ nostræ referuntur, ignis eas ne comedi debeant, absorbebit. q̄ si quicquid eorū quæ geri oportet, in tempus illud distulerimus, uis diuini iudicij, ut amplius expleri ualeat, nobis facultatē negabit. Hoc aut̄ biduū hostiæ gratiarū lex non indulsit: quia quicquid p̄fectionē q̄ in hostia illa descripta est, assecutus fuerit: non iam secūdi die q̄ p̄ficiat, sed eternum quo remuneretur, expectat. Sequitur:

**Si quis de carnib⁹ uictimæ pacificorū die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti.**

Quis sit dies tertius, quæ uic carnes uictimæ pacificorum, iam satis dictum est. Locutionis autem scripturarum est, nonnunquam uoluntatem pro opere accipere: ut in Iob legitur, Quis restitit deo, & pacem habuit? Restitit namq; dictum est, quasi restitit: uoluit. Resistere enim deo nemo potest. Et de magis in Aegypto scriptum est: Fecerunt sicut Moyses ut educerent cyniphe, & non poterunt. Fecerunt. i. facere conati sunt. Multa reperies huiusmodi. Quamobrē cum legis, si qd̄ de carnibus uictimæ pacificorū die tertio cōderit: ne sic accipias, quasi aliquis ex eis tunc possit comedere, sed qm̄ multi dum tē-

Gene. 29. Luc. 1.0 Iob. 4. T. nang

Luc. 10.

Iob. 4.

I. Cor. 1.

Luc. 17.

Roma. 8.

Psal. 101.

Prou. 23.

Eph. 5.

2. Cor. 5.

\* conuersionis

Eph. 4.

Iob. 9.

Exo. 8.

pus habet opportunum, pigri sunt ad benefaciendū: die uero tertio cū iustos remunera- ri uiderit, steriles se fuisse gemetes, boni ope- ris laborem (si facultas det) magnopere affecta- bunt, uoluntatem illam serā lex p opere posu- it, cū dixit: Si quis de carnibus uictime pacifi- cogē die tertio cōderit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti. Ac si diceret: Si quis dū si- bi uacat, ad opus iustitiæ piger, tūc cum iam tempus tranfierit, bona uoluerit opari: irrita fiet eius deuotio, nec pderit offerenti. Quod

Eccl. 9.

cunq; (ait Salomon) potest manus tua facere, instāter operare: quia nec opus, nec ratio est apud inferos q̄ prosperas. Aut certe quia car- nes pacificorū sunt misericordię opera, q̄bus in gratiā creatoris post culpā reducimur, illi carnes hostiarū nostrarum comedunt, q̄ ele- e mosynas n̄as in usus p̄rios suscipiunt, & p̄ eas sustētant. Sed si q̄s tunc cōderit. i. si nos hic ad cōpassionem duri, cū miseria in his q̄- bus subueniri possit, iam nō erit, sero miseri- cordes esse uoluerim, irrita fiet hęc oblatio. Quia uero nō solū huiusmodi uoluntas tunc inutilis est, sed etiam praua opinio nunc pluri- mum noxia, si quis æternitatis tempore hęc nostrę mortalitatis subsidia credat esse neces- saria, quod à quibusdam Millenarijs, qui mil- le annos carnalis cōuersationis post resurre- ctionem inducere conati sunt, fatiis pueriliter disputatum est, apte subiungitur:

Quin potius quæcūq; anima tali se- edulio contaminauerit, præuaricati- onis rea erit.

1. Cor. 15.

Contaminat em̄ fides nostra, si de gloria im- mortalitatis tam carnaliter senserit, ut postq̄ absorpta fuerit mors in uictoriā, postq̄ cor- ruptibile hoc induerit incorruptionem: bea- tos iam & sanctis angelis cōq̄tos, rursus ad concubitus immunditiā, ad uentris & guttu- ris illecebras existimet eē redituros. Sed qm̄ quo tempore comedendæ sint carnes uicti- marum nostrarū, audiuius: nūc q̄ sincere, & sine criminis alicuius admixtione exercen- da sint misericordiæ opa, doceamur. Segtur:

Caro quæ aliquid tetigerit immun- dū, nō cōdetur, sed cōburetur igni.

Caro uictimæ nostrę immundū tangit, cum opus pietatis flagitij alicui? aut facinoris cri- mini admisceat. Vnde uir sanctus Iob opa sua enarratur, q̄ misericorditer ih̄digētibz im- penderat p̄ximis, p̄misit dicens: Iustitia indu- tus sum. Ille quippe bene agit quæ pia sunt, q̄ scit prius seruare q̄ iusta: ut collatus in proxi- mos riuus misericordiæ, de iustitiæ fonte du- cat. Nam multi proximis quasi opera miseri- cordiæ impendūt, sed iniustitiæ facta non de- ferunt. Qui si ueraciter proximis misericor- diam facere studerent, sibī ipsi prius debue-

Iob. 29.

rant iuste uiuendo misereri. Vnde scriptum est: Miserere aīæ tuæ placens deo. Quō ergo alteri miserēdo sibi est, qui adhuc iniuste ui- uendo sit impius sibi miseris? Vnde per quen- dam sapientē dicit: Qui sibi nequā est, cui bo- nus erit? Lōge incōparabiliter melior est ho- mo q̄ res. Qui ergo indigentē proximo exte- riorem substantiā præbet, sed uitā suam à ne- quitia non custodit, rem suā deo tribuit, & se peccato. Tūc uero est apud deum oblatio ue- ræ rectitudinis, cum de radice iustitiæ prode- unt rami charitatis. Quo cōtra de superbo & impio diuite, per Eliphaz dicitur: Nō credit frustra errore deceptus, q̄d aliquo precio redimēdus sit. Quoties (ait B. Gregorius) post culpam elemosynas facimus, quasi pro pra- uis actibus precij damus. Nonnunquā uero diuites elati, inferiores opprimūt, alienarap- unt, & tñ quasi quædā alijs largiuntur: & cū multos deprimant, aliquādo quibusdā quasi opem defensionis ferūt: & pro iniquitatibus quas nunquā deserūt, dare precium uidentur. Sed tūc elemosynæ precij nos à culpa libe- rat, cum perpetrata plāgimus & abdicamus. Nam qui & semper peccare uult, & q̄si semp elemosynā largiri, frustra precium tribuit: quia non redimit animam, quam à uitijs non cōpescit. Dicitur itaq;: Caro quæ aliquid tetigerit immundū, nō comedetur, sed combu- retur igni: qm̄ elemosynæ quas alicuius cri- minis commixtio polluit, à deo non suscipiū- tur, quin potius æternis ignibus deputantur. A patribz q̄q; hoc obseruati est, ut quicum- q; capitalis alicuius culpæ reus publice con- uinceretur, donec resipisceret, oblationes eius ab ecclesia non susciperētur. Qui tñ latent- ut iudiciū fugiant humanū, nec cōsura reiici- antur ecclesiastica, diuini (ut diximus) laterē non possunt. Dicitū est, q̄n & qualiter edi- deat hostia pacificorū: dicitur & à quibus.

Eccl. 30.

Eccl. 14.

Iob. 15.

Mat. 23.

Luc. 20.

Rom. 2.

1. Cor. 9.

Ofc. 4.

Rom. 1.

Eccl. 12.

Mat. 5.

Qui fuerit mundus, uescetur ea.

Non ad illam, quā tactu immundi immun- dam factam dixerat, hoc referendum est: sed quoniam de carne sanctificata præceperat, ut nihil tāgeret immundū, addidit quoq; ut nō nisi à mundis comedi debuisset. Qui fuerit (in- quit) mundus, uescetur ea. Cum carnes huius uictimæ sint opera misericordiæ, quas come- dere intelligitur, quicumq; per eas sustentan- dus, in usus suos illas susceperit, cū præcipit lex, ut qui mundus est, uescatur eis, illud acci- pio q̄d alibi legitur: Si bene feceris, scito cui bñfeceris: & erit gratia in bonis tuis multa. Da bono, & non recepis peccatorē. Bene fac humili, & nō dederis impio. Vbi tñ nō hoc intelligendū est, q̄n misericordiæ nostræ lar- gitas uel ab impijs & peccatoribus reuocet, cum potius uoce dn̄ica cælestis patris exem- plo, qui solē suū oriiri facit super bonos & ma-

los, mōneamur etiā inimicis bene facere, sed quod q̄buscunq; fidelij substantia erogatur, aut q̄a iam iusti sunt, aut certe in nondū sunt, ut enic quādoq; possint, uita eorū mortalis, pi- orum liberalitate sit sustentada. Sic enim, eti- am cū impio damus ea intētionē, ut quādoq; ad pietatem cōuersus, & ipse in nostro nume- ro deputetur: nō impio damus, sed ei quē ex impio fieri cupimus. Vbi si q̄s est qui sanctū se simulet, cū immundus sit, & dantē fallat ut aliqd accipere mereatur: aut certe si iniquum eū eē cōstat, nec iustorū liberalitate potest ab iniquitate cōpesci, iste est q̄ carnes sanctas pol- lutus cōedit. Hic igit atēdat qd sequat, ut ex diuinæ legis sententia quæ dicit meretur:

Anima polluta quæ ederit de carni- bus hostiæ pacificorum, quæ obla- ta est dño, peribit de populis suis.

Nam & qui se corā hoibus iustificat, cū in- tus pleni sint hypocrisis & iniquitate, & come- dunt domos uiduarū, oratione lōga orātes: iudex est de his dn̄s, quod amplius acceptu- ri sunt iudiciū, & hi de quorū pueritate con- stat, quā iustos misericordia sustentantur, ut q̄nq; conuersi corrigantur: si tanta abutun- tur benignitate, ut in malitia sua perdurātes, incorrigibiles perseuerent, testat de eis Apo- stolus, quod thesaurizēt sibi irā in die iræ & reuelatiōis iusti iudicij dei. Ego tñ hanc lega- lem sententiam magis arbitror ad ecclesiasti- cos uiros pertinere: qui quod altari deserui- aut, de altari participātur: qui peccata popu- li comedunt, quia oblationes quas pro pecca- tis suis populus deo offert, in usus p̄rios ac- cipiunt, ut scilicet pro eisdem peccatis apud deū intercessores effecti, deum hoibus inter- cessionibus suis cōciliant. Hi itaq; si ad repro- piciandū populo deum constituit, morū suo- rum perueritate eum exacerbent: nulli dubi- um quin de populo dei, in cuius medio nunc interim quanquā indigni uersantur, sub ex- tremo futuri iudicis examine cum dedecore eiiciātur. [Anima polluta quæ ederit de car- nibz hostiæ pacificorum, quæ oblata est do- mino, peribit de populis suis.] Sed ne q̄s ope- rantū peruerso, & non etiā prauitate consen- su existimaret animā pollui, iuxta quod Apo- stolus cū de criminalibus ageret, testatus est, dicens: Qui talia agit, digni sunt morte: nec solum qui faciunt ea, sed etiam qui consenti- unt facientibus: lex cōtinuo subiūxit, & ait:

Et quæ tetigerit immunditiam homi- nis uel iumentī, siue om̄is rei quæ pol- luere potest, & cōderit de huiusmo- di carnibz, interibit de populis suis. Quātum ad literam attinet, quæ sit hominis immunditia, aut iumentorum, siue earum re- rum quæ hominū immundorū attactu pollui-

ebantur, multifarie in sequentibus declarabi- tur. Sed ut allegoriā quā cœpimus prosequa- mur, tangere immunditiā, est quamcūq; alte- rius iniquitatem ex cōsensu afficere. Hoies ue- ro & iumenta, cū in malā partem accipiunt, hi sunt, qui sapientiā callent seculari: & qui ra- tionis acuminē priuati, more pecudū carnis suæ uoluptatibus immergunt. Quorū om̄i- um quisquis consenserit uitijs, etiam si ab eo- rum executiōe occasione aliqua impediatur: homines quidem latet, qui malum quod per opus non prodit, exterius deprehendere ne- queunt: sed deum qui corda nouit, latere non potest. Et iste igitur à carnium sanctificata- rum esu prohibetur: aut si edere præsumple- rit, diuino iudicio condemnatur.

Psal. 35.

¶ Ut adeps hostiarum non comedatur.

Capit. III.



Oculus est dominus ad Mo- ysen, dicens: Loquere fi- lijs Israhel, Adipē bouis & ouis & capræ non comedetis.

Per hęc tria aīalia, quæ in holocaustis sēt hostijs pacificis primo posuerat, quæ li- bet intelligenda est uictima q̄ domino offer- tur. Sed adipis uictimarū esum, iam pridē nō bis interdixerat in consummatione pacifico- rum, & hic idem repetit: [Adipem bouis & ouis & capræ non comedetis.] Tanquam dī- ceret: Cum aliquid boni agitis, ipsum pieta- tis affectum ne trāsferatis ad uos, ut uobis il- lud ascribatis. Deus enim est, qui operatur in uobis & uelle & operari pro bonā uolun- tate. Breuiter transmimus: quia iā supra de hoc ipso plenius differuimus. Sequitur:

Philip. 2.

Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod a bestia captū est, ha- bebitis in usus uarios.

Alios esse qui sponte in peccati mortē labun- tur, alios uero qui inimici fraude decepti mo- riuntur, & hęc esse animalia quæ lex mortici- na, id est, per se mortua, aut à bestia asserit ca- pta, iam supra diximus. Adipes igitur hosti- ſunt uarij affectus, q̄bus amatores hul? mun- di, qui deo mortui sunt, rapiuntur. Sed hos co- medere quidem nō debemus, quia eorū pra- ua desideria ab omni munda conscientia re- pellēda sunt, in usus tamē uarios habere præ- cipimur. Huiusmodi quippe hortines sibi in- utiliter uiuunt: sanctorum tamen utilitati de- seruiunt. Multi nanque filiorum dei, quādiū hac fragili carne uestiuntur, multa habent ne- cessaria, quæ sibi ipsi ministrare nō possunt. Verbi gratia: Non possunt sibi domos ædi- ficare, non possunt arare & serere, nec uestes sibi texere ualent. Cū hęc igitur omnia opus habeant, nec tainē sibi eadē præparare que-

\* uide \*

ant: prouidit misericordia diuina, quæ etiam malis bene uti solet, ut essent alig seculi amatores: qui licet carnali intentione hæc didicerint, tamen accepto præmio suo, in huiusmodi sanctorum necessitatibus obsequantur. Amant itaque isti præsentia: sed ut ea quæ in hoc mundo concupiscunt, ualeant adipisci, huiusmodi se exercitijs tradit. Manifestum itaque quod adeps ipsorum, affectus scilicet ille quo mundalia quæerunt, cum in seruum dei non transeat cibum, trahit in usum. Trans eo ad illos qui carnis suæ illecebris seruiunt, intueor quod concubitus uoluptate carere non possunt, nonnunquam aut ex legitimo connubio, aut etiam ex fornicatione suscipiunt filios: quod paternos detestati mores, in sanctitate & religione deo deseruiunt. Si enim ab initio fidei Christianæ totum genus humanum cælibem amplecteretur uitam, iam pridem mundus habitatoribus caruisset: & ecclesia sancta quos ad cælum transmitteret, non haberet. Ex hoc igitur ipso, quod magna pars hominum femineis carere non potest illecebris: agitur deo disponente, ut in ecclesiæ filijs bonum permaneat castitatis. Itæ sunt aliqui superbi, & honoribus temporalibus inhiant: inde quoque plerumque contingit, ut in regimine ecclesiæ constituti, non dei timore, aut eorum qui sibi commissi sunt dilectione, sed solius perceptæ dignitatis intuitu, pro ecclesiæ defensione inuigilent. Ipsi quoque qui ira & odio contra bonos defæuunt, bonorum militant utilitati, dum patientiæ uirtute exercitatis præmia æterna multiplicant. Inde namque est quod ipse huius generis inimicus, dum contra Christianum nomine infremuit, tot martyrum milia sua infania coronauit. Dicatur itaque: Adipem cadaueris morticini & eius animalis quod a bestia captum est, habebitis in usus uarios: quoniam cum singula mente perlustro, quæ quid in hoc mundo etiam a malis geritur, ad bonorum utilitatem fieri perpendo. Nam & Apostolus hoc testatur, dicens: Scimus quoniam diligentes dei, oia cooperantur in bonum, his que secundum propositum uocati sunt sancti. Et Salomon: Qui stultus est, ingratum seruiet sapienti. Sequitur: Si quis adipem qui offerri debet in incensum domini, comederit: peribit de populo suo.

Rom. 8.  
Prou. 11.

Duobus modis adipem quem deo offerre deberemus, comedimus: cum aut in bono nostro opere intentione ad eum non erigimus, ut diuinam quæramus gratiam, sed laudis humanæ pascimur uoluptate: aut si recta quidam intentio est, ad nos illam referimus: id est, nobis, non deo, asseribimus. Primus itaque dum iustitiæ suæ mercedem temporalem quærit, iustorum mercede priuatus, à iustorum etiam populo separabitur. Alter quoque dum mu-

nus dei sibi ascribit, necesse est ut gratiam perdat, pro qua gratus non fuit. Quod propheta David etiam sibi imprecatur, dicens: Si non humiliter sentiebam, sed exaltata animam meam: sicut ablatatus super matrem suam, ita retrahes in animam meam. Quisquis autem iustitiæ meritum perdidit, certum de eo est, quod & iustorum societate carebit. Deinde lex subiungit:

Psal. 150.

**Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibum, tam de auibus quam de pecoribus.**

Hoc iterum, cum iam prohibuisset, hic repetit. Sed ut uehementer ab hoc cibo deterruisset, hic quoque addidit:

**Omnis anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis.**

Si quis plene præcedentia recolit, intelligere potest, nonnunquam per sanguinem, naturalem animæ appetitum significari: qui aliquando rectus, aliquando uero reprehensibilis est: relictus, cum iusta appetit, reprehensibilis uero, cum per carnalia desideria defuit: nonnunquam uero, eo quod in sanguine uita carnis sit, per sanguinem, carnale uitiosumque desiderium exprimi. Communiter quippe per sanguinem appetitus accipitur, cum de auibus holocaustorum præcipit lex, ut rupto uulneris loco, decurrat sanguis ad crepidinem altaris: ubi intelleximus, appetitum perfectorum, qui ab huius uitæ amore recedit, transire debere ad Christum. Neque enim carnalis amor ad Christum currere poterit. Alio qui si ad eum accesserit, iam carnalis non erit. Sed naturalis metus impetus, qui prius uoluptates defuebat, cum sanctificari homo ceperit, mutato cursu, in affectum spiritualem reflecti ualebit. Item per sanguinem, carnalem tantum cupiditatem significari intelleximus, cum lex de uictimis bouum aut ouium sanguinem fundi præcepisset. Sic quippe expressum est, quia quisquis deo seipsum immolat, necesse est ut à consensu suo prauos carnis motus excludat. Hic itaque tam ab auium quam ex pecorum sanguine prohibemur. Cui sanguinem, inquit, omnis animalis non sumetis in cibum, tam de auibus que de pecoribus. Doctores sancti cum eruditione sua quequam ad scientiæ studium prouehunt, quasi spirituale auem deo offerunt. Huius autem sanguinem non comedunt: quia amorem discipulorum non conuertunt in se, sed ad Christum transmittunt. Plene enim spiritus iram in seipsum prouocat perer, qui ad sponsæ ministerium deputatus, loco spiritus se amari affectat. Unde beatus Apostolus fidelis ecclesiæ minister: Non nosmet ipsos, inquit, predicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos uestros

Leuit. 17.

2. Co. 4.

per Iesum. Nihil quid Paulus ait, pro uobis crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed nec pecorum si qua deo immolant, sanguinem edunt: quia cum simpliciores erudiunt, peccatum cupiditatis quam de eorum cordibus excludunt, & ipsi quoque se abijciunt. Castigo, ait Apostolus, corpus meum & in seruitute redigo, ne forte alijs prædicans, ipse reprobus efficiar.

1. Cor. 9.

*Qui offert uictimam pacificorum, offerat simul & sacrificium. Caput IIII.*

**Notandum est dominus ad Moysen, dicens: Qui offert uictimam pacificorum domino, offerat simul & sacrificium, id est, libamenta eius.**

Libamentum quid sit, longe superius diximus: modica scilicet assumptio, quæ aut de similibus sacrificio, aut de hostia pacifica in parte domini sequestrabatur. Unde & Septuaginta cum hoc transferrent capitulum, sic ediderunt: Offerens sacrificium salutare domino, offeret munus suum domino de sacrificio salutari. Sacrificium quoque non quilibet hostiam uocari diximus, sed signanter similes oblationem & hostiam pro peccato & peccatis: & unde nunc agimus, adipem pacificorum qui domino incenduntur, hoc nomine significari. Dicat ergo: Qui offert uictimam pacificorum domino, offerat simul & sacrificium, id est, libamenta eius. Quæ sunt autem eadem libamenta, deinde subiungit:

**Tenebit manibus adipem hostiæ & pectusculum. Cuius ambo oblata domino consecrauerit, tradet sacerdoti. Qui adolebit adipem super altare, pectusculum uero erit Aaron & filiorum eius.**

Iuxta nostram translationem, idem intelligimus sacrificium quæ & libamenta, cum dicitur: Offerat sacrificium, id est, libamenta. Hæc autem sunt adeps cum pectusculo. Iuxta Septuaginta uero editione, sacrificium quidem adeps cum pectusculo dicitur: sed de hoc sacrificio adeps solus qui domino incenditur, pars domini uocatur. Quod contrarium non est. Fieri enim potest, ut etiam adeps cum pectusculo, eo quod ambo domino consecrentur, pars domini uocentur. & adeps solus, quia solus domino adoleat, in partem domini deputetur. Sed iam mysterium indagemus. Cui designaret quæ essent libamenta quæ iussu offerri, Tenebit, inquit, manibus adipem hostiæ & pectusculum. Pectusculum fidem significat, quod scilicet in pectore sapientia sedem habeat, & fidelium sapientia, fides diuina est. Adeps uero hostiæ, affectus compassionis est, de quo beatus Augustinus in libro de charitate: Si nondum, inquit, idoneus es mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Sed percutiat uiscera tua charitas, ut non de iactantia facias: sed de intimo adipe misericordiam, ut consideres illum in egestate positum. Nam pascit (inquit) surientem charitas, pascit & superbia. Vestit nudum charitas, uestit & superbia. Sed audiat ab Apostolo ille, qui non habet charitatem: Si distri buero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Qui igitur offert hostiam pacificorum domino, consecret ei & adipem: ut qui sua pauperibus erogat, pura intentione hoc faciat. Consecret & pectusculum, ut integram deo fide exhibeat. Sine fide enim impossibile est placere deo. Sed nota diligenter quod dicitur: Tenebit manibus adipem hostiæ & pectusculum. Manibus enim tenenda, & præ se semper ferenda, sunt pietatis adeps & integritas fidei, ne scilicet elabatur, ne ab aliquo seductore corrumpatur. Plerique siquidem negligentes, dum largitate sua quid appetant non discernunt, inde uanitati seruiunt, unde deo se placere confidunt. Sic & ueritatem fidei suæ dum sollicitè non inquirunt, in externorum dogmatum prauitatem labuntur: & contingit eis, quod sponsæ suæ in Canticis dominus comminatur: Nisi cognoueris te, inquit, o pulchra inter mulieres, exi post uestigia gregum, & pasc hædos tuos (id est, sordidas cogitationes tuas) in tabernaculis pastorum. Non in tabernaculo unius pastoris, qui dixit, Ego sum pastor bonus: sed in tabernaculis eorum, de quibus subditur: Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones. Tenebit itaque manibus adipem hostiæ & pectusculum, id est, fortiter retinebit, ut nec intentionis eius simplicitas deprauetur, nec fidei integritas uiolet.

ribus fratri. Sed percutiat uiscera tua charitas, ut non de iactantia facias: sed de intimo adipe misericordiam, ut consideres illum in egestate positum. Nam pascit (inquit) surientem charitas, pascit & superbia. Vestit nudum charitas, uestit & superbia. Sed audiat ab Apostolo ille, qui non habet charitatem: Si distri buero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Qui igitur offert hostiam pacificorum domino, consecret ei & adipem: ut qui sua pauperibus erogat, pura intentione hoc faciat. Consecret & pectusculum, ut integram deo fide exhibeat. Sine fide enim impossibile est placere deo. Sed nota diligenter quod dicitur: Tenebit manibus adipem hostiæ & pectusculum. Manibus enim tenenda, & præ se semper ferenda, sunt pietatis adeps & integritas fidei, ne scilicet elabatur, ne ab aliquo seductore corrumpatur. Plerique siquidem negligentes, dum largitate sua quid appetant non discernunt, inde uanitati seruiunt, unde deo se placere confidunt. Sic & ueritatem fidei suæ dum sollicitè non inquirunt, in externorum dogmatum prauitatem labuntur: & contingit eis, quod sponsæ suæ in Canticis dominus comminatur: Nisi cognoueris te, inquit, o pulchra inter mulieres, exi post uestigia gregum, & pasc hædos tuos (id est, sordidas cogitationes tuas) in tabernaculis pastorum. Non in tabernaculo unius pastoris, qui dixit, Ego sum pastor bonus: sed in tabernaculis eorum, de quibus subditur: Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones. Tenebit itaque manibus adipem hostiæ & pectusculum, id est, fortiter retinebit, ut nec intentionis eius simplicitas deprauetur, nec fidei integritas uiolet.

1. Cor. 13.

Heb. 10.

Canti. 2.

Iohann. 10.

Ibidem.

**Cumque ambo oblata domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare.**

Ite est sacerdos qui & angelus in Apocalypsi nominatur. de quo etiam dicitur, quoniam data sunt ei incensa multa, quæ daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Ipse est namque dominus Christus, cui quicquid boni agimus, committimus: & eo mediante, placiturum speramus. Offerentes, ait beatus Petrus, spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum. Ipse uero sacerdos adipem sibi traditum super altare domino incidit: quia pontifex noster Christus affectum pietatis per quem proximis indigentibus subuenimus, prouehit adiuuatque per spiritum suum, ut ex fraterna charitate ad diuinam conseruire possimus.

Apoc. 8.

1. Pet. 2.

**Pectusculum uero erit Aaron & filiorum eius.**

August.

Cur non potius dictū est, erit ipsius, cū de sacerdote prius ageretur? Nonne uidetur illud astruere quod diximus, quia in sacerdote qui adipem incendit, Christus intelligendus est? Vnde cum ad Aaron filiosq; eius descenditur, quasi ad alios sermo deriuatur: ut primo quid summo omnium pontifici, dein de quid uicarijs illius conueniat, distinguat. Per Aaron itaq; filiosq; illius, pastores sanctæ ecclesiæ designantur. His hostiæ pectusculi lex conceditur: ut uidelicet instruat nos, fidei regulam non ab hæreticis aut schismaticis suscipiendam, nec ab unoquoq; sibi pro arbitrio fingendam: sed quia in hac parte doctores orthodoxos audire, & eis oporteat obtemperare. Sequitur:

**Armus quoq; dexter de pacificorū hostijs, cedit in primitias sacerdotis.**

Omnis bonus doctor, duplici debet doctrina suis præesse discipulis: id est, ut omnia bona & sancta, factis amplius quam uerbis ostendat: si qua uero discipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda. Alioqui si uita illius contemnitur, restat ut & prædicatio contemnatur. Armus itaq; dexter in primitias cedit sacerdotis, ut per hoc ipse ad moneatur, quod primitus eum sancta opera ri oportet, quam sancta docere: ne alijs prædicans, ipse reprobis efficiatur, & in illa merito cadat apostolicam exprobratione: Qui alios doces, te ipsum non doces? Et: Medice, prius cura te ipsum. Quo contra de domino scriptum est: Cæpit Iesus facere & docere. Accipiat ergo sacerdos pro primitijs armū dextrum: ut intelligat, quia sicut populi fidē debet informare uerbo, sic & religionē suo præueniēte exemplo. Vñ & apte subiungit:

**Qui obtulerit sanguinem & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua.**

Sanguis uictimarum deo non offertur, sed eius effusio: quia carnalis concupiscentia deo acceptabilis esse non potest, sed eius abrenūciatio. Offertur tamen sanguis eo ipso, quod corā deo effunditur: quia iniquitas quæ displicebat in corde seruata, placet expulsa: sicut scriptum est, Beneplacitū est domino recedere ab iniquitate, & non apparebis in conspectu eius uacuus. Tanquam diceret: Si propter mādātum dei dereliquisti iniquitatem, gratum munus ei obtulisti, nec in conspectu illius uacuus apparuisti. Sacerdos ergo qui offert sanguinem & adipem, ipsi conceditur & armus dexter: ut scilicet qui populi dei docet & mala abiicere, & in bonis opibus deo deuotum esse, eundem in utroq; studeat præire. Sequitur:

**Pectusculum enim eleuationis, & ar-**

**mus separatiōis tui a filijs Israel de hostijs eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti ac filiis eius lege perpetua ab omni populo Israel.**

Error non solum in fide, sed etiam in opere cauendus est. Scriptum est enim: Sunt uicarij quæ uidentur homini rectæ, nouissima autē earum ducunt ad mortem. Item: Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit cōsilia. Iob. quoq;: Viro, inquit, cuius abscondita est uia, & circumdedit eum deus renebris. Cum igitur in tanta ignorantia caligine sumus constituti, ut uiam ciuitatis supernæ uix aliquis queat inuenire: pauci sunt enim, ait dominus, qui inueniunt illā: nullus de simplicioribus & minus eruditus, aut credendi formam, aut normam uiuendi a seipso debet suscipere, sed respicienda est maiorum autoritas, & quod illi credendum seu agendum docuerint, hoc semper tenendum. Dicat ergo: Pectusculum eleuationis, & armum separationis tui a filijs Israel. Pectusculum eleuationis, est fidei integritas, quæ de terris ad cælestia homines eleuat. Externorum namq; dogmatum prauitas non ad cælos leuat, sed demergit in ima, attestante Salomone, q̄ sub specie mulieris meretricis de hæretica p̄uersitate perhibet, dicens: Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrat. Hoc ergo pectusculum a filijs Israel tollitur: quia nulli de popularibus, quæ sit ueritas fidei, de suo dehinc cōceditur. Datur autem filijs Aaron, quoniam doctorum sapientia huius rei cōmittitur autoritas, qui tamen nec ipsi de corde suo proferunt quæ dicunt, sed huberore spiritus gratia ad indaginē tæte rei pertingunt. Armus quoque separationis a filijs Israel aufertur, daturq; sacerdotibus: quia non est iudicij popularis, ab ecclesiæ cœtu se segregare, alienūq; ab ecclesia uiuendi modū apprehendere: quod multi schismatici facere præsumperunt, quasi detestati quorundam carnalium in catholica mores. Hoc igitur pastorali relinquendū est diligentia, ut quos dignos conuicerint, eiiciant: aut si tantæ potestatis sunt ut eiici non possint, deuitent. Quoscuq; uero celsura nodum se parauit ecclesiastica, nos qui subditi sumus, usq; ad tempus extrinsecus uentilationis tolerare oportet, non condemnare. [Tui, inquit, a filijs Israel, & dedi Aaron sacerdoti lege perpetua.] Quomodo lex hæc dicat perpetua, iam supra exposuimus: non ad æternitatem scilicet, sed ad temporis uniuersitatem. Sic em̄ & poeta locutus est:

*Seruiet æternum, qui paruo nesciet uti.*

Aeternum dixit, id est, quod ad uixerit. Ita & nos legem istam perpetuā intelligimus: quia & populus ille quādiu legibus suis uti potuit,

huiusmodi ritum obseruauit: & cū ille defecit, umbra illa in nra ueritate permansit. Segt: Hæc est unctio Aarō & filiorū ei.

Postquam holocaustorum leges, similia sacrificium, pacificas hostias, necnon & hostiam pro peccato atque delicto, legislator tractauit & retractauit: quid hucusque actū sit, nunc paucis sermonibus comprehendit. [Hæc est, inquit, unctio Aaron & filiorū ei in ceremonijs dñi, die q̄ obtulit eos Moyses, ut sacerdotio fungeretur.

Hoc ideo præmiit, quod longe superius inter cæteras populi oblationes, etiam Aarō filiorumq; eius describerat oblationem, quā in die unctiōis suæ præcipiuntur offerre. [Hæc est unctio Aaron & filiorū eius.] Tāquam diceret: Hic est ritus unctiōis illius, & eo sacrificij genere consecranda est, quod superius designauit.

**Et quæ præcepit dari eis dominus a filijs Israel, religione perpetua in generationibus suis.**

Et quæ præcepit dari eis dominus, id est, hæc sunt quæ præcepit eis dari dominus, uidelicet de holocaustis pellem, de sacrificijs similia partem, de hostijs pacificorū armū dextrum & pectusculum, hostiam pro peccato & pro delicto. Hæc enim omnia superius sacerdotibus habēda cōcessit. Et adhuc subdit: **Ista est lex holocausti.**

De ipsa quippe multo locutus est. **Et sacrificij pro peccato atq; delicto.**

Ecce hostiam pro peccato atq; delicto, sacrificium uocat: cui etiam cum eam retractaret, paria cum sacrificijs similia iura concessit, sanctam sanctorū eam dicens, & quia ois qui tangit eam, sanctificatur.

**Et pro consecratione.**

Subaudiendum est, ista est lex sacrificij pro consecratione. De sancta similia loquendo, per quam holocaustorū uictimæ consecrantur. Quod cito poterit intelligere, quisquis ad ea

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

**Et pacificorū (inquit) uictimis, quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.**

Notandū quod Moyses ea quæ ad populum deferret, in monte Sinai a dño audiuit: populus uero non ut in mote, sed ut in deserto Sinai oblationes suas dño offerret, mādātum accepit. Moyses siquidem in mote cum deo colloquū iungens, plus mente q̄ corpore exaltatus est, tantorū mysteriorum capax effectus. populo uero p̄ infirmitate sua, montis ascensus non patuit: sed tñ ut deo sacrificare & oblationes suas offerre potuisset, ab Aegypcia cōuersatiōe in solitudinē exire cōsensit. Alioqui ut in Exodo (Moysē attestante) legimus, quādiu in Aegypto esset, deo sacrificare non posset. Cum enim diceret Pharaon: Ite, sacrificate dño in terra hæc, respōdit Moyses: Nō potest ita fieri, sed tñ uis tristi dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus dño deo nostro sicut præcepit nobis. Ois em̄ qui deo placere desiderat, necesse est ut mente, locutione & opere, ab Aegyptiorū peruersitate discedat. Moyses ergo in monte deo secum loquente, suscepit legem: & populus p̄ Moysen edoctus, in deserto dño sacrificauit: sed & ille magna quæ intellexit, & iste minorā q̄ potuit, ex dono conditoris accepit. Vnde & mons & desertū Sinai uocatur, quod interpretatur mensura mea: quoniam tam magnorum quam pusillorū gratia, ad dantis taxatur arbitrium, teste Apostolo qui ait: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

legenda quæ iam pridem super hæc ipsa similia disputauimus, piger non erit. **Et pacificorum uictimis.**

Repetendum, & ista lex est sacrificij pro pacificorum uictimis. Adipem namq; hostiæ & pectusculum, quæ domino consecratur, patulo ante sacrificium nominauit.

Actū. 1.  
I. Cor. 9.  
Roma. 2.  
Luc. 4.  
Actū. 1.



pontificis ueniatur. Erecto itaq; tabernaculo, & quæcunq; ad tabernaculum grinebāt, intra\* aut circa dispositis, uestib<sup>9</sup> quoq; pōtīficis filiorūq; illius pparatis, Exodus concluditur: & sola sacerdotum consecratio in aliud uolumen differtur. Cum igitur statim in initio tertij huius uoluminis putaretur hoc, quod narratio eius deerat, additur: alia quædam interposuit, locutum scilicet sibi nō iam de mōte ut prius, sed de tabernaculo qd̄ erexerat, dominum: & ceremonias has uicē marum & sacrificiorum, in quibus nunc usq; sudauimus, instituisse. Quibus cōpletis, tandem quod in prædicta narratione minus fuerat, quo ordine scilicet ad dñi imperiū, Aaron filijq; eius cōsecrati sint, in hoc loco subiūgit. Quod si requirat aliquis, quæ causa fuerit, ut ante eorum ordinationē isti ceremoniarum ritus interponerentur: existimo hoc rationis fuisse, quia consecrandi sacerdotes, prius de his quæ ad cultum tabernaculi pertinebant, imbuendi, quā in ipso fuerant officio constituendi. Nā & nunc in ecclesia dei nullus pontificatu dignus est, nisi qui nouerit qualiter perfectorum uitā informare: & secularē adhuc uitam agētib;us, qualiter religionis rigorem debeat temperare. Instrui eum prius oportet, quod conuersis peccatoribus penitentia adhibeat medicamentum, & singulis quibusq; sibi commissis, qui nunc sunt corrigendi, nunc informandi, nunc increpandi, nunc obsecrandi, quomodo semet ipsum debeat conformare. Præmissis igitur quæ necessaria iudicauit legislator, tādē ad id quod pridē prætermiserat, accedit, dicens:

De consecratione Aaron filiorūq; eius. Cap. 1.

**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Tolle Aaron cum filiis suis, uestes eorum & unctiolem oleum, uitulū pro peccato, & duos arietes, & canistrum cum azymis: & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi.

**H**æc oia quid sibi uelint, cōtinuo singula in suis locis explicabimus. Sequitur: Fecit Moyses ut dominus imperarat. Congregataq; omni turba ante fores, ait. Iste est sermo quem iussit dominus. Statimq; obrulit Aaron & filios eius.

Notandum quod pontificem filiosq; illius consecraturus, turbam congregat: iā hinc nostrorum pontificum electioni & cōsecra-

tioni formā præbens, ut scilicet quicunq; eliguntur, cum assensu fidelis populi cōstituantur. Deinde subiungitur:

Cumq; lauisset eos, uestiuit pontificem subucula lineæ.

Nota qd̄ sacerdotes induntur, prius eos lauat: congruo satis ordine, ut quicunq; ad sacerdotium accedunt, primo præcedentiū de licitorum ueniam consequantur, primo deponant sordes uitiorum, & sic demum suscipiant ornamenta uirtutum. Sciendum uero qd̄ de his uestimentis multa in Exodo disputatio iacet, ubi & copiosissime a legislatore tractantur. Hic autem quoniam ab eo breuiter perstringuntur, nobis quoq; de tantis rebus pauca loqui necesse est. Prima itaq; in uestibus sacerdotibus subucula lineæ ponitur. Linum quod de terra originē ducit, & multo labore multaq; industria natiū deponit colorem, ut ad hunc quē in ueste habet, perducatur candidum, uirtutem exprimit castitatis. Caro siquidem nostra ab ipsa parētum propagine corruptelam trahens, multa nostra uigilantia & infatigabili intentione opus habet, ut eam cum qua nata est, immunditiam abijcere, & honestatis nitorem ualeat possidere. Sed quia non solum cum labore acquiritur, sed & cautelā multam exigit, ut acquisita seruetur, subucula induta subditur:

Accingens eum balteo.

Quid enim per balteum, quod subuculam lineam astringit, nisi uirtutis ipsius custodia designatur? Neq; enim cū remissione & negligentia castitas poterit retineri: sed cohibendus est uisus, obstruendus auditus, lingua refrenanda, ipsa etiam cogitatio a noxijs euagationibus restringenda. Nam de oculorū obseruatione sanctus Iob nos instruit, dicens: Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec cogitare quidem de uirgine. Quisquis enim per oculorū fenestras incaute exterius respicit, plerunq; in delectationem peccati etiam nolens cadit: atq; obligatus desiderijs, incipit uel le quod noluit. Vnde & prophetæ mēs, quæ subleuata sæpe mysterijs intermis intererat, quia alienam coniugem incaute uidit, obtenebrata postmodum, sibimet illicite coniuicit. De aurium quoq; diligentia Salomon nos admonet, dicens: Remoue a te os prauum. Et apostolus: Corruptum mores bonos colloqa praua. De oris quoq; custodia, cuiusdā sapientis accipe sententiā: Turpia, ait, ne dixeris. paulatim em pudor per uerba discutit. Idē: Trāsbibit sermo in affectū, si honesta loquamur. Iam circa cogitationes quanta sollicitudo habenda sit, Solomōnis item uoce monemur, dicētis: Omni custodia serua cor tuū. Malū em luxuriæ aut cogitatione perperrat, aut opere. Callidus nāq; aduersarius noster,

cum ab effectu operis repellitur, secreta poluere cogitationis molitur. Vnde & serpenti a dño dicitur: Pectore & uentre repes. Serpens uidelicet uentre repit, quando hostis lubricus per humana membra sibimet subdita, usq; ad expletionem operis luxuriā exercet. Serpens autem repit pectore, quādo eos q̄s in opere luxuriæ non ualet, pollut in cogitatione. Subucula ergo lineæ balteo accingit, cum uirtus sanctissima castitatis, prouida sollicitudine munit. Sed iā qd̄ post subuculā & balteū in uestes Aaron cōferatur, audiamus.

Et induens tunica hyacinthina.

Hyacinthus, aeris colorem præfert. Quid igitur per tunicam hyacinthinam, nisi cælestis cōuersatio exprimitur? Dignum est em, ut pontifex cum corruptionis opera declinat, etiam a mundi huius tumultibus in quantum licet, se subtrahens, militiæ diuinæ apti se pbeat. Nemo quippe militans deo, implicat se negotijs secularibus. Tunica itaq; hyacinthina uestitur pontifex, si uitam angelicam in terris agens, creber sit in oratione, assiduis in lectione: si se magis uerbi dei in ecclesia prædicatore, quā in forensibus cōuentibus causidicum exhibeat: si terrenas diuitias magis erogare studeat, quā congregare. Quo contra pro his qui cælestium mysteriorum dispensatores constituti, terrenis se implicent, Ieremias deplorat, dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Aurum quippe obscuratū est: quia sacerdotalis uita quondam per gloriam uirtutū clara, nunc per actiōnes infimas ostendit reprobā. Color optimus est mutatus: quoniam habitus sacerdotalis tunica abiecta hyacinthina, p̄ terrena & contemptibilia opera ad ignominiam desperationis uenit. Lapidēs uero sanctuarij intrinsecus habebantur, nec sumebantur in summi sacerdotis pectore, nisi cum sancta sanctorū ingrediens, in secreto sui conditoris apparebat. Sacerdotes igitur sunt lapides sanctuarij, qui apparere semper debent in secreto dei. Quos nunquam necesse est foris conspici, nisi quā in extraneis actiōibus uideri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū platearum: quia hi qui per uitam & orationem intus semper esse debuerant, per uitā reprobam foris uacant. Post lineam itaq; & balteum, tunica hyacinthina tribuitur sacerdoti: ut si iam nouit per uigili sollicitudine carnis suæ uoluptates restringere, consequenter relicta etiam occupatione terrena, spiritalibus exercitijs uitam suam studeat colorare. Sequitur:

Et desuper humerale imposuit.

Quarto loco post lineam, balteum, tuni-

cam, uestibus sacerdotibus humerale addidit, quod ab humeris nomen accepit. Tunica siquidem erat absque manicis, solummodo usque ad renes descendens. In huius parte anteriori super pectus quadrangulata apertura erat, quæ rationale recipiebat. Quia igitur in humeris onera portare solemus; per humerale patientiæ uirtus intelligitur: quæ proximorū uitia quādiu corrigere non potest, animi longanimitate consueuit portare. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare: ut ipsa sua mē suetudine iram seuientium mitiget, & peccatorum uulnera in alijs, ipse uulneratus afflictionibus sanet. Sed de eodem super humerale si quid subiungat, audiamus.

Quod astringēs cingulo, aptauit rationali, in q̄ erat doctrina & ueritas.

Potuit fieri ut hæc duo nomina, doctrina & ueritas, in rationali illo, quod quadrangulum mensuram palmi tenebat, & quatuor lapidum ordinibus decoratum pectori pontificis imminere, scripta haberentur. Doctrina enim & ueritas non in ornamento aliquo pectorali, sed in ipso uerorum pontificum pectore possunt reperiri. Rationale igitur illud doctrinam & ueritatem significare potuit, non exhibere. In Aaron itaque pectore rationale uirtutis ligantibus imprimitur, quatenus pontificis cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola cōstringat: nec indifferens quid uel inutile cogitet, qui ad exemplum alijs constitutus, ex grauitate uitæ semper debet ostendere, quantum in pectore rationem portet. In hoc autē rationali doctrina & ueritas esse perhibetur: quia doctrina ueritatis in pectore pontificis debet esse posita, ut sit scriba doctus in regno dei: & cū opportunū fuerit, proferat de thesaurō suo noua & uetera. Sed notandū diligēter, quod super humerale & rationale aptata sibi inuicem, & cingulo cōstricte narrantur. Cōnexionis enim mutua opus habet, nimirum cum unū sine altero nō possit subsistere. Nā neq; patientia quæ pia intentione & discretā moderatione caret, patientia dicēda est: nec doctrina quam patientia deserit, tranquillitatis suæ tenorem retinere ualebit. Sunt enim plurimi, qui non amore diuino, sed seruilī timore aut terrena cupiditate, dī ab aliena persona aut damnum metunt, aut lucrum expectant, contumelias sibi illatas & quam uolunt ter portant. Sed huiusmodi patientia, ignominiosa potius est q̄ laudabilis. Rufus, si quis pia intentione commotus, minus tamen discrete agens, ea tacitus suffineat, quæ corrigere & arguere debuerat: negligēs & remissus iste, non patients appellandus est. Quantum uero doctrina per patientiā inuenitur, testis est

Humerale  
16.

Matt. 13.

LEVITI  
VI CAPUT  
VIII.



Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Tolle Aaron cum filiis suis, uestes eorum & unctiolem oleum, uitulū pro peccato, & duos arietes, & canistrum cum azymis: & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi.

Notandum quod pontificem filiosq; illius consecraturus, turbam congregat: iā hinc nostrorum pontificum electioni & cōsecra-



Proh. 19. Salomon qui ait: Doctrina uiri per patientiam noscitur. Tanto minus ergo unufquisque doctus deprehenditur, quanto minus patientis inuenitur. Iracundi enim doctores cum regiminum loca percipiunt, quo impellente ira in mentis uesaniam deuoluuntur, eo etiam subditorum uitam, dissipata quietis tranquillitate, confundunt. Quos cum furor agit in præceps, ignorant quicquid irati faciunt, ignorant quicquid a semet irati patiuntur. Humeralē itaque rationali aptetur, ut coniecta pariter uirtutes, sibi inuicem suffragentur. Sequitur:

Cidarim quoque textit caput.

Non est nostræ locutionis ut sic dicatur, textit caput cidarim, ut dici solet, docuit me lectionem, seu induit me tunicam. Sed habet Hebræa lingua locutiones suas, quæ puto interpretes in hoc loco ut sequeretur, minus latine loqui elegit: & linguæ quam transferebat, proprietatem expressit. Cidarim ergo (inquit) textit caput. Sciendum quod nullum est opus uirtutis, quod non similitudine aliqua possit decipere intuetem. Verbi gratia, Virtus est castitas: multi tamen honestatis præferunt speciem, quorum mens deliberatione corruptionis uitata est. Virtus est patientia, si quis iniuriantem se aut lædentem, nec uerbo nec factu uicem rependat, in corde uero contra eum odium teneat: ut dicit beatus Gregorius, non est uirtus mansuetudinis, sed uelamentum furoris. Item si quis seculares conuentus fugiens, spiritualibus se tradat studiis: ad huc in dubio est, quæ intentione hoc agat, ne forte ad optionem scientiæ inflari magis appetat, quam adificari. Per omne ergo quod agimus, mens potius discutienda est, quam operis superficies. Si enim oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. unde & lex post subuculā, post tunicam, post superhumeralē & rationale, cidarim capiti pontificis imponit. Cidarim em̄ ista, ut in Exodo legimus, tiara byssina erat.

Mat. 6.

Cidarim.

Exod. 28.

In capite uero pontificis, mens intelligitur. Post prædicta itaque ornamenta caput illius tiara byssina decoratur, ut in exhibitione operum uisibilem, de cordis munditia conueniatur. Sequitur:

Et super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificationem, sicut præceperat ei dominus.

Septem posuit ornamenta sacerdotalia, lineam scilicet cum balteo, tunicam hyacinthinam, humeralē cum rationali, postremo cidarim, cui & laminam superponi præcepit. Septem namque sunt spiritus sancti charissima

ra, omnibus notissima, quæ enumerat Isaias, dicens: Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris domini. Horum autem duo quidem suprema, sunt sapientia & intellectus: unum uero inferius, id est, timor: & ideo ubicunque in scripturis seu uerbis, seu figuris significantur, illa locum superpremu, hoc uero nouissimum, tenere solent. Quatuor autem media, consilium scilicet & fortitudo, scientia & pietas, non eundem seruant ordinem: sed quoniam secundo loco post timorem simul ad hominē accedunt, & simul in eo operantur, non singulis latim unum post aliud: idcirco uarie ordinari solent, ut quæ hic primo loco, alibi secundo ponantur: & nunc duo sub uno designantur, nunc uero unum in duo membra partitur. Et ut euentius fiat quod dico, manifestum est mox ut homo ad deum cōuertitur, primo loco cor eius occupare timorem. Deinde consilium succedit, quo sibi ipse persuadet à uitij declinandum, ne iudicium diuinum incurrat, Cui subsequēter fortitudo necessaria est, ut quod deliberauit, implere præualeat. Sed quoniam dictum est, diliges proximum tuum sicut teipsum: timor dei qui ad suæ salutis curam eū excitauit, etiam de proximorum salute sollicitum esse compellit. Accedit igitur pietas, ut etiam aliorum necessitatibus concurrere uelit. Huic uero, ne erret, scientia est necessaria. Nam si temporalia bene necia erogat, uidendum est cui det, & quādo, & qua mensura. Si uero animarum languoribus uelit subuenire, & ad uiam ueritatis errantes reducere, ars est artium, medicina animarum. His igitur gradibus confectis, & longa exercitatione in consuetudinem ductis, paucissimis & perfectissimis duo extrema conferri solent, intellectus & sapientia. Intellectus enim hic accipitur, non iam quod discernamus quid in hac uita mortali aut nobis aut his quos diligimus, conducibile sit: hoc nempe consilium aut sciētia est, sed quo ad æternorum notitiam peringimus, luminis diuini per contemplationem participes effecti. Sed quoniam nihil prodest deum nosse, nisi & diligatur: sequitur sapiētia quæ hominem consummat, si diuinorum quæ intellectum cepimus, etiam saporem & dulcedinem sentiamus. Notandum uero, quod cum omnis humana iustitia tripartita sit: nimirum cum nihil aliud homini præcipiatur, nisi ut se sanctificet, proximo compatiatur, in deum autē uero affectu recurat, id est, ut sibi & proximo creatorisq; suo, unicuique quod debet, hoc reddat: quæ diuisio & in apostolicis literis apparet, ubi idem Apostolus sobrie & iuste & pie uiuendum nos docet: sobrie scilicet ad nos, iuste ad proximum, pie ad deum: nihil

Isai. 11.

Ordo de notum.

Leui. 19.

Iustitia tripartita.

Titi. 2.

omnino prætermisum est, quin in his septē donis sancti spiritus, omnis gratia quæ humanæ salutis necessaria est, comprehensa intelligatur. In timore enim fides est. Alioqui pro peccatis suis timere non potest, qui deum aut esse non credit, aut facta humana iudicaturum discredat. Item, timor iste sine spe prodesse non poterit. Nam si desperauerit, nec salutis sue consilium quaeriturus est. Vt ergo aliquis timeat, credere primū oportet diuinam super homines esse prouidentiam, & futuram eius discussi onem: ut uero per timorem se corrigat, sperare, si conuersus fuerit, ipsius misericordiā. Timor ergo ex fide generatur, & spe admixtus, ipse est initium sapiētiæ. Per huc igitur hominem salutis suæ consilium requirit, & audit quod ille Cornelius centurio, qui deum timuisse & elemosynas fecisse perhibetur, audiuit, ut in carnationem diuinam pro humana salute cognoscat & baptizetur. Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Hoc consilio accepto, suscipit sacramenta ecclesiæ, quæ salutis suæ audit esse necessaria: & accepta fortitudine, cuius resistit criminibus, quæ fidei suæ docetur contraria esse. Si uero etiam pietatis & scientiæ donum fuerit cōsecutus, in omni proximorum necessitate & affectu ad subueniendum mouetur: & peritiam non destituitur. Quod si post hæc omnia intellectu & sapientia donetur, ut deū nosse ualeat & amare, nihil est quod gratiæ eius amplius addat, nisi forte hæc omnia quæ cōmimorauimus, adhuc imperfecta sint ut perficiantur. Quod si hæc omnia plena fuerint, consummatus est homo: neque enim est quisquam profectus spiritualis, qui in his septem charismatibus non inueniatur. Nunc igitur quod supra diximus, quatuor illa media, consilium & fortitudinem, scientiā & pietatem, diuersis in locis ordine poni diuerso: & nunc duo sub uno cōcludi, hunc autem unum in duo partiri, ut ualeamus ostendere, pauca ponamus exempla. In prima mūdi creatione, sciēdam est, quod nostra recreatio & renouatio exprimat. Prima ergo die dixit deus, Fiat lux. In qua luce, prima si dei nostræ illuminatio designata est: quæ etiam hominem consilio instruit, quæ ratione salutem quā perdidit, ualeat reparare. In hoc itaque uno \* dei ope, prima duo spiritus sancti charismata, timor & consilium, cōmūnetur. Sed quia quicumque saluari desiderat, necesse est ut carnē suā cū uitij & cōcupiscentijs crucifigat, nec est alia uis spes: secūda die factum est firmamentū, quæ diuideret aquas superiores ab inferioribus. Hæc est quæ fidei consilium sequitur, cōstans & firma mētis deliberatio, quæ uoluptates carnales cōculcat & abijcit, spirituales autē appetit & extollit. Tertia die congregatæ sunt aquæ inferiores in locū u-

Psal. 110.

Act. 10.

Mar. 16.

Gen. 1. prime di creatio

\* dici

II.

III.

num, & apparuit arida: quæ & ipsa deo iubente fructus suos protulit. Iam igitur illa mentis deliberatio quod apud se proposuerat, incipit operari: & à cōsensu sui terra falsos flus submouens, in solum appetitum eos cōcludit, ut uoluntatis agro iam libero, fructus germinet pietatis. In secundo ergo & tertio die fortitudinis uirtus exprimitur, cui tamē in tertia die opus pietatis annexit. Quarto autem die cum iubente deo luminaria caelestia prodierunt, scientiæ lumen figuratum est: per quod ipsius ueri solis Iesu Christi, aut sanctorum patrum exemplis illustrati, in uig huius caligine operis nostri pedem dirigere ualeamus. Hūc ordinem ex parte seruaui beatus Petrus in epistola sua, dicens: Ministrante in fide uestra uirtutem. Sed cōtinuo illum mutauit, cum uirtuti non abstinentiam subiūxit, per quam steriles uoluptatum aquæ à cordis agro repelluntur: sed uirtuti sciētiā iungens, deinde quis ex utraq; fructus suble quatur ostendit, sic eas ordinans: In uirtute autem scientiā, in scientiā abstinentiam, in abstinentia patientiam. Vbi additur & pietas, quæ beneficio eiusdem patientiæ, fructus suos posset afferre. Sic enim sequitur: In patientia autem pietatem. Sed ut certū prosequamur dierum numerum, quinto die ex aquarū substantia, uolatilia & natatilia creata sunt. In quibus quid aliud quam intellectus potentia exprimitur, qui non iam more scientiæ in exteriorum operū dispositione uersatur: sed aut cogitationū arcana, uelut occultas aquarum rimatur semitas: aut considerata creaturæ uisibilis dispositione, ad ipsius creatoris speculationem leuatur: In sexto die qui hominem deo plasmanate exhibuit, sapiētia intelligitur, in qua hominis uirtus omnis completur. Possemus dicere, quis horū ordo etiam in euangelicis beatitudinibus habeatur: sed prolixiori huic digressioni nostræ iā freno stringenda sunt, & ad propositū reuertendum. Quō igitur hæc sancti spiritus dona in uerbis potestatis, quas tractare cepimus, figurata intelligant, discutiamus. In linea quæ exteriorē munditiā signat, timorem accipe. Primus est enim progressus eius, si non affectus, saltem opera corruptionis abijcere. Sed quoniam uirtus ipsa castitatis, ne dispercat, munienda est: accedit cōsiliū sensus cohibēdi, & hic est balteus. In tunica uero hyacinthina, speciem habes fortitudinis & illius caelestis firmamenti, cū aia pietatis aquis inferioribus terrenæ occupationis, spūalibus studiis tanquā aquis superioribus decorat. Iam in superhumerali, quid nisi pietas intelligitur? Pū est nancq; diu proximo succurrere uis, eiusdē uitia donec corrigatur, æquanimiter tolerare. Quinto loco rationale manifestæ scientiæ formā tenet. In cidari quoque, quæ interioris munditiæ typus est,

IIII.

2. Petri. 1.

V. Gene. 1.

VI.

Cōuenientia septē donorum uerbi sicut.

**Mat. 5.** intellectus apparet. Beati enim mundo corde, qm ipsi deum uidebunt. Quæ dñi sententia, & ipsa in euangelio sexto loco posita est. Restat laminae solius ratio, quæ sup ci darim ponebatur, ut sapientia figuram in ea demōstrarem. Hæc igit lamina aurea erat, & nomē dñi tetragrammaton (id est, quatuor literarum) insculptum habebat. Aurum, diuinæ contemplationis claritatē designat. Illius ergo frons lamina aurea adornatur, cuius facies interior lumine speculationis diuinæ perfunditur. Teste nanq; Apostolo, inuisibilia dei à creatura mundi, sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, per ea quæ facta sunt, in relecta cōspiciuntur. Sed qm multi fuerunt qui, cum cognouissent deum, nō sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, quibus nihil profuit deum cognouisse nec honorasse: ideo lamina pontificis consecrata dicitur, ut in sanctorum cordibus dei cognitio dilectioni societur, per quam & cōsecratur. Nominum uero inscriptio, non ob aliud singulis quibusq; rebus apponitur: nisi ut uiso titulo, quæ ipsa sit res, aut quid officij gerat, dinoscatur. Verbi gratia: Si sit imago in pariete, super scribis Petrus aut Paulus: ut noie addito, cuius personam illa imago teneat, intelligatur. Aliter em sciri non posset. Si uero res aliqua per se ipsam se ostendat, non necesse est titulum apponi, cum rei euidencia ipsa sibi pro titulo sit. Nempe si quis fronti uiuentis hois inscribat homo, quasi per hoc ostensus hoiem eum esse, merito superfluus iudicabitur: qui hoc uoluit signis ostēdere, qd in rei cernitur ueritate. Quod ergo nominis inscriptio in reb<sup>9</sup> dubijs, hoc perfectius agit rei euidencia in manifestis. Et quia nonnunq; nominis officium gerit, nominis uocabulum aliqñ suscipit. Vnde & de dño dicitur, quod in uestimento & in femore suo scriptum habet, Rex regum & dominus dñantium, Caro qppe Christi, qua pro salute nostra se induit, quæ etiam femoris noie designatur, eo quod de patriarcharū stirpe descenderit: nō aliquas notas aut elementa literarū impressa habuit, per quæ Christum regem doceret: sed qm ante incarnationem suā gentibus in cognitus erat, quia notus in Iudæa tm̄ deus: homo autem factus per carnem assumptam, miraculis coruscans, deum se probauit: hoc in ipsa carne scriptum fuit, quod per eādem tanquam ibi scriptum esset, cognosci potuit. Legalis igit pontifex, in fronte dei nomē lamina insculptum portabat: nostri uero pontifices non nomen quatuor literis deformatum, sed rem tāti nominis in uultu præferunt, cum mentis uerticem à terrenarum cogitationū erigentes caligine, radios in se solis p̄terni suscipiunt: ut si non per naturam, ramen p̄ gratiam deo iam uniti, diuinitatis ipsius parti

cipium sumant. Vnde beatus Apostolus de se suisq; similibus testatur, dicens: Nos reuelata facie gloriam dñi speculantes, in eādē imaginem trāsformamur. Magnarum itaq; mentium est, puritatis beneficio in alta sustolli: ut æterno lumini spiritu coniuncti, tantam foris proximis uirtutem sanctitatis exhibeant, quatenus tāquam diuini nominis titulu in fronte præferent, quicunq; eos perspexerint, deum in eis habitare nō dubitent. Pastor quippe (ut ait beatus Gregorius) nō solum debet esse singularis per compassionē proximis, sed etiam præ cunctis contemplatione suspensus: ut eo uerius commissorum sibi edificationi sufficiat, quo spiritu leuatus, intus audit quod exterius dicit. Vnde & p̄teritex ille legalis, cuius frons lamina ornabatur aurea, inferius in extremo tunicæ margine aurea portabat tintinnabula: nobili imagine nos instruens, qd spiritalis quisque doctor quod in alto per lumen contemplationis haurit, hoc inferius per sonum predicationis populis infundit. Hucusque de uestibus pontificalibus tractasse sufficiat: iam ad ulteriora, sero quidem, & nimis prolixitatis (ut uereor) arguendi, transibimus.

¶ Vngitur tabernaculum cum Aaron & filijs eius. CAPVT II.



Vlit & unctio- nis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cūq; sanctificans aspersisset altare septē uicib<sup>9</sup>, unxit illud & omnia uasa eius, labrumq; cū basi sua sanctificauit oleo. Qd fundens super caput Aaron, unxit eū & consecrauit.

Hæc oia Moysi à dño præcepta fuerant, cū de construendo tabernaculo mādātū illi in monte dedisset, nondum tamē fuerāt expleta. Nam de his in Exodo, dño præcipiente, sic legimus: Facies unctiois oleū sanctū, & unges ex eo tabernaculū testimonij, & arcam testamēti, menfamq; cū uasis suis, candē labrum & utensilia eius, altaria thymiamatis & holocausti, & uniuersam supellectilem quæ ad cultum pertinet. Aaron & filios eius unges, sanctificabisq; eos ut sacerdotio fungantur mihi. Unctio ista quæ sit, manifeste docet in Actibus apostolorū beatus Petrus, de dño loquēs: Quō, inquit, unxit eum deus spiritu sancto & uirtute. Et Iohannes discipulis suis: Vos unctioem habetis à sancto, & no-

2. Co. 5.

Exo. 18.

Exo. 30.

Actu. 10.

1. Ioh. 4.

stris oia. Vngitur ergo tabernaculū oleo, cū filij ecclesie ut dom<sup>9</sup> dei efficiantur, & in Christi mēbra transeant, spiritu sancto consecrantur. Teste em̄ Apostolo, si quis spm̄ Christi non habet, hic non est eius. Vngitur arca in sanctis sanctorū collocata, cum eadem ecclesia non in hac pegrinatione fidei sanctificationē, sed iam in cælesti patria iustitiæ p̄fectionē, circūdata ex omi parte auro. I. diuinæ uisionis claritate illustrata, per eiusdem spiritus gratiam adipiscitur. Candelabrum quoq; hac ipsa unctioe sanctificatur, cum lucerna fidelitū, bona scilicet eorum opa, p̄ quæ coram hominibus lucēt, ut eis p̄desse possint, ab eodē spiritu charitatis gratiā consequuntur. Si em̄ linguis hoim loquar & angelorū, si in cibos pauperū omnes facultates meas distribuero, etiam si tradidero corpus meum ut ardeā, p̄stro meo qd quid aliud egero: si charitatē nō habuerō, uile mihi esse non poterit. Mensa autem, scripturæ sacræ formam habet. Ipsa est quippe quæ nos ad deū tendentes, ne deficiamus, reficit. Vnde Psalmita: Posuisti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Nam & mensa hæc in parte aquilonis stabat: ut daretur intelligi, quia contra impetus aduersarij nobis ad consolationem attributa est. Mensa itaque oleo ungitur, quia scriptura sacra nō humano sensu, sed per spiritum sanctū nobis administratur. Vnde beatus Petrus in epistola sua: Non uoluntate, inquit, humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Et Iezechiel: Quocunq; ibat spiritus, illuc pariter & rotæ gradiebant. Spiritus enim uitæ erat in rotis. Altare etiam thymiamatis hac unctioe sacrorū, cū mens nostra ad offerendum deo orationis incensum, spiritu sancti aspiratione adiuuatur. Quid enim oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Verba Apostoli sunt. Hæc omnia in tra tabernaculum erant, & hic breuiter comprehenduntur, cum dicitur: Tulit & unctiois oleum, quo liniuit tabernaculum cū omni supellectili sua. Moxq; ad exteriora transiēs, Cumq; inquit, sanctificas aspersisset altare septem uicibus, unxit illud & omnia uasa eius. Hoc est altare holocausti ante fore tabernaculi situm, quod fidei tyrum tenere iam supra diximus. Hoc igitur septē uicibus aspergitur: quia fides nostra, septiformis spūs operatione, ab omni errore purgatur. Hoc oleo ungitur, cum fidei integritas, expulsi erroribus, eiusdem spiritus doctrina nobis consecrat. Vasa uero eius quæ sunt, in Exodo aperitus legitur: Fecit, inq; altare holocausti, & in usus eius parauit ex ære uasa diuersa: lebetes, forcipes, fuscimulas, uncinos & ignium receptacula, craticulāq; eius in modum retis fecit

Roma. 8.

Mat. 5.

1. Cor. 13.

Psal. 22.

1. Pet. 1.

Ieze. 1.

Roma. 8.

Exo. 17.

æneam: & subter eam, in altaris medio arulā, fufis q̄tuor anulis per totidem retiaculi summitates, ad immitrēdos uectes ad portandū. Hæc sunt uasa altaris. Sed quoniam grandē & laboriosam exigitur dīputationē, nec in p̄fenti nisi de sola eorū unctioe agitur: nos ab hac sarcina ceruicē leuamus, hoc solū sup unctioe ipsa interpretantes, quia nec fides, nec quicquid ad fidē pertinet, absq; charitatis adiutorio sanctificari potest. Fides nanque sine operibus, teste apostolo Iacobo, ociosa est. Opari autē sine charitate non potest: qd fides est, ut ait Apostolus, q̄ per dilectionē operat.

Labrumq; cum basi sua sanctificauit oleo.

De hoc labro in Exodo, dño præcipiente, sic legitur: Facies & labrū æneū cum basi sua ad lauandum, ponēsq; illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua, lauibūt in eo Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quādo ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & qñ accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiamata domino, ne forte moriantur. Et in sequentibus: Fecit Beseleel labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Hoc labrum B. Gregorius sic nobis interpretatur, dicens: Labrum æneum Moyses ponit, in quo sacerdotes lauari debeāt & sancta sanctorum ingredi: quia lex dei prius nos lauare per compunctionem præcipit, ut nostra immunditia ad penetrādā secretorū dei munditiā nō sit indigna. Quod labrum bene de speculis mulierum perhibet factum, quæ ad tabernaculi ostium indefinēter excubabant. Specula quippe mulierū, sunt præcepta dei, in quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt: & si quæ in eis sunt cœditatis maculæ, deprehēdunt. Quæ quādiu in hac uita sunt, æternum tabernaculum ingredi nequaquam possunt. Sed tamē ad ostium tabernaculi mulieres excubant: quia sanctæ animæ etiam cum infirmitate adhuc carnis grauantur, amore tamē continuo ingressum æterni introitus obseruant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit: quia lex dei lauacriū compunctionis ad abluendas peccatorū nostrorū maculas exhibet, dum ea per quæ sanctæ animæ superno sponso placuerunt, intuenta nobis cælestia præcepta præbet. Tanta itaque autoritate muniti, fidenter in labro isto legem diuinam accipimus. Labrum uero de speculis factum, basi sustentatur: cū claritas noui testamenti, ueteris testimonio roborat, ut ait Apostolus: Nūc autē sine lege iustitia dei manifestata ē, testificata à lege & prophetis. Notandū uero qd cū & mēsa & basis sanctā designēt scripturam, diuersas tñ eius exprimūt operatiōes: labrū scilicet, qd à pec

requirit

Iac. 2.

Galas. 5.

Exo. 30.

Exo. 38.

Roma. 8.

catas nostris per compunctionē nos abluir: mēsa uero, quod in huius eremi uastitate nos pascit. Vnde labrum exterius ante ostiū, mēsa uero intra tabernaculum collocata ē: quia scriptura sacra & his qui ab ecclesia dei criminum aliquorum perpetracione alienati sunt, ut redire possint & maculas suas abluere, la-uacriū exhibet salutare: & hi ipsi cum iam in-tus fuerint, ut in sancta conuersatione proficiant, eandem pabulum sibi uitale ministran-tem inueniunt. Labri igitur unctio, ipsa est q̄ & mensa, quæ spiritus sanctum scripturæ ipsi us autorem demonstrat. Sequitur:

**Quod fundens super caput Aaron, unxit eum & consecrauit.**

Quæritur, quid post sacerdotalium uesti-um sacramentum, Aaron hac unctioe conse-cutus sit: quippe cum in illo septemplici ha-bitu, septiformis spiritus sancti gratia (ut su-pra ostendimus) contineatur. Sed sciendum quod sacra unctio non semper nouam & in-expertam prius sancti spiritus inducit opera-tionē: sed iam ante præmissam aut cōfirmat, aut multiplicat. Inde est quod Dauid rex bis in regem unctus est: primo à Samuele, cū ad huc puer esset: postea iam iuuenis, cum post regnum tribus Iudæ, super omnē Israēl, mor-tuo Isoboth, rex eleuaret. Sed & beati apo-stoli, qui iam à primo tempore ex quo cele-sti adhesionē magisterio, & baptizati fuerāt, sanctum habebāt spiritum: ad augendum ta-men ipsius gratiæ donum, bis post resurrecti-onem dñicam eundem spiritus sancti suscep-erunt. Non est ergo mirum, si pontifex postq̄ in typum earum quæ ad opus tātum præparauerat, uirtutum, sacris uestib⁹ induitur, ad confirmandam seu etiam augendam eam quā iam acceperat gratiam, mystico consecratur ungento: quia quāto sublimiori grauat of-ficio, tanto ampliori doni celestis indiget in-cremento. Nā quanta eiusdem unctiois uir-tus sit, exempla nos docent. De Dauid enim postquam à Samuele unctus est, testatur scri-ptura, qd directus est spiritus domini in Da-uid à die illa & in reliquum. Saul quoque li-cet à domino postea reprobus sit, ea tamē die qua à Samuele olei lenticula perfusus est, mutatus est in uirum alium: & ueniens ad cu-neum prophetarū, insiliente in se spiritu dei, cœpit prophetare in medio eorū. Caiphās, qui in illo concilio in quo de Christi morte tractatus est, sententiam protulit, dicens quia expedit ut un⁹ homo moriatur pro populo: ut ait euangelista, hoc à semetipso non dixit, sed solum propter sacramentum pontificalis unctiois, quam licet indignus suscepit, cū esset pontifex anni illius, prophetauit. Hinc colligi datur, quantum timentibus deum & pie accedētibus sacra conferat unctio, si nec

1. Re. 16.

2. Reg. 2. 5.

Ioh. 2. 10. Act. 2.

1. Reg. 16.

1. Re. 10.

Ioh. 2. 11.

apud illos uacare potuit, qui alieni à deo, aut certe continuo alienadi, sacramenti solā for-mam gerebāt. Mouet etiam cum tabernacu-lum dei ecclesia sit, Aaron uero pontificum personam gerat, q̄ summum in sancta eccle-sia locum tenent: quid causæ fuerit, ut taber-naculū ad sanctificationem Aaron anticipa-ret: uideret em̄ quod illius consecratio præ-cedere deberet tempore, q̄ præcedebat digni-tate. Nūc uero prius unctū est tabernaculū, oisq̄ supellex illius, & nouissimus Aaron eo-dem oleo pfusus. Videt itaq̄ lex pontificum arrogantia repressisse, ne forte aliq̄ eorū gra-tiam dei q̄ populo cōferret, si forte minister eiudē fuerit, à se arbitrarē pcedere: intelli-geret uero ois platus, q̄ plantare qdē & riga-re p̄ ḡra quam accepit, potest: sed neq̄ q̄ plan-tat, est aliqd, neq̄ q̄ rigat, nisi solus qui incre-mentū dat, deus. Præceptor, ait B. Petr⁹, per totā noctem laborātes nihil cepimus, in uer-bo aut tuo laxabo rete. Et cum ad imperium magistri retia laxassent, cōcluserunt piscium multitudinem copiosam. Inde postea ab ipso audierūt: Quia sine me nihil potestis facere. Vngitur tabernaculum, & dein pontifex: ut tu docearis, q̄ non ppter pontificē ecclesia, sed propter ecclesiam pontifex consecratur. Nam est nonnulli pastores populi fidē præ-cesserunt tēpore, ut apostolus Paulus, q̄ mul-tas ecclesias in ipso fidei fundamentō locauit: in ordinatione tñ & prouidentia creatoris, præcessit fides populorū Pauli sanctitatem, cum non tam Pauli ḡra, ecclesia ad diuinum cultum congregata est, q̄ ut ecclesia per eum congregaret. hæc ḡra Paulo est concessa. Te-stat hoc et ipse Thessalonicensib⁹, dicens: Sci-tis, inquit, quales fuerimus in uobis propter

Questio.

Solutio.

1. Cor. 3.

Luce. 5.

Ioh. 1. 5.

1. Thes. 1.

Filios quoque eius oblatos uestiuit tunicis lineis, & cinxit balteo, impo-suitq̄ mitras, ut iusserat dominus.

Non oēs filii, quas patri, uestes imponit: quia unusquisq̄ quantum eminet dignitate, eminere debet etiā sanctitate. Linea igit solā cum balteo & mitra accepit filij Aaron: ut quicunq̄ ad sacerdotium uocantur, etiam si inferioris sunt ordinis, si non possunt ad subli-miores uirtutum gradus cōscendere, saltem uel hæc minora obseruare studeant, ut & castitatis suæ solliciti sint custodes, & mētem ab omni lœtali concupiscentia mundam exhibeant. Nec prætereundum quod dicitur, quia oblatos uestiuit eos Moyses. Non enim ipsa ad tātum \*honorem se ingesserūt, sed ab alio oblato sunt. Vnde & Apostolus: Nec quisq̄ sibi sumit honorē, sed qui uocat à deo tanq̄ Aaron. De unctioe uero filiorum Aaron ni-hil hic dicitur, cum in Exodo dñs Moyfi p̄ce-pisse legatur: Cunctorū consecrabis manus,

\* ministrum Heb. 5.

Exod. 13.

sanctificabisq̄ illos, ut sacerdotio fungātur mihi. Sed legislator dum multa quæ sibi præ-cepta fuerant, se cōplessē innouit: etiam pau-ca de quibus tacuit, subintelligenda reliquit. Qui enim plurima cōpleuit, pauca præterire non potuit. Aaron itaq̄ solus capite unctus est, quod sacerdotū princeps constituebatur: aliorum uero tantū manus oleo consecratæ. Nempe hoc eis officij committebat, ut san-cta tractarent, de uictimis adipē & sanguinē offerret, & de simile sacrificij pugilli sui mē-surā, partem suam domo sequestrarent, & altari concremādā imponerent. Qui ritus usque hodie seruat. Nam regum & ponti-ficum capita oleo sacro perfunduntur: qui au-tem minoris ordinis sunt sacerdotes, unctio-nem istam in manibus solis accipiunt. Femi-nalia quoq̄, quæ tam Aaron quā filij eius dominus fieri mandauit, hic commemorata non sunt. De quibus sic in Exodo legimus: Facies, ait dominus, feminalia linea, ut operi-ant carnem turpitudinis suæ, à renibus usq̄ ad femina. Et unctio eis Aaron & filij eius, quando ingrediūt tabernaculum testimo-nij, uel quando appropinquant ad altare, ut ministrēt in sanctuario, ne iniquitatis rei mori-antur. Hanc igitur uestem quanquam in ea quæ in manibus est, lectione à legislatore præ-termissa sit: nos ob ædificationem legētium, ut sacerdotalis habitus nostro tractatu totus contineatur, præterire nō possumus. Viden-tur itaque feminalia linea, eo quod linum de terra sit, mentis humilitatem & præcedenti-um criminum memoriam designare. Ipsa est enim quæ turpitudinem nostram coram deo operit, sicut scriptū est: Beati quorum remis-sæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt pec-cata. Quæ quod tegi nisi per confessionem non possunt, ipse postea insinuat, cum subiun-git: Quoniam tacui, inueterauerūt ossa mea. Ergo quādiu à cōfessione tacuit, in uetustate pmāsit, nec tegere sua peccata potuit. Postea autem conuersus, quid ait: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiā meam domino. Ut igitur inter beatos esset, quorū tecta sunt peccata, tandem peccatis suis uelamentum su-perposuit confessionis. Hæc feminalia Pau-lus quoque se induerat, cum in tabernaculo dei minister constitutus, dicebat: Qui prius sui blasphemus & persecutor & contumelio-sus, sed misericordiam cōsecutus sum. Et: Fi-delis, inquit, sermo, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. His igitur Aaron filijq̄ illius turpitudinem suam à renibus us-que ad femina operire præcipiuntur: ut quic quid delectatiōe praua seu opere illicito pec-cauerunt, humili confessione abscedant. Ali-oqui iniquitatis rei moriantur. Neque enim poterit reatus impunitus esse, cui non studu-

erunt uelamentum humilitatis obijcere. Exi-stimo itaque legislatorem ob id in hoc loco uestem illam inter uestes sacras non annu-merasse, quod in ea nō tam uirtutum forma sit, quā umbraculum uitiorum. Nam & in Exodo ubi de ea præcipit, sequestrata ab ali-is, & unctioe sacerdotum interposita, sola describitur. Videtur quoque lex pōtiffici filij-q̄ ipsius detulisse, quod simpliciter uestis huius commemoratione contentus fuit: ne sæ-pius eam replicando, nomine turpitudinis suæ, sacerdotibus incuteret uerecundiam. Te-genda quippe illa fuerat feminalibus, non to-ties uerbis eis obijcienda. Illi nanq̄ super in-iquitate sua apertius obiurgandi, & in cōspe-ctu illius frequenti exprobratione reuocan-di sunt, qui intuitum mentis suæ ab ea auer-tunt, & confundi pro peccatis suis refugium. Inde est quod Ieremias plebem Israeliticam uehementius obiurgat, dicens: Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit dominus. Quomodo dicit, non sum polluta, post Baalim nō ambulauit? Vide uias tuas in conualle, scito quid feceris. Multa quoq̄ sub-iungit huiusmodi, qui tamē cur tam acri in-iectione circa eam utatur, manifeste decla-rat, dicens: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Cum igitur in hoc loco legislator de feminalibus tacuit, puto quod sacerdotum pudori pepercit, malēs eo-rum conscientia secretam considerationem & accusationem turpitudinis suæ committe-re, quā uoce sua toties in medium eam pro-ferre. Hucusque de uestimentis Aaron filio-rumq̄ eius, necnon & eorundem unctioe, actum sit: iam quid officij illis impositum sit, discutiendum est.

Exo. 28.

Iere. 2.

Iere. 3.

**De uitulo pro peccato in die cōsecratiois Aaron. Caput III.**



**Titulū & uitulū pro peccato.**

Iste est uutilus, cuius immolationem inter hostias quæ pro peccato offeruntur, primā su-pra posuerat. Christus scilicet dominus, qui pro generis humani re-atu seipsum in ara crucis immolati obtulit. Sed quoniam eius passio nō solum opere com-plenda, sed etiam populis prædicāda fuerat, eligitur ministri quibus hoc officium iniun-gatur, ut morte illius audita & credita, à sua mūdus morte saluetur. Sicut em̄ Moyses ex-altauit serpentē, ita exaltari oportet filiū ho-minis: ut omis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternā. Moyses itaq̄ uitu-lū hunc offert, cū diuina pagina Christiū pro

Ioh. 3.

nobis seipsum obtulisse nos docet. Hac locutione in parabola euangelica redeunte illo ad olefcente filio, pater seruis suis de hoc eodē uitulo praecepit, dicens: Adducite uitulum sa-  
Lucas. 15. uitulo praecepit, dicens: Adducite uitulum sa-  
ginatū, & occidite, Occidite, dicit beatus Au- gustinus, id est, occisum praedicate. Lex itaq; coram Aaron filijsq; eius uitulum pro peccato ma-  
cta, cum doctorum scientiam de Christi passione informat. Sed quia per eorū praedicationem eadem passio populis intimanda erat, ideo subiungitur:

Cumq; super caput eius posuissent Aarō & filij eius manus suas, immo lauit eum hauriens sanguinem.

Huius itaque uitali Aaron filijsq; eius manus suas capiti imponunt, ut intelligant suae illum fidei committi, quatenus qui pro mundi salute passus est, eorum labore atq; instantia mundo innotescat. Hinc de seipso Paulus apostolus testatur, dicens: Cum autem placuit ei qd me segregauit de utero matris meae, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizare illum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini. Item ad Ephesios: Mihi sanctorum oim minimo data est gratia haec, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in deo qui omnia creauit. De sanguine uero huius uitali quem Moyses hauerat, quid fecerit, audiamus.

Et intincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum.

Superius cum huius uitali hostia describe retur, dictum est, quia sanguis eius per pontificem in tabernaculo illatus est, & de eo super cornua altaris thymiamatis positum. Qd aut reliquū fuit, fudit sacerdos in basim altaris holocausti, in introitu tabernaculi. Quod quid mysterij cōtineat, qui scire uoluerit, ibi requirat. Hic autē nō Aaron, sed Moyses qui eum obtulerat, sanguinem eius hausit: & cornua altaris non thymiamatis, ut prius, sed holocausti, tincto digito tetigit. Altare itaq; holocausti, ecclesiam superius interpretati sumus: cornua uero illius esse, qui sanctitate ampliori & sapientia sublimiores in illa existunt. Haec igitur cornua sanguine uitali Moyses principaliter tigit: quia scriptura diuina eorū cordibus, scientia & charitate amplius abū dant, memoria passionis Christi altius imprimat. Sed qm cetera q; turba fidelium, quamq; minoris deuotionis, tñ & ipsa p modo suo obliuionē illius fugit, de altari ptinus subditur:

Quo expiato & sanctificato, fudit reliquū sanguinē ad fundamēta eius. Satis (ut reor) manifestum esse intelligenti-

Gal. 1.

Eph. 5.

Leu. 4.

tibus debet, quis iste sanguis sit, cuius tactu altare expiatur & sanctificatur: ille nimirū, de quo (cum de Christo loqueretur) Iohānes in Apocalypsi phibuit, dicens: Qui dilexit nos, et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Sed reliquā sanguinis ad basim funduntur altaris, cum tanti sanguinis recordatio nō solum sublimiores tangit, sed etiam inferioribus tradita, in eorū fide perpetualiter uiuit. Sequitur:

Adipem autem qui erat super uitalia, & reticulum iecoris, duosq; renunculos cum aruinulis suis, adolebit super altare, uitulum cum pelle, carnibus & fimo cremans extra castra, sicut praeeperat ei dominus.

Haec eadem superius in hostijs pro peccato, de hoc ipso uitulo scripta reperuntur, ubi quia satis exposita sunt, nostrū laborem iterum non requirunt.

De holocausto arietis Aaron & filiorum eius. Caput IIII.

Butlit & arietem in holocaustum.

Post documenta fidei, etiam conuersationis fidelium pastoribus cura habenda est. Qui enim fidei praedicat integritatem, ne fides ipsa apud auditores suos ociosa sit, necesse est ut & uitae eos doceat sanctitatem. Hic ordinem in uerbis suis seruauit ipse dominus, cum apostolis suis praecipiens, ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quae cunctis mandauit uobis. Prius docete quid credant, deinde docete ut etiam madorum meorum regulam obseruent. Doctrina autem haec non tam in uerbo constat, quam in exemplo. Magis enim ad bene agēdi uoluntatem excitatur, qui alitū uidet bene agētem, quam si tantū audiat praecipientem. Lex itaq; postq; uitulum pro peccato obtulit, quem Aaron filijsq; ipsius praedicandum commisit, iterum arietem offert in holocaustum: quia monet eos, ut si fidei sunt doctores, auditoribus suis in bonis operibus si uideant esse duces. Offert holocaustum coram eis, nō hostiam pacificam: cum eos hortatur, ut si magistrī sunt, non popularem, sed perfectam arripiāt conuersationem. Offert inquam, quia offerre eos docet. Huic autem arietī Aaron filijsq; ipsius super caput manus imponunt, cum pastores ecclesiae quod sacra lex eis suggerit, se obseruare promittunt. Hoc enim sequitur:



Super cuius caput cum imposuissent Aarō & filij eius manus suas, immo lauit eum, & fudit sanguinē eius per altaris circuitum. Ipsūq; arietem in frustra cōcidens, caput eius & artus & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedibus: totumq; simul arietē incendit super altare, eo quod esset holocaustum suauissimi odoris domino, sicut praeeperat ei.

Hic est ritus offerēdi holocausti, de q; quia satis in principio huius operis dictū est, sequentia uideamus.

De arietē consecrationis. Caput V.

Butlit & arietem secundū in consecrationem sacerdotū.

Qua ratio est offerendi huius secundū arietis, post primi oblatiōem? Obtulit, inq; arietem secundum in consecrationem sacerdotum. Ergo prioris oblatio nonne sanctificat offerentes? Qui enim in sua conuersatione perfectum fidelibus religionis praebet exemplum, nonne sanctus dicendus est? Scriptum est tamen: Maledictus qui spem suam ponit in homine. Omnis em homo mendax. deus solus uerax est. Et re uera in tantis tenebris humanae ignorantiae, quis est homo cui error nō sit timendus, nisi solus ille qui & homo & deus est? Ipse quippe solus dicere potuit: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Quicumq; ergo in populo dei duces constituuntur, ne errent quia homines sunt, & post se in perditionem etiā alios trahant: necesse est ut eū qui errare non potest, sibi duces proponant: hoc est, si in grege fidelium arietes ipsi sunt, expedit eis ut Christū, cuius ducatu consecrentur, & ab errore liberentur, arietem sibi constituent. Inde beatus apostolus cum discipulos suos ad suam imitationē prouocasset, dicens: Imitatores mei estote: ne de eius errore timere deberent, cuius uestigijs ipse inhereret statim subdidit, dicens: Sicut & ego Christi. Hinc ipse dñs ei, quem totius ecclesiae ducem constituerat, post resurrectionem suam praecipit, dicens: Sequere me. Moyses itaq; post uitali hostiam, post arietē primum, secundū quoq; offert in consecrationē sacerdotū: quia scriptura sacra quae doctores instruit quid de Christo populis praedicent, quae monet eos ut suo exemplo ad religionem fideles excitent: eadem ne a iustitiae exorbitent tramite, eius quē pra-

Leu. 1.

Leu. 4.

Leu. 17.

Roma. 7.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

dicant Christi formam illis imitandam proponit. Huic quoque arietī Aaron filijsq; illius super caput manus imponunt, cum iuxta legis monita, eius regulam se obseruare promittunt. Inde est quod sequitur:

Posueruntq; super caput illius Aaron & filij eius manus suas. Quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine, tetigit extremum auriculae dextrae Aaron, & pollicē manus eius dextrae, similiter & pedis.

Iam incipit consecratio. Siquidem hoc dictū erat, arietem hunc in consecrationem sacerdotum offerri. Vbi satis apparet, quantae dignitatis & excellentiae sit, qui etiā pontifici filijsq; ipsius, per q; ad inferiores ordines consecratio descendit, confert gratiā sanctitatis. Tangit itaq; Moyses sanguine arietis extremū auriculae dextrae Aaron, ut tactu ipso pontificis auditū sanctificet. Auris namq; extra quae est, nisi quae contempti fabulationibus iniquorum, percipiendae se applicat sapientiae: ista tamen ne decepta pro doctrina salutari uenenum hauriat, sacro sanguine munitur: cū doctrina euangelica quae Christi ueritatē cruore, ne in errorem incidat, informat. Huius sanguinis tactu Paulus discipuli aurem consecrabat, cum post multa monita salutaria ne aliena dogmata susciperet, instruebat, dicens: Haec doce & exhortare. Si quis aliter docet, & nō acquiescit sanis sermonibus dñi Iesu Christi, & ei quae secundū pietatē est doctrinae, superbus, nihil sciens, sed languens circa quaestiones & pugnas uerborū: tu homo dei, haec fuge. Itē: O Timothee, depositū custodi, de uitans prophana uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiae. Sed quae putas causa est, ut non diceretur, Tetigit aurem eius dextram: sed, Tetigit extremum auriculae dextrae illius? An forte idem est, sed modus locutionis est? Nescio utrum hoc innuere uoluerit, neminem per uerba honantia ad scientiae fontem posse pertingere: guttas tantum illius, & quasi extrema quaedā & sensibilia signa, conferre. Quia uero nō sola pontificis scientia, sed & uitae ipsius qualitas sanctificanda est, ne aries gregis Christi si primus a iustitia deuiet, alios deceptus decipiat, manus eius dextrae ac pedis pollices, eodem sanguine consecrantur. Quid enim per manū, nisi actio nostra designat? Manus uero dextra est opus pietatis, per quod deo placere contendimus. Pes quoq; eandem exprimit actionem: quia per ipsam, si bona fuerit, ad dei & ad ipsius regnū propinquamus. Manū ergo & pedis pontificis, arietis huius magni sanguine consecrantur: cū Christi exemplo, ut iam praediximus, ne in religionis semita aberret, dirigatur. Sequitur:

Auris dextrae

1. Tim. 6.

Ibidem

Manus



Obrulit & filios Aaron. Cumq; de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum de xtræ, & pollices manus ac pedis de xtri, reliquum fudit super altare per circuitum.

Notandus est ordo. Primus Aaron, dein de filij eius, postremo uero altare, huius arietis sanguine consecratur. Sic enim regula fidei & norma iustitiæ inuoluta perenniter in ecclesia custoditur, si per Christum apostoli, per apostolos uero sequens ordo doctorum, sed & per istos uniuersalis ecclesia doceatur. Hoc est namq; altare, per cuius circuitum sanguis iste funditur. Vnde & apostolus Petrus fideles omnes Christi doctrina muniens, tanquam sanguine arietis altare perfundens, dicebat: Memores estote eorum quæ prædixi uerborum sanctorum prophetarum & apostolorum uestrorum, & præceptorum domini & saluatoris. Et dominus ipse: Oues, inq; meæ uocem meam audiunt, alienum autem non sequitur, sed fugiunt ab eo, quia non uerunt uocem alienorum. Sed de hoc ariete quid lex adiciat, audiamus.

Adipem uero & caudâ, omnēq; pinguedinem quæ operit intestina, reticulumq; iecoris, & duos renes cum adipibus suis & armo dextro, separauit.

Adeps huius arietis, gratia est spiritualis, quæ homini Christo cõcessa est. Vnde psalmista pro hac gratia supplicans, ait: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Adeps itaq; huius arietis separatur, quia Christi gratia ab alijs hoibus longe discernit. Vnicuiq; enim nostrum datur gratia secundum mensurâ donationis Christi. De ipso autem dicit Iohannes baptista, quia non ad mensuram datus est ei spiritus. Ipse etiam Iohânes uidit spiritum descendentem & manentem super eum: quod signum singulare accepit, quia hic est qui baptizat in spiritu sancto. In cauda autem finis est corporis. Cauda igitur arietis, Christi cõsummatio est. Sed cauda ista separatur, quia eius consummatio magno intervallo à nostra distinguitur. Ipse quippe passus, tertia die resurrexit: nos uero cû defuncti fuerimus, non stram resurrectionem in fine temporum expectamus. De his autē quæ sequuntur, de pinguedine scilicet quæ operit intestina, reticuloq; iecoris & duobus renibus cum adipibus suis, in uitulo qui pro peccato offertur, qui ipsius domini (sicut & aries iste) personam tenet, multa superius disputauimus. Vbi cum lex de istis adipibus præciperet, ut offerrentur & adolerentur super altare holo-

2. Pet. 3.

Ioh. 10.

Psal. 62.

Eph. 4.

Ioh. 3.

Ioh. 1.

Leu. 4.

causti, sicut fieri solet de uitulo hostiæ pacificorum diximus, Sicut hoc, non ad æqualitatem debere accipi, sed ad aliquam similitudinem: magnam quippe inter hos & illos adipes esse distantiam. Quod euidentius hic apparet, cum eosdem separandos lex manifeste decernit. Armus uero dextre, dominica opera significat. Vere enim omnia dextra ipse habuit, & nihil sinistra. Peccatum quippe non fecit, nec dolus inuētus est in ore eius. Qui armus quoq; cum cæteris separatur: quia (ut eodem perhibente didicimus) quæ nemo alius fecerat, ipse fecit. Quod & si quis alius magnum aliquid facere potuit, sicuti illi quibus polliceri dignatus est, dicens: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: eius utique gratia potuit. Ipse uero in his quæ fecit, alterius auxilio non indiguit. Aliorum itaq; opera bona, eo cooperante, fiunt: quæ autem ipse per se facit, illi soli scribenda sunt. Omnia igitur quæ ad illum pertinent, aliorum hominum, omnium uirtutes excellunt. Sequitur:

Tollens autē de canistro azymorū quod erat corā domino, panē absq; fermento, & collyridam conspersam oleo, laganumq; posuit super adipem & arnum dextrū, tradens simul omnia Aaron & filiis eius.

De hoc canistro in Exodo, dño ista omnia ordinante, sic legimus: Tolle uitulum de armento & arietem duos immaculatos, panesq; azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspisa sit oleo: lagana q; azyma, oleo lita. De simila triticea cūcta facies: & posita in canistro, offeres. Ergo in canistro illo multi panes erant, & multa lagana, quæ pro sacerdotibus offeriebantur. Sed de panibus unus, de laganis quoque unum, cum adipibus arietis, cauda & armo dextro, separabatur. Quod uero superius diximus, nunc apparet: eam quā in Leuitico collyridā dicit, in Exodo crustulam appellari. Canistrum quod de uirgulis cõtexitur, sanctam designat scripturam, quæ uaria nobis patrum & dicta & exēpla ad edificationem proponit. Panes uero absque fermento, quam figuram habeant, iam sæpe dictum est. Significat enim sanctorum tolerantiam, qui quasi in camino, sic in igne pressuram temporalium sine reatus sui causa decocti sunt. Lagana uero zelum eorum spirituales exprimunt, quo contra peruersos arserunt. Collyrida, simplicem doctrinam. De his omnibus in præcedenti libro diutius tractatum est. Igitur ad consecrationē sacerdotum canistrum cum panibus & laganis appointur, cum de sacris codicibus patrum præcedentium & zelus, & patientia quam imita-

Armus dextre

1. Pet. 3.

Ioh. 15.

Ioh. 14.

omnes

Exo. 29.

Canistrum

Panes azymis

Lagana

Collyrida

ri debeant, illis recitatur. Est in hoc canistro & collyrida, cum symbolum fidei nostræ paginæ omnes diuini attestantur eloqui. De his autem panibus unus sequestratur, & adipibus iungitur arietis, cum dnica passio ab aliorum sanctorum passionibus magno intervallo distare docetur. Ipse enim absq; omni suo prorsus peccato, nostris peccatis debitū sustinuit mortem: alij uero omnes qui mundi huius pressuras sustinuerunt, etsi non in homines qui eos affligebant, tamen in deum peccauerant. Vnde Isaias in cantico uinegeri, id est, sanctæ ecclesiæ, quæ non labrucas ut illa antiqua uinea, sed diuinæ charitatis attulit merum: de martyrum passionibus agens, qui dei dispositione tanta perpessi sunt: Nūquid, inquit, iuxta plagam percutietis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est? Dñs quippe percussit Israel, de quo prædixerat, florebit & germinabit Israel, cum apostolos suos hostibus tradidit percutiendos. Interfectos etiam uinæ suæ ipse occidit, cum sanctorum martyres filios ecclesiæ, ab impijs occidi permisit. Plaga tamē ipsius & mors quam pro nobis pertulit, lōge ab illorum plaga & morte dissimilis fuit. Quod ostendit ipse propheta, cū subdidit: In mensuram contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam. Tanquam diceret: Ipsa mensuram tribulationis & præsentis humilitatis, iuxta iniquitatum suarum mensuram sustinebit: tu uero cum pro nobis mortem gustasti, quæ non rapueras, exoluisti. Separatur itaq; panis unus de panibus absq; fermento, qui in canistro positi sunt: quia nullus eorum quos innocenter passos sacra quælibet testatur pagina, dominicæ innocentie poterit comparari. Illi enim etsi non ob eam quæ sibi obijci ebatur causam, ob diuini scilicet nominis cõfessionem, digni erant morte: non tamen ita à reatu erant immunes, ut mortis sententiam quæ generi humano imposita est, euadere deberent. Sed cum pane isto etiam lagana separantur. Cum enim lagana hæc azyma esse precipiat lex, ut scilicet qui proximū arguit, puro dilectionis affectu absq; omnis perturbationis & iracundiæ fermento hoc faciat: nullius hominis zelus tam simplex & purus fuisse credendus est, quam illius cuius singulari innocentie & māluetudini spiritus sanctus testimonium perhibens, in columbæ specie super eum uoluit apparere. Ardū nanq; est, & omnino humanam excedit uirtutem, zeli seruore succendi, & nunquam uel intus motibus cordis, uel exterius in uerbis modū excedere. Collyrida quoq; cū cæteris separari præcipit. Notādū quod cū multi panes, multa lagana posita sint, collyrida nō fuit nisi uina. Vna em̄ (ait Apostolus) fides, unū baptisma. Nā quicqd simplex fidei regula tradit,

Isai. 5.

Isai. 27.

Ibidem

Ibidem

Matt. 3.

Eph. 4.

ab oibus catholicis indifferenter obseruatur. Hæc tñ crustula cū adipibus arietis separata: quia fidei ueritas licet ab oibus catholicis prædicetur doctoribus, dnica tñ autoritate specialiter confirmat. Nam qd de nostra resurrectione speramus, ipse nō solum uerbo docuit, sed & exēplo suo asseruit. Vñ & Apostolus cōtra eos qui de tanta hac spe nostra desperabāt, hoc argumēto utit, dicens: Si Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quō quidā dicunt in uobis, quod resurrectio mortuorū non est? Si autē resurrectio mortuorū non est, neq; Christus resurrexit. Nunc autē Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiū, & in ipso oēs uiuificabūtur. Separatur itaq; collyrida, & adipibus arietis iungitur: quia omnes alij quod per eū didicerūt, hoc annunciauerūt nobis: ipse uero quod uidit & audiuit, hoc testatus est. Vnde & ipse ad Nicodemū ait: Amen amē dico tibi, quia quod scimus, loquimur: & quod uidimus, testamur: & testimonium nostrū nō accipitis. Merito itaque fidei dogma illi specialiter ascribitur, cuius testimonio & autoritate principaliter solidat. Postquā ergo Moyses de ariete adipem, caudā & arnū separauit, postquā de canistro panem & laganū & collyridam segregans illis superposuit, tradit omnia sacerdotibus. Lex quippe sacra q̄ de hac (quā notauimus) dn̄i excellentia magistrōs imbuat, ut eādem fidelibus intiment, officio illorū committit. Sequitur:

Qui postquam leuauerūt ea coram dño, rursum suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, in odorē suauitatis sacrificij domini.

Leuāt ea quæ sibi tradita sunt filij Aaron, quā magistri ecclesiæ in auribus fidelium dn̄icas uirtutes suis laudibus extollūt. Et corā dño hoc faciūt, testimoniū s. perhibente ueritati quā prædicant, deo. Sed oīa illa corā dño eleuata, rursum Moyfi manibus reddunt: cū ea quæ docent, ne falsa esse uideantur, scripturā rū autoritate reseruant: cū se nō de suo sensu hæc proferre, sed de fontibus diuinis hausisse insinuant. Moyses uero suscepta de manibus eorū sup altare adoleret holocausti. Alrare quippe holocausti, sunt corda fidelium, nondū intra tabernaculū posita, sed adhuc p ingressu regni cælestis sollicita. In his itaque adipem arietis cū superpositis sibi adolerentur, cum fideles populi redemptoris sui uirtutes & tota mēte diligūt, & ad imitandū pro posse suo totis uisceribus inardescunt. Hęc uero oblatio consecrationis est. Consecrantur nā, que hac fide & deuotione populi. Vnde & ea quæ de saluatore suo bona audiunt, ardent-

1. Cor. 15.

Christo

Ioh. 3.

Ibidem



as & cordererent & opere cōplent, quia ta-  
li studio suo se sanctificari non dubitāt. Seq̄t:  
Tulit & pectusculum, eleuans illud  
coram domino, de ariete consecrati  
onis in partem suam, sicut praecepe-  
rat ei dominus.

Dubium est de quo hoc dicatur, de Moy-  
se, an de Aaron. Nam de Moyse prius loque-  
batur lex, dicens quod arietis adipēs de ma-  
nibus sacerdotū susceptos, sup̄ altare adole-  
uerit. Vbi statim quasi de eodē loquens, sub-  
didit: Tulit & pectusculum, eleuans illud co-  
ram domino. Sequens etiam uersus, ad Moy-  
sen sine dubio referendus est. Nā sequitur:

**Assumensq; unguentum & sangui-  
nem qui erat super altare, asperit su-  
per Aaron & uestimenta eius, & su-  
per filios illius ac uestes eorum.**

Hoc nisi de Moyse nō dicitur. Videretur  
ergo & hoc unde agim⁹, ad Moysem sine du-  
bio referendum, nisi hanc opinionem nostrā  
reuocaret, quod nusquam legisse me recolo,  
Moysem hostiā cuiusquam aut sacrificij par-  
tem aliquam sibi assumpsisse. Ad Exodū ergo  
reuertamur, ubi oīa quae hic narrātur ex-  
pleta, à domino praeipiuntur implenda. Ibi  
itaq; dominus ad Moysem de his sic loquitur:

Exo. 29.

Sumes quoq; pectusculum de ariete quo in-  
itiatus est Aarō, sanctificabisq; illud eleuātū  
corā domino, & cedit in partem suam. Ecce  
manifeste lex pectusculi arietis Aaron habē-  
dū decernit. Inuitata ergo & multū notāda  
locutio hāc est, qua in Leuitico utitur legi-  
slator: ubi tam latenter personam pōitificis in-  
terponit, ut cū & pcedens & sequens uersus  
manifeste Moysem exprimat, medius sine ad-  
iectōe nois ipsius, Aaron teneat. Nam ut qd  
dico manifestus fiat, ipsius literae textū ex or-  
dine pono. De Moyse agens scriptura: Sus-  
ceptos, inquit, adipēs de manibus sacerdotū  
adoleuit sup̄ altare. Tulit & pectusculū, ele-  
uans illud coram dño, de ariete consecratio-  
nis in partē suam, sicut praeceperat ei dñs. As-  
sumensq; unguentum & sanguinē qui erat su-  
per altare, asperit sup̄ Aarō. Cū & in primo  
& in tertio uersu tam apte Moyši psona ex-  
pressa sit, q̄s in medio Aaron non nominatū  
intelligendū crederet, nisi & hoc aperte alia  
scriptura monstraret: Sed ad mysteriū ueni-  
amus. Tulit Aaron pectusculū, eleuās illud  
coram dño, de ariete consecrationis in partē  
suam. Quid est arietis pectusculū, nisi sapien-  
tia quae homini Christo concessa est: Hoc pe-  
ctusculum Aaron in partē suā suscipit: quia do-  
ctorū est, quāto amplius uulgi sensum exce-  
dunt, tanto perfectius Christi doctrinam &  
intellectu capere, & altius mēte retinere, Pe-

Pectuscu-  
lum.

ctusculum arietis in partem suam suscepit  
Apostolus, cum dicebat: Nos autem sensum  
Christi habemus. Vnde & dicere non dubi-  
tabat: Sapiētiam loquimur inter perfectos.  
Sapiētiam uero non huius seculi, sed loqui-  
mur dei sapiētiam in mysterio quae abscon-  
dita est. Pectusculum arietis in partem suam  
accepit discipulus ille, qui supra pectus magi  
stri recumbens in cena, inde sumpsit quod  
postea eructauit, dicēs: In principio erat uer-  
bum. Sed pectusculum hoc Aaron eleuat cor-  
am dño, cum sacri doctores Christi sapien-  
tiam ueris laudibus & deo acceptis extollūt.  
Inde est qd Apostolus de eo loquēs: In quo,  
inquit, sunt omnes thesauri sapiētiae & scien-  
tiae absconditi: quem etiam secundum diuini-  
tatem suam, dei uirtutem & dei sapiētiam  
appellat. Sciēdum uero quod in Exodo etiā  
armum dextrum arietis cum pectusculo, do-  
minus Aaron habendum concessit: quanquā  
legislator de eodē armo nihil hic dixerit. Ibi  
quippe dño praeceptum sic legitur: Sanctifi-  
cabis & pectusculum cōsecrationis, & armū  
quē de ariete separasti, quo initiatus est Aa-  
ron & filij eius: cedentq; in partem Aaron  
& filiorum eius, iure perpetuo à filijs Israel:  
quia primitiua sunt & iniua de uictimis eorū  
pacificis, q̄ offerunt dño. Hic non contemne-  
nda \* nascitur quaestio. Ecce enim armū cum  
pectusculo de hoc ariete consecrationis, dñs  
Aaron concedit, cum in Leuitico armus idē  
cum adipibus arietis inuenitur incēsus. Sic  
nanq; superius legimus: Tollens Moyse de  
canistro panem & collyridā laganūq; po-  
suit super adipēs & armum dextrum, tradēs  
simul omnia Aaron & filijs eius. Qui post quā  
leuauerūt ea corā domino, rursum suscepta  
de manibus eorum, adoleuit sup̄ altare ho-  
locausti. Nō ergo armus in Aaron, sed in do-  
mini partem celsit, qui cū adipibus arietis su-  
per altare in sacrificio dñi concrematus est.

Quid ergo dicemus? Nunquid aliud Moy-  
ses quā dñs praeceperat, fecit? Nequaquā.  
Nam & in Exodo domino loquente, eadem  
contrarietas inuenitur. Ibi nanq; etiā ipse ar-  
mus cum ceteris incēdi praecepit, domino  
dicente ad Moysem: Tolles adipem de ariete  
& caudam & aruinam: multisq; numeratis,  
armūq; inquit, dextrum: ponesq; omnia su-  
per manus Aaron & filiorum eius. Suscipi-  
esq; uniuersa de manibus eorū, & incendes  
sup̄ altare in holocaustum. Vniuersa, inquit,  
suscipies & incendes. Hic & armum uideret  
comprehendere. Et tamen postea quod prae-  
misimus, subdit: Sanctificabis pectusculum  
consecratum & armum quem de ariete sepa-  
rasti, cedentq; in partem Aaron. Nihil itaq;  
uideo quo ista cōtrarietas dissoluatur, nisi ut  
dicamus hoc quod habet scriptura, uniuersa  
à Moyse suscepta & incēsa, per hyperbolem,

Exo. 29.

Exo. 29.

Exo. 29.

Exo. 29.

Exo. 29.

Ibidem.

dictum uniuersa, id est, pene uniuersa, armo  
excepto: ut intelligamus cum illa omnia Aa-  
ron manibus traderentur, armum eū in par-  
tem suam iuxta receptum dñi detinuisse, &  
cetera Moyši reddidisse: quae Moyse ab eo  
suscipiens, uniuersa incenderit super altare.  
Sunt locutiones in scriptura quā plurimae  
huiusmodi. Dicitur in Exodo, quae omnis pul-  
uis terrae Aegypti uersus est in cyniphes: &  
tamen legimus postea quod magi conati sunt  
facere similiter, & non potuerunt. Vnde er-  
go conati sunt educere cyniphes, si non erat  
aliquis puluis qui in cyniphes nōndum esset  
conuersus. Dicitur quoque itaq; omnis puluis, id  
est, pene omnis. Et paulo post: Mortua sunt,  
inquit, omnia animalia Aegyptiorum. Nō  
longe tamē inferius monetur Pharao, ut cō-  
greget iumenta sua. Nō ergo omnia anima-  
lia mortua erant, sed pene omnia. In euange-  
lio dominus: Non surrexit, inquit, inter na-  
tos mulier maior Iohanne baptista. Qua-  
si uniuersaliter conclusit. Quod tamen non  
uniuersaliter intelligendum ipse docuit, cum  
subiunxit: Qui autem minor est in regno cae-  
lorum, maior est illo. Nemo, itaq; dixit, id ē,  
pene nemo: quippe cum se solum excluderet.  
Simile est quod in manibus habemus. Cum  
enim uniuersa Moysem dixit suscepisse & cō-  
cremasse, quomodo hoc intelligi uoluerit, in-  
ferius innouit, cum armum nō concrematis-  
set, sed Aaron relictū fuisse nos docuit. Vniuer-  
sa utiq; dixit praeceperat armum. Aaron itaq;  
de ariete concremationis, armum eū pectuscu-  
lo in partem suā sortitur: quia doctores san-  
cti non solum ad intelligenda Christi uer-  
ba uulgo acutiore, sed ad opera quoq; ipsi-  
us imitanda fortiores & proprios exiūt.  
Easde uero partes ipse Aaron de hostijs paci-  
ficis filiorum Israel in primitias suas accipit:  
quia praeicatoris sancte ecclesiae sicut magi  
stri sui Christi uerbo & exemplo principaliter  
informantur, sic ipsi sua doctrina & con-  
uersione populum sibi commissum in fide  
& religione praeueniunt. Habent itaq; pectus-  
culum arietis, cum scientia Christi familia-  
rius communicant. Habent pectusculum pa-  
cificorum, cū plebs per eos edocta, quod de  
eo rectum credit, suum esse exultant. Iterum  
habent armum arietis, cum Christi opera in  
se efficacius representant. Habent armū paci-  
ficorum, cum plebs suo informata exemplo,  
quod recte uiuit, suae mercedi imputandū cō-  
fidunt. Sequitur quod iam supra posuimus,  
sed non exposuimus.

Exo. 8.

Exo. 9.

Mat. 11.

Ibidem.

**Assumensq; unguentum & sangui-  
nem qui erat super altare, asperit su-  
per Aaron & uestimenta eius, & su-  
per filios illius ac uestes eorum.**

Quid sibi uult haec ungenti sanguinisq;  
asperfio? Nōne iam Aaron unctus fuerat, &  
filiorum illius manus consecratae? Quid igit  
rursus ungento aspergitur? Sed nota gran-  
de & utile mysteriū. Ois homo, quanquā iā  
sanctificatus sit aut baptismo aut quolibet alio  
sacramento, quādiu uiuit inter tentationes  
huius seculi, nō potest esse sine peccato. Si tñ  
confessus fuerimus (ait beatus Iohannes) delicta  
nostra, fidelis est & iustus, ut dimittat no-  
bis delicta nostra, & purget nos ab omni ini-  
quitate, non tantū praeferita, sed & si qua cō-  
traximus ex hac uita: quia non potest homo  
quandiu carnem portat, nō habere uel leuia  
peccata. Sed quomodo fiet ista purgatio? Sā-  
guis, inquit, Iesu purgabit nos ab omni delictō.  
Ergo si peccas, nec potes omnino caue-  
re quin aliquando pecces, continuo uide, cō-  
tinuo displiceat, continuo damna. Manet su-  
per altare ungentū, manet sanguis quo as-  
pergatis & purificeris: Est enim in ecclesia gra-  
tia spiritus sancti: est fides passionis Christi, p-  
quam peccati tui ueniam consequaris. Haec  
quotidianae poenitentiae purgationem signifi-  
ficauit & illa pedum lauatio, quam dominus  
in cena discipulis exhibuit. Nam rogāte Pe-  
tro ut non tantum pedes, sed & manus & ca-  
put sibi abluerentur, respōdit ipse dominus:  
Qui lotus est, nō indiget nisi ut pedes lauet,  
sed est mundus totus: Torus utiq; praeceperat pe-  
des, in sancto em̄ baptismo homo totus ab-  
luitur: ueruntamē cum in rebus humanis pos-  
tea uiuit, utiq; terra calcatur. Quotidie itaq;  
pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis.  
Dicatur ergo: Assumensq; unguentum & san-  
guinem qui erat super altare, asperit sup̄ Aa-  
ron & uestimēta eius, & super filios illius ac  
uestes eorum. Vestimenta sacerdotum sunt  
opera iustitiae, quibus coram hominibus ad-  
ornātur, sicut scriptum est: Sacerdotes tui in-  
duantur iustitiam. Sed qm̄ haec uestimēta nō  
nunquam aliqua interueniente iniquitate con-  
taminantur, necesse est ut hac asperfione mū-  
dentur. Asperguntur uero sacerdotes cū ue-  
stibus, qm̄ & eorum conscientia à reatu pra-  
uae cogitationis, & eorum conuersatio à reatu  
prauis operis absoluitur. Deinde subiungit:

**Cumq; sanctificasset eos in uesti-  
suo, praecepit eis, dicēs: Coquite car-  
nes ante fores tabernaculi, & ibi cō-  
edite eas.**

De quibus carnibus dicat ambigitur, nisi  
quod in Exodo aperte distinguitur. Ibi enim  
loquitur dñs Moyši, dicens: Arietem autē cō-  
secrationis tolles, & coques carnes eius in lo-  
co sancto, quibus uestetur Aaron & filij eius.  
Superius igitur de adipibus, cauda, armo &  
pectusculo secundarietis quid fieri oportet-

I. Ioh. 1.

Ibidem.

Ioh. 13.

Psal. 131.

Exo. 29.

ret, decreuerat: nunc reliquas carnes illius coqui mādāt, & sacerdotum usui deputari. Vt quid ergo armū solū cū pectusculo in partem Aaron deputauerat, cum nunc totū arietem in usus suos accipiat? Cōstat quod mysterij ratio ibi fuit, nō sacerdotalis peculi puidencia. Quod enim de illis duobus membris pectusculo & armo dictum est, de toto utiq; ariete dici posset, quod scilicet ad partē Aarō pertinebat, nimirum qui in illius usus transurus erat. Sed in his oibus cum magis doctrinā nostrā ratio habeatur, quām transitorie illorum hoim utilitatis: sic dicuntur & sic geruntur, quomodo significandi regula postulat, non quomodo usus hoim corporalis uideretur exigere. Cum em dixit legislator, armum seu pectusculum in partē Aaron cedere: magis intendit spiritualium doctorum describere uirtutē, quā legalis illius pontificis possessionē. De carnibus uero quas coqui iussit, & a sacerdotibus comedi, qd significent uideamus. Superius aures digitosq; eorum sanguine huius arietis tetigerat: ubi intelleximus, quod lex diuina tam doctrina q̄ exemplis Christi sacerdotē informat, ne ipsi aut peruersa docere, aut à tramite iustitiæ deuiare p̄sumāt. Sed quid prodest monita legis suscipere, nisi studeamus ea etiam opere experire? Post factū itaq; sanguinis, qui doctrināq; imbutioem designat, carnes quoq; arietis comedi præcipiuntur: ut quem delectauit Christi uerba audire, & opa illius intueri, ex empla quoq; uirtutū ipsius nō pigeat imitari. Quæ tamen antequā comedantur, coquendæ sunt: ut opera dñica mente sollicita perscrutentur, & ardenti cogitatione in affectus nostrōs transficiantur. Vt enim ait beatus Gregorius, cum de coquendis agni carnibus loqueretur: quasi mente coquimus, quicquid subtiliter cogitamus. Sequitur:

**Panes quoq; cōsecrationis edite qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi dominus, dicens: Aaron & filij eius comedent eos.**

Panes cōsecrationis quod sanctorū patrientiam designent, paulo ante dictum est. Cū carnibus ergo arietis & panes edēdi sunt ut dei sacerdotes primum capitis sui, deinde etiam sanctorum patrum ædificētur exemplo. Hi autem panes in canistro continētur, quia per scripturam sacrā uirtutes eorū nobis infundunt. Quia tñ infirmi sumus, & ad imitanda fortia patrū opa deficiim, cōtinuo subinferit:

**Quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet.**

Relinquitur de carne & panibus quod nō edimus, cū infirmitate nostrā præpediti, uirtutes sanctorum perfecte imitari non possu-

mus. Sed hoc igni tradimus, cū quod illi tanta potuerunt, ex ampliori quā acceperant, gratia fuisse cognoscim? Igni tradimus hoc quod non possumus edere, cum fortitudine illorū ad quam peringere non ualemus, sp̄ritu sancto ascribimus. Nō em uolētis neq; currentis, sed miserentis est dei. Et quia unicuiq; dat gratia nō secundū suū arbitriū, sed secundum donantis mensuram. Sequitur: **De ostio quoq; tabernaculi non exibitis septem diebus, usq; ad diē quo complebitur tēpus cōsecrationis uestræ. Septem em diebus finitur cōsecratio, sicut impræsentiarum factū est, ut ritus sacrificij completeretur.**

Quæritur quō de tabernaculo nō exirēt, cū paulo ante præcepit eis sit, ut arietis carnes coquerent ante fores tabernaculi, & ibi eas comederent. Itaq; extra ostium tabernaculi erant, cum hoc faciebant. Sciēdum itaq; quia per tabernaculi ostiū, atrij exterioris introitum uoluit intelligi, quod circa tabernaculum centum cubitis in lōgum, & quinquaginta in latum extendebatur. In cuius orientali partē ante fores tabernaculi, intra uelum qd in introitu atrij pendebat, altare erat holocausti: circa quod & spatia in quibus hostiæ cōdebantur, aut etiā a sacerdotibus edebant. Manere itaq; in loco sancto sacerdotes præcipiuntur, nec egredi de ostio atrij septem diebus. Septem dies oēm uitam præsentem designant, quæ septē diebus uoluitur. In sancto uero loco demoratur, quisq; in sanctis operibus occupatur. Præcipitur ergo sacerdotibus ne de loco sancto exeant septem diebus, id est, ne quando hic uiuūt, ab obseruatione diuinæ legis recedāt. Septem (inquit) diebus finitur cōsecratio. In hac enim tantum uita sanctitas acquiri potest: transacta autē uita, præmium sanctitatis recipitur. Hic erat ritus sacrificij ueteris, in quo nostrā purificatiōis uirtus cōtinebatur. Deinde subiungitur:

**Die ac nocte manebitis in tabernaculo, obseruantes custodias dñi, ne moriamini. Sic em p̄ceptū est mihi.**

Diē ac noctē, sp̄ritatē & aduersitatē intellige. Sunt qdāq; per diē de loco sctō exeūt, q̄ nimia t̄paliū rerū abundantia aut extollit, aut intēperanter utētes corrūpūt. Per noctem uero de tabernaculo exit, qui inimici tērationibus fatigat, à iustitia recedit. Sed die ac nocte in tabernaculo manendū lex præcipit, ut si nec prosperitas nos corrūpat, nec aduersitas frangat. Concluditq; ea quæ præmiserat, breui clausula, dicens:

**Fecerūtq; Aaron & filij eius cūcta q̄ locutus est dñs per manū Moysi.**

# RADVLPHI FLA

VIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSE  
YSI LIBER SEPTIMVS.  
PRAEFATIO.



Elegamus quid hucusq; actū sit. Loquēs dominus cū Moysē de tabernaculo, mandauit ei de oblationibus populi, dans holocaustorum legē & sacrificiorum similitudinem: sed & pacificorum & hostiarū pro peccato, ritum disponens. Quæ etiam omnia recapitulans, plenius edidit. Tandem accedens ad cōsecrationem sacerdotum, primum sacris eos uestibus induit. Deinde offerēs uitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, quæ annūciare siue qualiter uiuere deberēt, edocuit. Obtulit & arietem cōsecrationis coram eis, proponens eis hostiam imitandam potius illis, quā offerendam ab illis. Quibus etiam præcepit, ut septem diebus à tabernaculo nō recederēt. Hęc est tractatorū summa, cuius fines attigimus. Inde sequentia uideamus.

De octaua die cōsecrationis Aaron & filiorum eius. Caput I.

LEVITICVM  
II. CAPUT  
IX.



Acta autē die octaua, uocauit Moyses Aaron & filios ei, ac maiores natu Israel, dixitq; ad Aaron: **Tolle de armento uitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, utrumque immaculatos, & offer illos coram domino.**

**H**Æ sunt hostiæ quas prius immolauerat coram eis, quarū capitibus ipsi manus imposuerant: prōmittentes aut eum se p̄dicaturos quem lex insinuabat, aut sic uicturos quomodo docebat. Quia uero deus non est irridendus, tandem octaua die cōueniuntur, ut quod uouerant, hoc exoluāt. Tolle, inquit ad Aaron, de armento uitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, & offer illos coram domino. Primo Moyses uitulum hunc & arietem corā Aaron obtulerat, quasi instruens eū: nunc uero præcipit, ut ipse Aaron eos offerat, tanquam exigens ab eo ut faciat quod didicerat. Sed quid causæ fuit, ut ad hoc opus octaua die eligeretur? Nimirū quia Christus die octaua à mortuis resurrexit, & nobis in se credētib; octauo tempore, poss-

sex scilicet mundi huius ætates, & septimam requiem animarum, eandem resurrectionē promittit. Sub hac spe agendum est quicquid agimus boni, ut octauo die hostias nostras deo offeramus, sub spe scilicet octaua resurrectionis. Hinc beatus Gregorius de Iob in moralibus ait: **Cum septem filij per dies singulos conuiuia facere describuntur, & per octidies cōuiuū, Iob septem sacrificia offerre perhibetur: aperte hitoria indicat, quod beatus Iob octauo die sacrificij offerens, mysterij resurrectionis colat. Qui enim octauo die offerre septem sacrificia dicitur, plenius formis gratiæ spiritu, pro spe resurrectionis domino deseruisse perhibetur.**

Aarō itaq; octauo die offert uitulum pro peccato, cum Christi mortem populis prædicans, per hanc fidem resurrectionem illis promittit. Offerit & arietem holocausti sui in ipso die, cum pro eadem spe, sp̄ritus mundi huius oblectationibus, diuinis se mancipat obsequijs. Sciendum tamen quod allegorice diē octaua tempus designat gratiæ, in quo fides resurrectionis manifeste populis declarata est. Ante aduentum enim Christi solam hanc uitam sciebant homines, promissionis spem noui habentes. Postquam uero deus p̄ nobis mortem nostrā sustinuit, tertia die resurgens, uerbo & exemplo ad spem nos resurrectionis erexit. Offerit itaque Aaron uitulum pro peccato octauo die, mystice præfigurans, quod cum uenisset plenitudo temporis, ille pro peccatis nostris immolandus esset, qui sua morte & resurrectione resurgendi spem hominibus daret. Et hoc quoq; notandum, Aaron in sequenti lectione geminam habere personam: & nunc Christi, nunc autem ecclesiasticorum præsulum formam prætere, quod melius suis in locis annotabitur. Sequitur:

**Et ad filios Israel loqueris: Tollite hircum pro peccato, & uitulum atque agnum anniculum & sine macula, in holocaustum, bouem & arietē pro pacificis, & immolate eos corā domino.**

Hæ sunt hostiæ populi, quarum ritū tradiderat dominus Moysi, loquens cum eo de tabernaculo. Nec tamen omnes hic commemorantur. Nam de holocaustis, hostia auiū: de pacificis, capra & ouis retinetur. Sed cum de omnibus aut plures aut præcipuæ cō-

memorantur, restat ut etiam illæ quarum ta-  
centur nomina, subintelligantur. Populus er-  
go oblationes quas præceperat dominus, in  
die octava offerre incipit, quoniam Israel il-  
le carnalis licet bona temporalia à deo expe-  
ctaret, populi tamen spiritualis figuram ge-  
rens, quid nos dum diuinis insistimus obse-  
quijs, à deo sperare oporteat, in suo ope de-  
monstrat. Nam nec sacrificia similia præter-  
misit legislator, sed prædictis uictimis ea ad-  
iungi præcepit, dicens:  
**In sacrificio singulorum, simillam o-  
leo conspersam offerentes.**

Simila autem hæc cum sicut in principio  
operis huius ostensum est, puritatem mentis  
designet, nõ omnibus hostijs pari modo an-  
nectitur. Alia est enim perfectiorum puritas  
eorum qui seiplos holocausta deo offerunt,  
& ex integro cunctis mundi huius spretis ob-  
lectationibus, religioni se mancipant: alia pa-  
cificorum, eorum qui quauis deo placere stu-  
deant, adhuc tamen mundanis actibus occu-  
pantur: alia item pœnitentium, eorum scilicet  
qui nuper ad pietatem conuersi, uolupta-  
tum quibus paulo ante renunciauerant, desi-  
derijs intus grauius impugnantur. Perfecti  
itaque mente deo uacant, & meditationi siue o-  
rationi intenti, etiam ociosa cogitare deuitant.  
Qui autem in seculari uita suæ religionis te-  
norem habent, si non ociosa, aut certe crimi-  
nosa, sicut ab operibus, sic etiam ab effectibus  
suis excludit. Illi uero qui tertium locum te-  
nent, qui adhuc plangunt quod nuper admi-  
serunt, est affectuum suorum molestiam sus-  
tinent, tamen consensum refugiunt. Cui igitur  
omnes communiter peccandi uoluntate  
à mente excluderint, unusquisque eorum ho-  
stiam suam similia, quanquam dissimili, puri-  
tatis suæ domino commendant. Sequitur:  
**Hodie enim dñs apparebit uobis.**

Hoc est quod dixeram, quia dies illa tem-  
pus gratiæ designat, quando deo in carne ap-  
parente, mundus qui prius sine deo fuerat, Chri-  
sti fide imbutus, tandem ad pietatis cultum  
conuersus est. De hac eius apparitione Apo-  
stolus ait Apparuit gratia dei saluatoris nos-  
tri omnibus hominibus, erudiens nos, ut ab-  
negantes impietatem & secularia desideria,  
sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo.  
Et Ieremias: Post hæc in terris uisus est, & cū  
hominibus conuersatus est.

Tulerunt ergo cuncta que iusserat  
Moyses, ad ostium tabernaculi. Vbi  
cum omnis staret multitudo, ait Mo-  
yses: Iste est sermo quem præcepit dñs. Fa-  
cite, & apparebit uobis gloria eius.  
Notanda cōditio quæ eis proponitur, Si;

inquit, feceritis quæ dominus imperauit, ap-  
parebit uobis gloria eius. Ista est gloria de qua  
scriptum est: Vidimus gloriam eius, gloria  
quali unigeniti à patre. Gloria Christi fuit in  
uirtute signorum, per quæ adhuc mortalis cor-  
ram homibus glorificatus est. Hanc eius glori-  
am uiderunt tunc discipuli, uidet & nunc us-  
que fideles Christiani, qui opera illius per eū-  
angelij audientes, gloriam ipsius mente cō-  
spiciunt. Hæc eius gloria inimicis illius appa-  
rere non potuit: quia etsi uidebant signa quæ  
faciebat, non tamē intelligebant. Vnde scri-  
ptum est: Quia non intellexerunt opera dñi,  
& in opera manuum eius destruxerunt illos. Ope-  
ra enim faciens in illis quæ nemo alius fece-  
rat, deum se mortalibus insanuabat. At illi ui-  
dentes non uidebant, ut ait Isaias: Videtes ui-  
debitis, & non uidebitis. Excæcatum est cor  
populi huius. Inuidia igitur illos excæcauerat.  
Quamobrem si uolumus Christum agnosce-  
re, salubre consilium non aspernemur. Faci-  
te, ait, & apparebit uobis gloria eius. Obedi-  
entia namque mandatorum ipsius, merceda est  
eius notitia, ut fiat quod scriptum est: A man-  
datis tuis intellexi. Nā & discipuli illi qui cū  
eo post resurrectionem eius in uia ambula-  
bant, audiebant eū loquentē, nec tamē agno-  
scebant. Postquam uero eum hospitio susce-  
perunt, aperuit oculos pietatis opus, quos cę-  
lestis doctrinæ non aperuerat auditus. Fuit  
etiam Christi gloria in resurrectione & ascē-  
sione illius. De hac enim ad patrem ait: Pater,  
uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus  
clarificet te. Siue enim clarifica, siue glorifica  
dicatur, ex uno græco translatus est, quod  
est clarificatio. Hanc eius gloriam uiderunt ami-  
ci, & non uiderunt inimici, sicut scriptum est:  
Domine, exaltetur manus tua, & nõ uideat.  
Hanc eius gloriam etiā nunc non uident ini-  
mici qui cęci nõ credunt: nõ uident etiā illi, qui  
credere se dicentes, reproba cōuersatione nõ-  
quam se de illa cogitare ostendit. Vnde ipse  
passioni iam proximus, ait: Adhuc modicū,  
& mundus me iam nõ uidet. Cui cum Iudas  
apostolus responderet, Dñe, quid factū est,  
quæ nobis manifestaturus es teipsum, & non  
mundo? ait illi Iesus: Si quis diligit me, sermonē  
mei seruabit. Et pater meus diligit eum: & ad eum  
ueniemus, & mansionē apud eum faciemus. Ec-  
ce exposita est causa, quare se suis manifesta-  
turus est, nõ alienis, quos mundi nomine appellat.  
Et ipsa causa est, quod hi diligat & mādāta eius  
obseruet: illi autē nõ diligant, nec mādāta eius  
obediāt. Est ergo quædam Christi manifestatio  
interior, solis cōpra amantibus & præcepta illius  
facientibus, cōtemporibus uero personis incognita.  
Facite igitur, inquit, & apparebit uobis gloria eius.  
Dixitque ad Aaron: Accede ad alta-  
re, & immola pro peccato tuo.

Iohann. 1.

Psal. 17.

Isaie. 6.

Matt. 13.

Iohann. 11.

Psal. 118.

Luc. 14.

Ioh. 17.

ut

Isaie. 26.

Ioh. 14.

Ibidem.

Leu. 4.

Hic Aaron ueri pontificis Christi typum  
gerit, cum uitulum pro peccato suo immola-  
re iubetur. Ipse enim (ut iam superius diximus)  
peccatum non habuit, sed populi sui pecca-  
tum sibi imputauit, pro quo & patri seipsum  
obtulit. Sed quid est quod à Moysese iussus, ad  
immolandū accedat? Quis est enim tanta pre-  
testatis homo, ut filio dei aliquid imperare pre-  
sumat? Christus tamen moriens, Moysi quo-  
dāmodo obediuit: quia quod Moyses & alij  
prophetæ prædixerant, in seipso compleuit.  
Vnde est illius uox in psalmo: In capite libri  
scriptū est de me, ut facerē uoluntatem tuam  
deus meus uolui. Sed & euangelista Martha-  
us, cum comprehensum eum ab hostibus di-  
xisset: Hoc, inquit, totum factū est, ut imple-  
retur scriptura prophetarum. Nonne ergo Mo-  
ysi moriendo obsecundauit, quod lex ante  
uerbis aut signis pronunciauerat, opibus imple-  
uit? Addidit quoque Moyses, loquens ad Aaron:  
**Offer holocaustum.**

Hic mutatur persona Aaron, & ad pontifi-  
cēs ecclesiasticos refertur. Holocaustum quippe  
hoc, ut supra ostendimus, ipsum est.  
**Et deprecare (inquit) pro te, & pro  
populo.**

Hoc utrum ad Christum, an ad pontifices  
refertur, parum interest. Nā & Christus an-  
te passionem suam pro se orauit, cum suble-  
uatis in cæli oculis, ait: Pater, uenit hora, cla-  
rifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.  
Pro populo quoque orauit, cum inferius adiun-  
xit: Pater, serua eos in nomine tuo quos dedi-  
disti mihi. Et ego pro eis rogo, nõ pro mun-  
do: sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt.  
Pontifices quoque sancti non pro se tantum, sed &  
pro populo sibi commissio deum rogant, cū se-  
ipsum hostiam deo immolant. Sequitur:

**Cumque maclaueris hostiam populi,  
ora pro eo sicut præcepit dominus.**

Quæritur, quam dicat hostiam populi. Du-  
as enim præmisit hostias, uitulum quem præ-  
cepit ut offerret eum Aaron pro peccato suo,  
& holocaustum arietis illius. Nulla ex his di-  
cta est hostia populi. Sed si priorū memineri-  
mus, liquet quia ipsa est hostia populi, quam  
pontifex pro peccato suo offerre præcipitur.  
Superius enim in hostijs pro peccato, cū lex  
pontifici uitulum assignasset, cuius & ritum  
descripsit, uitulum quoque sub eodem ritu pro  
populi ignorantia censuit offerendum: satis  
aperte inlinuans, quod eadem hostia & pon-  
tificis est & populi: quia uidelicet cum ponti-  
fex peccatum suum hostia expiat, in peccato  
suo nõ nisi populi peccatū expurgat. Sequitur:

**Statimque Aaron accedens ad altare,  
immolauit uitulū pro peccato suo,**

cuius sanguinē obtulerūt ei filij sui.  
Constat, filios populi illius ueteris, dei fili-  
os antea nominatos, sicut ipse dixit per Isaiam  
prophetam: Filios genui & exaltaui, ipsi autē  
spreuerunt me. Isti ergo filij qui tantæ boni-  
tati gratiam referre deberent, & quasi uinea à  
summo agricola bene excolta, uinas, non la-  
brificas, afferre, amarissimū fructū protule-  
runt, dum mortis calicē illi propinauerunt. In-  
de est, quod Noe de uinea quæ plātauerat, bi-  
bit & inebriatus est, & nudatus in tabernacu-  
lo suo: quia Christus de manu populi quæ de  
captiuitate extraxerat, & in re promissionis ter-  
ra collocauerat, poculū passionis suscepit. un-  
de & in morte obdormiuit. Tūc enim nuda-  
ta est mortalitas carnis eius, ludæis scanda-  
lum, gentibus autē stultitia. Immolat ergo Aa-  
ron uitulum, cuius sanguinē offerunt ei filij  
sui: quia Christus cū seipsum in ara crucis im-  
molandū præbuit, sanguinis sui effusione de  
manu filiorū sustinuit. Potest & sic intelligi  
quod dicitur, quod filij Aaron sanguinē hostiæ  
suæ patri obtulerunt: cum Christi membra, quæ  
affectu quem erga eos habet, filios nominat,  
dicēs, Non possunt lugere filij sponsi quādiu  
cum illis est sponsus: causam moriendi illi de-  
derunt, nepe pro salute eorum mortuus est.  
Sed de eodem sanguine adhuc subditur:

**In quo tingēs digitū suū, tetigit cor-  
nua altaris, & fudit residuum ad ba-  
sim eius. Adipemque & renuculos &  
reticulum iecoris, quæ sunt pro pec-  
cato, adoleuit super altare, sicut præ-  
ceperat dñs Moysi. Carnes uero &  
pellē eius extra castra cōbussit igni.**

Hic est ritus huius uitali pro peccato: de quo  
quia satis supra tractatum est, in manifestis im-  
morandum non est. Sequitur:

**Immolauit & holocausti uictimam,  
obtuleruntque ei filij sui sanguinē eius.**

Hoc est holocaustum arietis, quem pro se  
ipso Aaron offerre iussus est, cuius sanguinē  
obtulerunt ei filij illius. Si sanguis holocausto  
rum est affectus carnalis, quæ ab unoquoque per-  
fecto abijciendus est, ut in principio opis huius  
de holocaustis tractate disseruimus: san-  
guinem huius uictimæ offerunt Aaron filij  
ipsius, quia pastor ecclesiasticus officij neces-  
sitate stimulatus, dum in doctrina sua commis-  
soribus sibi culpas redarguit, uoce sua admo-  
nitus, in se quoque si quod uitiosum est, citius de-  
prehendit. Offerunt ei filij sanguinem hostiæ  
suæ, quæ altaris circuitū fundat: quia dum eru-  
orum uitia dormientem forsitan & negligenti-  
rem exultant. Vnde sequitur:

Isai. 6.

Isa. 5.

Gene. 9.

1 Cor. 1.

Matt. 9.

Marc. 2.

Quem fudit per altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frustra concissam, cum capite & membris singulis obulerunt.

Cum enim boni discipuli doctoris sui mota prompta mente suscipiunt, & alacriter quae praecipit exequuntur, ipsum etiam doctorem ad bonae operationis studium accendunt. Hostiae siquidem suae illi membra offerunt, cum uerbis illius edocti, de singulis quae eum agere oporteat, factis potius suis quam uerbis fugerunt. Unde & in Iezechiele pauimentum edificij, quod in monte idem propheta conspexit, & gazophylacia eo fuerant ordine distincta, ut & gazophylacia intra pauimentum, & pauimentum intra gazophylacia fuerat stratum. Habet enim pauimentum in circuitu gazophylacia: quia uitam audientium erudit & custodit lingua doctorum. Sed habet ipsa quoque gazophylacia in circuitu pauimentum: quia saepe etiam doctorum cor, uitiatorum tentationibus tangitur, ut modo eleuetur iactatione superbia: modo irae stimulis inflametur. Sed cum bonorum auditorum uitam considerat, eamque profecisse suis exhortationibus pensant, erubescunt se tales non esse: & tanto se in monte stabilium, quanto penes in culpa labebantur. Nam cum ipsa sua doctoribus uerba ad memoriam redeunt, erubescunt non seruare quod dicunt. Boni itaque pastores hostiae suae sanguinem & membra de manu filiorum suscipiunt, cum aut per doctrinam quam eis impediunt, aut per religionem quam in eis aspiciunt, uitia sua quae abijcere, seu bona quae agere debeant, deprehendunt. De quibus membris subditur:

Quae omnia super altare cremantur igni, lotis prius aqua intestinis & pedibus.

Hic est ritus holocausti: de quo qui audire desiderat, ad ceremonias holocaustorum in principio operis huius, recurat. Sequitur:

Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum.

Nonne paulante uitulum quem pro peccato suo Aaron obtulerat, populi hostiam appellauit? Cumque, inquit, mactaueris hostiam populi, ora pro eis sicut praecipit dominus. Sed alia est hostia quam pro omnibus nobis saluator obtulit: alia, quam unumquemque pro seipso offerre necesse est. Neque enim dormientes & negligentes Christi morte saluantur, sed qui uocati illius obtemperant, dicentes: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Per hircum itaque populi poenitentia figurata est. Mactato autem hircu, quod subiungat audiamus:

1ez. 40. & 41.

enim

Mat. 4.

Expiatoque altari, fecit holocaustum.

Quid est quod post hirci mactationem expiat altare, ut holocausti locus idoneus praeparetur, nisi quod per poenitentiam corda nostra mundantur, ut mundata, diuina exinde religioni subdantur. Notandum autem quod idem ordo seruatur, quem paulo ante Moyses in uerbis suis, cum haec praeciperet, exhibuit. Primum namque Aaron uitulum & arietem pro se offerri mandauit, quod eum fecisse modo legimus, & deinde: Ad filios quoque Israel, inquit, loqueris: Tollite hircum pro peccato, & uitulum atque agnum anniculumque, in holocaustum. Hoc est itaque holocaustum, de quo hic dicitur: Expiato altari, fecit holocaustum. Vbi & subditur:

Addens in sacrificio libamenta, quae pariter offeruntur.

Libamenta dicitur, portiones illas quae de singulis oblationibus in partem domini sequuntur, cum holocausto in altari concremabantur: ut de similibus oblationibus plenus pugillifer sacerdotis, & adipis de pacificis siue hostijs pro peccato. Sequitur:

Et adolens ea super altare, absque ceremonijs holocausti matutini.

De holocausto matutino, in Exodo ita legitur: Praecipit dominus Moysi de sanctificatione altaris holocausti, dicens: Hoc est quod facies in altari, agnos anniculos duos per singulos dies ingerit, unum agnum mane, & alterum uespere: decimam partem similiae conspergat oleo tuis, quod mensura habeat quartam partem hin: & uinum ad libandum, eiusdem mensurae in agno uino. Alterum uero agnum offeres ad uesperam, iuxta ritum matutinae oblationis, & sanctificabitur altare in gloria mea. Altare holocausti, ecclesia est, ut saepe dictum est. Haec agni illius oblatione sanctificatur, de quo scriptum est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Huius agni holocaustum, matutinum fuit: quia iustitiae mane, mundo apparuit. Est & uespertinum, quia usque ad seculi uespera ecclesia per ipsum sanctificatur. Ecce ego, inquit, uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Sed & per singulos dies mane offeritur, cum singulis fidelibus eius gratia fidei lumen aperitur. Offeritur & uespere, cum eius auxilio creditis iustitia consummatur. Toties quippe offeritur pro nobis, quoties oblationis suae utilitatem confert nobis. Decima similiae quae agno adiungitur, perfectam animae illius designat puritatem. Olei uero quo similia conspergitur, eam quam nobis exhibuit, inuinit dilectionem. Tuis, id est, tribulationibus probato. In hoc enim (ait Iohannes) cognouimus charitatem dei, quoniam ipse pro nobis ani-

Exo. 29.

Ioh. 1.

Mat. 18.

Ioh. 3.

mam suam posuit. Quaternarius numerus quod in olei mensura seruatur, eiusdem dilectionis exprimit firmitatem. Hic enim numerus per perfectionem & soliditatem solet poni. Unde & quatuor sunt euangelia, ad designandam irreuincibilem eorum autoritatem. Et ligna arcae quadrata fuerunt, ubi sanctos fortitudo expressa est. Quadratum namque, in quocumque latere suo stat, sic & sanctorum uirtus, & in aduersitate & in prosperitate propositi sui rigorem conseruat. Quapropter & in praedicta similia, cum olei quarta pars hin admiscetur, consummationem erga nos significat Christi charitatem, sicut ipse ait: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Seruatur & in uini libatione mensura eadem, quia de eius morte gaudium indeficiens generi prouenit humano. De quo ipse ait: Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Et sanctificabitur, inquit, altare in gloria mea. Dei gloria est, non nostra, quod nos non quaerentes se quaesuit, non eligentes elegit, non inuocantes se prior uocauit. Sed quoniam nos quoque pro salute nostra aliquid agere oportet, iubeat lex nostrum offerri holocaustum, etiam post ceremonias holocausti matutini, ne scilicet in uacuum gratiae eius accipiamus: sed iuxta beati Petri uocem, omnem curam subinfereamus, ministremus in fide nostra uirtutem, in uirtute scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam: sicque per bona opera, certam nostram uocationem & electionem faciamus. Sequitur:

Immolauit & bouem atque arietem, hostias pacificas populi.

Iam & has hostias post holocausta praeciperat Moyses offerri, ut praecedens lectio demonstrat. De quibus adhuc subditur:

Obtuleruntque ei filij sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitu.

Offert pontifex hostias pacificas domino, cum de plebe aliquas animas ad pietatis cultum conuertit. Qui enim conuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suae, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Harum quoque hostiarum filij sui sanguinem illi offerunt, cum fideles quos uerbo erudit, per confessionem conscientias suas illi aperiant, ostendentes uitiorum putredinem, quam de uisceribus eorum admonitionis paternae manus eiicit.

Ioh. 15.

Ioh. 16.

Exo. 29.

2. Co. 6.

1. Pet. 1.

1. Co. 5.

\* Adipes

pes in altari, pectora eorum & armos dextros separauit Aaron, eleuans coram domino, sicut praeciperat Moyses.

Quid putamus cause esse, ut adipem ceterae mandati pectoribus superponeretur? Responde mihi Iudae, Moyses iste tuus, quem ad caelum laudibus effers, ut quod tot inutiliter agit? Taceo enim de mortibus pecorum, quas se non appetere dominus per prophetam testatur, dicens: Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum & hircorum nolui. Cum ueniretis ante conspectum meum, quis quaesuit haec de manibus uestris? Taceo de holocaustis, quae phibet domino odorem suauitatis asferre, quasi habeat nares, quibus odoretur deus. Praeterea & adipem hostiarum, quos domino in partem suam sequuntur, tanquam tali pinguedine delicias diuinis epulis paraturus. Sed & sanguinem praetermitto, quem ita abominabilem deo perhibet, quasi non sit creatura eius qui fecit omnia bona ualde. Praesentem locum discutio, & huius facti quod adipem concremandos non cremandis pectoribus superponi audio, rationem a te exposco. Nonne uerum tibi uideatur, quod Apostolus noster asserit, haec omnia non solum figuratim dici cum scribuntur, sed etiam in figura facta esse cum celebrarentur? Alioqui delirare uidebitur tanti uiri sapientia, & puerorum more in extis & caudis & adipibus pecorum ludum exercere. Quaremus ergo huius facti mysterium. Satis enim apte noui testamenti sanctitas hic praesignata est. Redemptor quippe noster ueniens, legem transcendit praecpta: & ab electis suis non solum luxuriam carnis, sed etiam cordis aboleuit, dicens: Scriptum est, Non adulterabis. Ego autem dico uobis, quoniam omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Per Moysen quippe, luxuria perpetrata: per autem uero munditia, luxuria cogitata damnatur. Hinc est quod angelus qui Iohannem alloquitur, zona aurea ad mamillas cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti noui munditia etiam cordis luxuriam frenat, angelus qui in eo apparuit, in pectore cinctus uenit. Quem bene zona aurea stringit: quia quisquis supernae patriae ciuis est, non iam timore supplicij, sed amore charitatis immunditiam deserit. Adipem itaque super pectora concrematur, cum affectus carnales non solum retrahuntur ab effectu operis, sed in ipsa conscientia igne diuini absorbentur amoris. Sed quid est quod cauda arietis cum adipibus super pectora posita perhibetur? In cauda sicut finis est corporis, sic & consummatio intelligentiae propositae conuersationis. Et ipsa itaque pectori imponitur, cum quilibet accedens ad seruitutem

Ioh. 1.

1. Cor. 10.

Mat. 5.

Apo. 1.

Ecc. 2.



dei, propofiti fui perfeuerantiã apud fe conftituit: & hoc quod aggregius effe, fe ufq; ad finem cuftodire promittit. Aloquiquomodo perfeuerabit in opere fanctitas, fi in corde plãtata non fuerit pfeuerandi uoluntas: Quod uero dicitur Aaron pectora & armos ſibi ſequetraſſe, hoc eſt ius illius, de quo in lege pacificorum ſatis actum eſt. Quãobrem ſequentia uideamus.

**Et extendens manum ad populum, benedixit eis.**

Populus poſt oblationes hoſtiarum merito deuotionis ſuã per pontificem benedicetur, ut illud impleatur quod ſcriptũ eſt: Terra ſape uenientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunitam illis à quibus colit, accipit bñdictionẽ à deo. Sequitur: Sicq; completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit.

Hoſtias pro peccato, dicit uilulum pontificis, & populi hircum. Notat autem hic beat⁹ Auguſtinus, ſcãnum ligneum aut aliquid ſimile, altari appoſitum propter eius altitudinem: quã cum trium cubitorum eſſet, non facile quẽq; ſacerdotum ad miniſtrandum admittēbat ſine aliq; additamẽto. Gradus enim fieri non licebat, prohibente domino: Non

ascendes per gradus ad altare meum. Ex illo itaq; ſcãno nõ adherente, ne gradus eſſet, ſed ad horam appoſito, ut miniſtrantibus in adiutorium fieret, deſcendit uidetur Aaron cõpleto miniſterio ſuo. Quod ſi myſterii requiris, rursus in perſona Aaron typi Chriſti conſidera. Ipſe enim oblatiſ hoſtijs populi, deſcendit ad populum: illud in opere ſuo reprãſentans, quod dñs omnibus obſequentibus ſibi pollicitus eſt, dicens: Si quis diligit me, ſermonẽ meũ ſerua bit. Et pater meus diligit eum, & ad eũ ueniamus. Deſcendit itaq; Aaron ad illos, qui per manus eius hoſtias ſuas deo obrulerant: ut nos intelligamus, quaerentes regnum dei, & diuinis obſequijs inhaerentes, Chriſti gratia nunquam deſerit.

Vbi unq; enim ſunt duo uel tres congregati in nomine illius, ipſe eſt in medio eorum. Ingreſſi autem Moyſes & Aaron tabernaculum teſtimoniũ, & deinceps egreſſi, benedixerunt populo.

Cõpleto officio ſuo, ingreditur Aaron tabernaculũ: quia Chriſtus peracto patris imperio, reuerſus eſt in cœliũ. Inde Apoſtolus: Chriſtus, inquit, aſſiſtens pontifex futurorũ bonorum, per amplius & perfectius tabernaculũ nõ manufactũ, introiuit. Et ipſius Chriſti uox eſt in pſalmo: Si introiero in tabernaculũ domus meã, donec inueniã locũ dño, tabernaculũ deo Iacob. Poſt q; itaq; locũ in terris patri ſuo, & tabernaculũ in hoibus doctri-

na ſua & ſanguinis ſui precio pparauit, ipſe q; in tabernaculũ illud cœleſte introiit. Intra cum eo & Moyſes, imo quodãmodo præcedit eum: quia lex & prophetã ſicut mortem eius ante prædixerat, ſic & reſurrectionẽ, & ad cœlos aſcenſionem. Vbiq; Moyſes illũ comitat: ga uox pphetarum per omne qd agit, illi adiungitur. Nã & egrediente eo tabernaculũ, Moyſes cum eo eſt. Interim quidem, ut ait apoſtolus Petrus, oportet ut cœliũ eũ ſuſcipiat ufq; in tẽpora reſtitutionis omnĩũ: ſed ſuis temporibus oſtendet eũ beatus & ſolus potẽs, rex regum & dñs dñantium. Ille ergo qui ingreſſus eſt cœleſte tabernaculũ, iterum regredietur ad nos, ueniens ad iudiciũ ſuum. Quem & hic q; Moyſes comitabitur: quia uox pphetarũ de hoc eius reditu non tacuit, quã orbem per eum iudicãdum tanto ante prædixit. Rediit, & cum eo eſt Moyſes: ga in hoc quod per eum agitur, prophetia completur. Deinceps (inquit) egreſſi, bñdixerunt populo. Paulo ante de Aaron dictum eſt, quod extendens manũ ad populum, bñdixit ei: & nunc ſecundo dicitur, quod egreſſi Moyſes & Aaron de tabernaculo, bñdixerunt populo. Quã eſt huius ſecũdã bñdictionis ratio? Vide q; non caret myſterio. In præſenti etenim dat nobis bñdictionem ſuã ipſe qui legẽ dedit, cum per ſpũ ſuũ nos iuuat, ut implere poſſimus quã præcepit. Vnde & alius pſalmus, cum timentis deũ uirtutes enumerat, dicens: Vxor tua ſicut uitis abundã in lateribus domus tuã, ſilij tui ſicut nouellã oliuarũ in circuiſu menſã tuã: Ecce, ait, ſic bñdicitur homo qui timet dominũ. Benedicit ergo in præſenti timentes ſe deus, quãdo iuſtitia fructus in eis multiplicat. Sed hanc bñdictionem alia ſequetur bñdictione. Si quidem expectat iuſtitia fidelium coronã ſuã, quia reſpoſita eſt, inquit, mihi corona iuſtitia. Et pſalmus: Bñdices coronã anni benignitatis tuã. Annus benignitatis dei, tempus eſt gratia: in quo ipſe dedit hominibus benignitatem ſuã, ut terra noſtra daret fructum ſuum. Sed huius anni corona benedicetur, quia labori ſanctorum in æterna uita merces ineffabilis cõpenſatur. Benedicit itaque nunc Chriſtus ſuos, cum fructum iuſtitia in ipſis multiplicat, benedicit & ſecundo, cũ de cœleſti tabernaculo ad nos exiẽs, dabit gratiam pro gratia: quia iuſtitiam quam dedit, æternã beatitudinis præmio coronabit. In qua benedictione Moyſen habet ſecum: quoniã quod tũc complebitur, per ſcripturas ante prænuũciabatur. Benedicit quippe eccleſiam lex, quam in nouiſſimo bñdicendam prædicit. Sequitur:

**Apparuitq; gloria domini omni multitudini.**

Paucis uerbis & fulguris inſtar, in nouiſ-

ſima prophetiam uibrauerat: nunc ad præſentia reuertitur. Dicit cõpletum eſſe, quod populo ante promiſerat, dicens: Facite, & apparere uobis gloria eius. Fecerant quod iulterat. iuſtum erat ut exhiberetur eis quod ſpondederat. Et hoc eſt quod dicitur: Apparuitq; gloria domini omni multitudini. Sed cuiuſmodi hæc gloria fuerit, conſeſtim manifeſtatur cum ſubditur:

**Et ecce ignis egreſſus a domino, deuorauit holocauſtum & adipēs qui erant ſuper altare.**

Queritur, de quo holocauſto hoc dixerit. Duo enim genera holocauſtorum ſupra poſuerat, arietem pñtificis, & holocauſta populi. De primo dictum eſt, quia caput & membra ſingula de manu filiorum ſuſcipiens Aaron, cremauit ſuper altare. Sic & in ſecundo. Fecit, inquit, holocauſtum, & adoleuit ſuper altare. Cum igitur & primum & ſecundũ holocauſtum manu Aaron ſit incenſum, quod eſt illud quod ignis egreſſus à domino, deuoraffe perhibetur? Sed ſi legem recolimus holocauſti, ubi tota nocte ſuper altare concremari iubetur: patet, quia carnes illi: mox altari impoſita, non poterat cõſumi: ſed ſequenti noctis ſpatium in ipſo igne facientes, mane quoque extra caſtra eſſebantur: & ibi in loco mundo, ſi quid nondum crematum fuerat, cremabatur. Nunc autem aliter factum eſt. Non enim in conſumptione carniũ, iuxta morem, læta uis ignium fuit: ſed egreſſus ignis à domino, de tabernaculo ſcilicet exiens, aut de cœlo deſcendens, uel forte de ipſo altari, per dei uoluntatem ſolito uehementius exar deſcens, hora eadem uorauit holocauſtum. Et hæc fuit uirtus miraculi, de qua continuo ſubditur:

**Quod cum uidiffent turbæ, laudauerunt dominum, ruentes in facies ſuas.**

Hanc quoque dixit gloriam dei: quia gloria dei eſt, quotieſcunq; aliquid agit unde glorificetur ab hominibus. Sed & de reſurrectione Lazari dicit ipſe dominus Marthæ: Si credideris, uidebis gloriam dei. Quẽ uero ſi facti huius ſignificatio, non ab re eſt inueſtigare. Ignis enim egreſſus à domino, ſpirituſ ſanctus eſt, qui à patre filioq; procedit. De q; ipſe dominus: Ignem ueni mittere in terram. Hic ergo ignis in terram miſſus, id eſt, hominibus datus, holocauſta uorat: quia perfectorum corda in ſuum amorem rapiens, & ab effectibus mundanis ſecernẽs, omnem eorum uirtutem & ſtudia ad diuinam tranſfert militiam. Vnde ille magnus CHRISTI amator, huius ſpirituſ igne abſorptus, dicebat: Mihi uiuere Chriſtus eſt, & Vio autẽ iam non

ego, uiuit uero in me Chriſtus. Adipes ueroſ pacificorum, non tamen ipſas hoſtias pacificas uorat ignis iſte: cum mentes religioſorũ ſecularium in affectum diuinã dilectionis accendit, non tamen ea integritate, ut à mundanis negocijs prius alienare, & ſpiritualibus ſe ſtudijs uelint occupare. Cum autem religio diuina tam in prælatiſ quã in ſubditis floret, hæc eſt dei gloria: quam uidentes homines, non poſſunt niſi glorificare & laudare tanti muneris autorẽ. Inde enim per prophetam ſcriptum eſt: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Cœlos gippe dei gloria operit, cum prædicatores ſanctę eccleſiã ſpirituſ ſancti gratia illuſtrati, miraculis coruſcant: & cœleſti ſapientia pleni, doctrina ſua terram inebriant, angelicam inter homines conuerſationẽ agentes. Ad huius gloriã contemplationem terra illius laude repletur: quia homines terrena adhuc ſapientes, qui ad eius maieltatem contemplandam oculos leuare non poſſunt, dum uident homines dei præſentia glorificatos, inhabitatorem ipſorum benedicunt deum. Nec præteribo quod iam à patribus ante notatum eſt, aliud eſſe cum quis in faciem, aliud uero cum retro cadere dicitur. In faciem nanq; cadit, qui ſponte ſua ſe deſcendunt. Ibi enim cadunt, ubi uident: quia peccatorum ſuorum memores, aut magnitudinem admirati diuinũ, ſcientes & uolentes coram deo ſeſe abſcũdit. Retro autem cadere, eſt, improuidum & inopinantem ad æternam mortem deſcendere. Retro enim nobis eſt, qd ab oculis noſtris auerſum, nobis abſcõditum eſt. Hinc eſt quod de domini peccatoribus dicitur: Abierunt retrorſum, & ceciderũt in terram, & Fiat Dan coluber in uia, cerastes in femina, mordẽs unguis equi, ut cadat aſcẽſor eius retro. Hic autem: Quod cum uidiffent turbæ, laudauerũt dominum, ruentes in facies ſuas.

De morte filiorum Aaron. Caput II.



ctenus in ſacerdotij ueteris ceremoniis, noui ſanctitas & excellẽtia adumbrata eſt. Sed quia illa umbra erat, non ueritas, & ſuperueniente die inclinari habebat: oculus illius, in morte filiorũ Aaron, expreſſus eſt. Quia em (ut ait Apoſtolus) p ſacerdotiũ Leviticũ cõſummatio nõ erat, neceſſe fuit ſecundũ ordinẽ Melchizedec aliuſ ſurgere ſacerdotẽ. Veteris itaq; illi ſacerdoti, qd antiquati eſt & ſenuit, morientibus & diuino igne abſumptis, futur⁹ deſignabatur interitus. Quod ut magis appareat, filios quoque Eli ſacerdotis ad memoriã reuocemus: quorum etiam obitus, manifeſt e antiqui illius ritus mutandi & ſacerdotiũ tranſferendi, ſig-  
Hab. 3.  
in facie cadere.  
Retro cadere.  
Ioh. 18. Gen. 49  
Heb. 7.

Heb. 6.

Exo. 10.

Ioh. 14.

Matt. 18.

Heb. 9.

Pſal. 131.

Actu.

1. Tim. 6.

Actu.

Pſal. 97.

97.

Leuit. 6.

Pſal. 117.

2. Ti. 4.

Pſal. 64.

Ioh. 11.

Ioh. 11.

Luc. 12.

Phillip. 1.

Gal. 2.

**1. Reg. 2.** ra fuit, dicente domino ad Eli: Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit dominus: Absit hoc a me. Sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contempnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies ueniunt, & praedicabitur brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Hoc autem erit tibi signum, quod uenturum est duobus filiis tuis Ophni & Phinees: In die una morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciat. Iratus dominus contra Eli, nequaquam principaliter filiorum morte multandum eum testatur: sed stirpis suae reprobatione, & honoris priuatione pontificalis: filiorum uero interitum, non summam diuinae ultionis, sed signum potius futurae calamitatis esse praedicat. In Isaiâ quoque per expulsionem & mortem pontificis, idem expressum est. Ingrederet, ait dominus, ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam praepositum templi, & dices ad eum: Quid tu hic? aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, (existimabat enim se usque ad mortem in loco perseveraturum) ecce dominus, inquit, asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus. Gallus est utique, quicumque bene praesert in templo dei, quia uoce sua ad uigilandum excitat populum dei. Sed iste gallus gallinaceus uocatur, quasi muliebria sectatus, & uoluptatum amator magis quam dei. unde & a ministerio sancto remouendus pronunciatur. Et quasi amictum, sic subleuabit te. Si amictus erant illarum antiquae ceremoniarum, ergo quasi ueritatem tegebant, non exhibebant. Unde & remouenda quandoque fuerant, ut lux ueritatis quae sub eis uelabatur, euidentius appareret. Quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam, ibi morieris. Lata est siquidem porta & spatiosa uia terrenarum concupiscentiarum, quae ducit ad perditionem: cuius plautem & delicias secuti temporis illius pontifices, reprobati a deo & officio suo priuati sunt. Mittit autem illuc dominus quando non retrahit, sicut de quibusdam ipse loquitur in psalmo: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. ibunt in adinuentionibus suis. Expellam te de fratre tua, & de ministerio tuo deponam te. Noui quoque sacerdotum formam inducens: Et erit, inquit, in die illa uocabo seruum meum Eliachim, & induam illum tunica tua, & caetera quae sequuntur, quae magis ad uerum pontificem Christum, quam ad alium quem alium referri possunt. Ut igitur iam ad nostra descendamus, uerba legis ex ordine ponenda sunt:

LEVITI Arreptisq; Nadab & Abiu filij Aa

ron thuribulis, posuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram domino ignem alienum, quod eis praecceptum non erat. Egressusq; ignis a dno, deuorauit eos, & mortui sunt coram domino.

Ut supra iam legimus, iuxta praecceptum domini, in altari holocausti ignis semper ardebat. Inde uero sumebatur ignis, quoties pontifex super altare thymiamatis incensum adoleret, aut si quando thuribulorum usum per manus sacerdotum cultus diuinus exposceret. Nam in libro Numeri cum plaga defecisset in populum, praecipit Moyses Aaroni, dicens: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, ut roges pro eis. Quod cum fecisset Aaron, stetit inter mortuos & uiuentes, & plaga cessauit. In Apocalypsi quoque legitur stetit angelus ante altare, & accepit thuribulum, & impleuit illud de igne altaris. Ignis itaque altaris, sacer erat. Qui uero alium sumebatur, deputabatur alienum, & ministerijs diuini indignus. Credendum est ergo forsitan filios Aaron, cum ui subiti ignis holocausta deuorata conspicerent, nouitate miraculi perturbatos, non ausos fuisse accedere ad altare: sed aliunde festinanter rapto igne & thuribulis imposito, pro gratiarum actione incensum domino obtulisse. Sed si recte (inquit) offeras, recte autem non diuidas, peccasti: creditur, eos obsequij deuotionem pie domino exhibuisse: sed quia ignem alium quam cuius praecceptum acceperant, thuribulis suis imposerunt: inobedientiae quidem non caruerunt reatu, crimen uero danabile significauerunt magis quam admiserunt. Nam & mors eorum, aeternae mortis figuram potius quam ueritatem exhibuit. Omnia enim in figura contingebant illis. Quis ergo est sacer ignis, nisi quem IESVS misit in terram, charitas scilicet dei & proximi, quae diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui ab illo datus est nobis? Huic incensum imponendum est, quod deo offertur: quia nulla oratio illi accepta est, quae non hoc affectu excitatur. Nam si ardeat ira conscientia tua, ardeat odium, ardeat auaritia, ardeat luxuria, in thuribulo cordis tui ignem portas alienum: cui finitimo imposito ad dominum accesseris, ut coram ipso in eius ministerio constitutus, mortem eorum quos odio habes, ab eo exposcas: proximorum pecuniam quam per auaritiam finitimo exposcas: rerum omnium abundantiam, per quam luxuriae tuae satisfacias, exposcas: iam iamq; expecta, quando egressus ignis diuini iudicij te absorbeat, & ad aeternae mortis damnationem trahat. Hec est enim oratio de

ci capu x.

Num. 16

Apo. 8.

1. Cor. 10.

Luc. 12.

Roma. 5.

**Psal. 108.** qua scriptum est: Et oratio eius fiat in peccatum. Octaua itaq; die Nadab & Abiu offerentes ignem alienum, incensi sunt: quia tempore Christianae fidei iam luce ueritatis prolata, ritus ille antiquus abolitus, & legale sacerdotum, quia non pro charitatis deuotione, sed pro terrena cupiditate domino ministrabat, officio suo priuati sunt. Inde est enim quod per Malachiam dominus eos reprobat, dicens: Quis est in uobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Ille nanque ostium claudit, qui deo seruatis, aditum concupiscentiae obstruit, ut gratis deum colat, dum obsequij sui magis diuinam gratiam, quam terrenum aliquod commodum remuneratione expectat. Sed & nominibus suis isti filij Aaron illorum hominum temeritatem & praesumptionem satis insinuat. Nadab quippe, interpretatur spontaneus: Abiu, pater meus. Manifeste ergo illi expressi sunt, qui ad honorem sacerdotum sponte se ingerebant, cum nemo nisi uocatus accedere debeat: & qui non iustitiae merito, sed carnalis posteritatis priuilegio sacerdotale officium usurpabant. Expulsi sunt itaq; illi de ministerio suo, & sacerdotalis dignitas ad ecclesiasticos principes translata est. Nostrum quoque tempore quicumque in sacris ministerijs positi, igne uruntur non sacro: ueniet dies octaua resurrectionis, in qua diuini ignem experientur examinis. Sequitur:

Dixitq; Moyses ad Aaron: Hoc est quod locutus est dominus: Sanctificabor in his qui appropinquat mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audies Aarō, tacuit.

Contristatus fuerat pater super repentina filiorum morte, & acri dolore percussum cor eius: sed tamē diuini percepta censura iudicij, tacuit: nec quod dei uoluntate factum audiebat, reprehendere praesumpsit. Sic sancti patriarcharum & prophetarum, qui paterno affectu populo illi praerant, cum per spiritum prophetiae spoliandum eum in consummatione temporum sacerdotum gloria & diuina priuandam gratia praesentirent, licet gentis suae calamitatem charitatis uisceribus egre ferret: inde tamen consolabantur, quod illius haec erat dispositio, cui nulla contraire potest humana conditio. Attende Ieremiam, quo dolore contritionem uirginis filiae populi sui profequatur, dicens: Deducant oculi mei lachrymas per diem & noctem, quoniam contritione magna contrita est uirgo filia populi mei. Et ad ipsum dominum conuersus: Nunquid, ait, proiciens abiicisti Iudam? Quare percussisti nos ita ut nulla sit sanitas? Quod quia de Christianis dixerit temporibus, statim aperuit cum subiit

Ierc. 14.

Ibidem.

xit: Expectauimus pacem, & non est bonum: tempus curationis, & ecce turbatio. Expectabat enim Iudaei Christiani, omnibus obtemperantibus sibi causam salutis futurum. Sed quia cum in propria uenisset, sui eum non receperunt: facta est inter eos non modica turbatio, alijs dicentibus, bonus est: alij, non, sed seducit turbas. Siquidem angelus in piscinâ descenderat, & turbabatur aqua. Propheeta itaq; cum per hoc quod futurum praeuidebat, apud dominum quereretur, quid responsi ab eo acceperit, statim subintulit, dicens: Et dixit dominus ad me: Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Eijce illos a facie mea, & egrediantur. Postquam dominus uocem etiam ipse in aurois sententia trahens, & in ira contra eundem populum succensus: Quis, inquit, miserabitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro peccatis tuis? Ruinam itaq; populi sui humano plangebatur affectu: sed cum iustitiam supermi respiceret iudicis, a quo animo ferebat, quod diuini examinis regula disponebat. Possem & in alijs prophetis idem ostendere, nisi prolixitati parcendum foret. Solum inducam Apostolum, qui hoc iam uidebat expletum quod antiqui pronunciauerat explendum. Fratres, inquit, uoluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum, sit pro illis in salutem. Sed cum intelligeret diuinae mysterium hoc esse prouidentiae, quae omnia concludere sub peccato, quod caecitas ex parte contigit in Ierusalem, profunditate sapientiae & scientiae dei admiratus, omnia opera ipsius irreprehensibilia esse confitebatur, dicens: Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula, amen. Plangat igitur Aaron filiorum mortem, quia pater est: sed tamen creatoris sui cedat uoluntati, quia seruus est. Quid uero ad eum per Moysen locutus sit dominus, confiderandum est. [Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor.] Sanctificatur apud homines deus, cum se sanctum esse demonstrat. Inde est quod in oratione nostra petimus, dicentes: Sanctificetur nomen tuum, id est, sanctum innotescat hominibus nomen tuum. Alioqui deus sanctificari non potest, qui semper sanctus est. Quod autem sanctitatem suam hominibus deus aperit, nisi cum de peccatoribus ultionem capiens, se eorum nequitiae non consentire ostendit? Inde est quod Leuiticus cum propter idololatram, etiam fratres suos & filios occidentes, ultio essent, ait illis Moyses: Consecrasti manus uestras hodie domino, unusquisque in filio aut fratre suo, ut des uobis benedictio. Tunc utique sanctificati sunt, quando de populi impietate ultionem sumperunt. Dominus igitur cum in peccatores uindicat, sanctum se esse demonstrat, & inde a populo glorificatur, dicens

Ibidem

Heb. 5.

Ioban. 1.

Ioban. 7.

Iohā. 5.

Ierc. 15.

Ibidem.

Roma. 10.

Roma. 11.

Mat. 6.

Luc. 11.

Exo. 32.

xac

Proh. 14. re Salomone: Qui dicit impio, iustus es: maledicent ei populi, & detestabuntur eum tribus. Qui arguunt, laudabuntur: & super illos veniet benedictio. In his autē qui appropinquat ei, primū iudicat dominus: ut quia alii (quod suum erat) non sunt norma uiuendi, ad aliorum correptionē diuini in se ipsis censuram representent iudicij. Inde est quod in Tezechiele exterminatoribus illis diuina uoce præcipi: A sanctuario meo incipite. Vbi & Phelthias princeps populi, repete mortuus introducitur. Eadem quippe & ibi mysterij ratio habetur, quam nos quoque in præsentia tractamus. Sequitur:

Vocatis autem Moyses Misaele & Elisaphan, filijs Oziel patruū Aarō, ait ad eos: Ite, & tollite fratres uestros de conspectu sanctuarii, & asportate extra castra. Cōfestimq; pergentes, tulerunt eos sicut iacebant, uestitos tunicis lineis, & eiecerunt foras, ut sibi fuerat imperatum.

In Exodo, ubi Moysi & Aaron genus describitur, legimus qd Caath filius Leui, genuit Amram & Oziel, quorum Amram genuit Moysen & Aaron. Filij autem Oziel, Misael & Elisaphan. Hi sunt quibus præcipitur, ut fratres suos qui mortui fuerant, tollant à conspectu sanctuarii. Fratres autem dicuntur, locutione scripturę, quibet cōsanguinei. Sed ad mysterium ueniamus. Mors filiorū Aaron, iam dictum est, quod ueteris sacerdotij designat interitū. Mortui itaq; sacerdotes, de conspectu sanctuarii fratrum suorum opera tolluntur: cum ritus ille antiquus qui per Christi aduentū finem accepit, per apostolos ipsi us populi filios, à cultu sanctitatis iā alienus ostenditur. Asportare enim mortuos extra castra, est, omnes qui adhuc illi superstitioni dediti sunt, à cōsortio fidelium sequestratos docere. Ipsa est locutio quam supra designauimus, cum per illum euāgelicum patrem familias seruis præcipitur: Adducite uitulū saginatum & occidite, id est, occisum prædicare. Qui sunt autem qui mortuos efferunt: Misael & Elisaphan. Satis apte his uerbis ministri noui testamēti expressi sunt. Misael quippe interpretatur, atrectatio dei: Elisaphan, dei mei specula. Illos itaq; accipim, qui hoc quod erat ab initio, audierunt & uiderunt, oculis suis perspexerunt, & manus ipsorum tractauerunt de uerbo uitę. Qui etiam cū Apostolo dicere possūt: Nos reuelata facie glorię dei speculantes, in eisdem imaginē transformamur. Isti autē duo filij sunt Oziel, quod interpretat, fortitudo mea deus. Ministri quippe gratię, non de uiribus suis præsumunt, u-

stitionem suā sibi arrogantes, ut iustitię dei nō sint subiecti: sed omnem spem suam in diuina largitate collocant, dicentes: Diligē te domine fortitudo mea. & quia fortitudinē meam ad te custodiam. Notandum autem quod mortui cum sacris uestibus eiiciuntur: quia progenies Aaron, quę pro sola carnis originis sacerdotium sibi usurpabat, necnō & ipse ritus antiquus: à diuina religiōe alienus doctet.

Prohibentur filij Aaron fratrum suorum plangere interitum. Caput III.



Locutusq; est Moyses ad Aarō, & ad Eleazar atq; Ithamar filios eius: Capita uestra nolite nudare, & uestimēta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio.

Notandum quod filij Aaron diuino iudicio interempti, ipsi quoque sunt filij Aaron, quibus post eorum obitum sacerdotij iura delegantur. Non enim repulit deus plebem suam quam præsciuit. Si de stirpe Aaron aliqui rami fracti sunt, à quibus etiā pontificalis dignitas sublata est: aramen in apostolis eiusdem sanguinis participibus, ipsius sacerdotij gloria amplior & longē præstantior perferauit. Vñ propheta Lezechiel cū exterminium gētis suę iam in spiritu fieri p̄uideret, cum de morte quoq; p̄ntificis quod paulo ante tetigimus) inferius subiecisset. Factum est cum prophetarem, Phelthias filius Bananię mortuus est: & cecidi, inquit, in faciem meam, clamans uoce magna & dixi: Heu heu dñe deus, cōsummationem tu facis reliquiarum Israel: Quid uero consolationis acceperit, continuo innotuit cum subiunxit: Et factum est uerbum dñi ad me, dicens: Fili hominis, fratres tui, fratres tui, uiri propinqui tui & omnis domus Israel, uniuersi quibus dixerūt habitatores Ierusalem, longe recedite à dño, nobis data est terra in possessionem. Plangebat siquidem fratrum suorum illius temporis sacerdotum, deiectionem fratrum tñ carne, non spū: quia licet sanguine p̄pinqui, at morib; longe \* distineti. Dicit ergo ei respōso diuino: Fratres tui, fratres tui, ut bina nominis huius repetitione eos intelligeret, cum quibus illi non sola carnis propinquitas, sed spiritus maior esset affinitas. fratres in quā tui & uiri, qui uere propinqui tui sunt, subaudiendum, quia gloriam sacerdotij quę istis aufertur, in se diuino collata munere lætabuntur. Plangebat quoq; totius populi futuram calamitatem, sed pro consolati-

one audit, quia omnis domus Israel q̄ ab habitatoribus Ierusalem eiicienda & abominanda fuerat, gratiam diuinam quam illi perdididerant, fore adeptura. Vbi quę alia quā primitiua ecclesia, quę de filijs populi illius cōgregata est, intelligitur? Hos enim alij fratres sui de synagogis suis expulerunt: & alienos à deo existimantes, cum eos interficerēt, obsequiū se præstare deo arbitrati sunt. Sed ad nostra redeamus. Præcepit Moyses Aarō & filijs eius Eleazar atq; Ithamar, dicens: Capita uestra nolite nudare. Per hos tres, recte trinitatis prædicatores \* accipiuntur. Aaron siquidē, mons fortis interpretatur: Eleazar, deus me; adiuutor: Ithamar, est amarus. Quę omnia ad doctores nostros congrue referuntur. Ipsi enim sunt montes, qui translati sunt in cor maris, uidelicet in nationes dispersi, & ad debellandum mundi principem directi. Quorum fortitudo in prophetę persona describitur, cum uoce diuina ad eū dicitur: Dedit te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum omni populo terrę. Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia tecū ego sum, ait dominus, ut liberem te. Ipsi tamen cum præuaricantes uiderint, zelo suo tabescunt. Vnde eos respicit, quod per alium prophetam dicitur: Abij amarus in indignatione mea. Sed quoniam dei auxilio sustentatur: Manus, inquit, dñi erat mecum, confortans me. Quid igitur istis tribus præcipiatur, cōsideremus. [Capita uestra nolite nudare, & uestimenta nolite scindere.] Mos erat lugentium, uestimenta scindere: & capitibus nudatis, puluerem aspergere. Vnde Iob, audita morte filiorum, scidit uestimenta sua. Et in Regum libro legitur, quod capta arca dei ab allophylis, uenit in Silo uir de Benjamin scissa ueste, & puluere aspersus caput, & nunciavit Eli. Dum itaq; Aaron filijsq; ipsius, ne capita nudent aut uestimenta scindat, interdicitur: manifeste, ne mortem fratrum plangere debeant, prohibentur. Vnde subiungitur:

Fratres uestri & omnis domus Israel plangent incendium quod dominus suscitauit. Vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioq; peribitis. Oleum quippe sanctę unctiōnis est super uos.

Primo querendum, cur non sinantur flere mortuos suos, cum hæc potius pietas uideretur: secundo, quid est quod tabernaculi eis interdicitur exitus, cum iam illi septem dies completi essent, de quibus superius dictum est. De ostio tabernaculi non exibitis septem diebus, & quia septem diebus finitur consecratio. Vt igitur primam partem pri-

mitus pertractemus, sciendū quia non compassionem quę cōsanguineis solet impendi, detestatur dominus, cum hoc sanctos patriarchas & prophetas uenit ut plangeret & fletet eam. Iacob quoque mortuum existimans Ioseph, scissis uestibus indutus est cilio, lugens filium multo tempore. Ipso uero mortuo Iacob, Ioseph cum fratribus suis & cunctis senibus domus Pharaonis, deferens patrem in terram Chanaan, uenit ad aream \* Adad, quę sita est trans Iordanem: ubi celebrantes exequias planctu magno atque uehementi, impleuerunt septem dies. Sed & Iosia rege mortuo, scriptum est quod uniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias autem maxime. In Ecclesiastico etiam legimus, quod luctus mortui septem diebus legitime celebratur. Et præcipiendo ibidem dicitur: Fili, in mortui produc lachrymas. Postremo ipse dominus, nōne ad sepulchrū Lazari lachrymatus esse perhibetur? Quid est itaque, quod Aaron ac filij eius plangere mortuos suos prohibentur? Cum enim dicitur eis, fratres uestri plangent incendium: in promptu est aduertere, illis interdici, quod alijs tantum conceditur. Viget igitur hic potissimum figura, ut in alijs libri huius locis. Itera tamē ita saluari potest: iustum siquidem est, ut omnia quę diuinę placent providentię, licet uoluntati nostrę contraria sint, æquo animo perferamus. Quamobrem indignum erat, ut sacerdotes qui sicut officio, sic animo deo coniungi debent: mortem quam deus reis suo intulerat iudicio, immoderato dolore prosequerentur. Maxime sanctificationi parcēdum fuit, ne aut sacras uestes quibus nuper cōsecrati fuerāt, scinderēt: aut potifex capiti suo quod sacrum perfulerat unguentum, puluere forsitan prædoloris nimie rate conspergendo, tiasq; ornatum detraheret. Sed in his omnibus mysterium perferendum est. Mors enim filiorum Aaron, ut præmissum est, ueteris sacerdotij designat occasum. Hic per Christi ueri pontificis aduentum factus est. Ipse quippe in hoc Ioseph dominum ostendit, quod legi quę per Moysen data fuit: quādo uoluit, finem dedit, & ceremonias legales euāgelicis decretis euacuauit, quam tamen eius potentiam, sacerdotij pharisæorumq; typus quā molestē acceperrit, euāgelicę atque apostolicę testantur litterę. Dicebant nō esse hominem ex deo, qui sabbatum non custodiebat. Et cum transiret sabbato per sata, discipulis uellentibus spicas & manducantibus, calumniabantur ei dicentes: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere sabbatis. Quibus ipse cuius potestatis esset aperiens, & quia quod prius illicitum fuerat eo prohibente, iam fieri licebat

Gene. 23.

Gene. 37.

Gen. 50.

\* Azad

2. Par. 35

Ecc. 38.

Iob. 11.

Iob. 9.

Matt. 12.

Luc. 6.

**Marc. 2.** eo permittente, respondit: Dominus est filius hominis, etiam sabbati. In Actibus apostolorum comprehenso beato martyre Stephano, & adducto in concilium, hæc fuit aduersus eum accusatio illorum: Homo iste, inquit, non cessat loqui uerba aduersus locum sanctum & legem. Audivimus enim eum dicentem, quod Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Hinc igitur erat motor, hinc infamia aduersus fidem Christianam, quod ritus suos ueteres aboleri dolebat. Tantum deferebat Moysi, ut quæcumque per eum sibi tradita fuissent, arbitrarentur amplius mutari non posse: nec quæquam Moyse maiorem aut similem ei surrecturum, qui non solum ueteres remoueret umbras, sed & fidei lucem iustitiæque ueritatem mundo aperiret. Signa namque illa legalia, in hoc ostensum est, quod signa fuerunt, quia mutari potuerunt. Alioqui diuinæ iustitiæ ueritas immutabilis est. Semper enim iustum & religiosum est, ut diligatur deus, diligatur & proximus, quibus præcepti est. Hæc tamen charitas uirtutesque reliquæ quæ ex ipsa oriuntur, signis uariis pro tempore, nunc his, nunc illis, tanquam in pictura hominibus imaginatae sunt. Quicunque ergo signa illa uetera mutari uolebant, nec illa signa esse, non ueritatem: neque ipsius per quem tradita fuerant, uoluntatem intelligebant. Cum enim ipse Moyses prophetam eis prædixit suscitandum de fratribus suis, quem audire eos oporteret iuxta omnia quæcumque locutus fuisset illis: utique quem in omnibus audiri uoluit, etiam in traditionum suarum mutatione contemni prohibuit. Idem quoque cum loquens ad populum uelaret faciem suam, non enim pati poterant filij Israel splendorem uultus illius, satis inuebat uerbis & factis suis, aliud eum quod in rus habebat luminosa spiritus intelligentia: aliud, quod exterius prætendebat sacramentorum uisibilem superficiem carnalibus hominibus assignata. Postremo, ipse Moyses terram repromissionis ingredi non potuit: sed ascenso uertice montis Phasga, cum terram eandem contemplatus esset, ibi occubuit. Quæ est autem repromissionis terra, nisi sancta ecclesia patribus olim repromissa? Siquidem dictum fuerat Abræ: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Hanc igitur terram Moyses uidere potuit, sed intrare non potuit: quia sanctam ecclesiam ex gentibus congregandam, spiritu reuelante, præsciuit: cui tamen ceremonias suas quibus populum antiquum informauerat, non inuenit. Ascendit ergo uerticem montis Phasga, quod interpretatur abscisus, & ibi defecit: quoniam mox ut populo suo Christi quem promiserat, præsentiam exhibuit, tanquam soli stella maiori cessit. Hic

est quippe lapis, qui abscisus est de monte si-  
ne manibus, qui postea creuit & factus est  
mons magnus, quem Moyses ascenderit &  
defecit: quia postquam scripturam legale  
ad spiritualem sensum subleuata, in omni-  
bus traditionibus suis Christum sonare in-  
telleximus, uelamine proiecto, solum Chri-  
stum amplexi sumus. Sic & Aaron in monte  
Hor diem clausit. Hor siquidem lumen in-  
terpreta. Aaron ergo in monte Hor mortuus  
est: quia ueteris sacerdotij ritus, postquam  
ad montem luminis Christum peruenit, ex  
hinc ad sensus mysticos eleuatus, finem ac-  
cepit. Interdicitur itaque sacerdotibus, ne fra-  
trum suorum sacerdotum obitum lugeant:  
quia post Christi aduentum, ineruditus eo-  
rum zelus diuina censura damnatur: qui ge-  
mentes uetera aboleri, doctrinæ apostolicæ  
& ecclesiasticis institutionibus contradice-  
bant. Præcipit eis ne capita sua nudent. Caput  
nostrum Christus est. Capiti igitur suo orna-  
tum detrahit, quicunque domino Christo ho-  
norem debitum non persoluit. Hic autem  
eum decet honor, ut quasi filius in domo sua  
omnia ad arbitrium suum dispseret: in qua do-  
mo Moyses quanquam fidelis, famulus ta-  
men, non dominus fuit. Hic honor uerum pon-  
tificem decebat, qui non secundum legem  
dati carnalis, sed secundum uirtutem uitæ in-  
solubilis factus est: ut eo iam præsentato, ce-  
deret umbra, quæ in eius typum præcesserat.  
Alioqui pariter iuris cum eo esset, si eo iam  
præsentato, adhuc illa perseveraret. Caput itaque  
suum ornatum proprio spoliatur, qui quan-  
tum in se est, domino Christo debiti hono-  
ris priuilegium negat. Sed & uestimenta sua  
scindere prohibentur. uestimenta quippe sa-  
cerdotum, sunt populi fideles: qui circumstant  
eos & illis adherent, fidei dogmata & uiuen-  
di formam ab eis suscipientes. Sicut enim uni-  
uersalis ecclesia regis sui Christi uestis est,  
de qua dicit Apostolus, ut exhiberet sibi glo-  
riosam ecclesiam, non habentem maculam aut  
rugam: sic unicuique bono præfati dñi plebs  
commissa per dilectionem ungitur, quasi ue-  
stit eum, & gloriæ illi circumdat ornatum. uesti-  
menta igitur sua scindunt, quicunque in po-  
pulo sibi commisso schismata nutriunt. uesti-  
menta sua scindebant, qui ecclesiasticæ do-  
ctrinæ contraria annunciantes, post illustra-  
tum luce euangelica mundi, adhuc umbras  
legales obseruandas censebant. Vnde scri-  
ptum est in Actibus apostolorum, quod Paulo  
& Barnaba morantibus in Antiochia, qui-  
dam descendentes de Iudæa, docebant fra-  
tres: quia nisi circumciderentur secundum le-  
gem Moysi, non potestis saluari. Facta est itaque  
seditio non minima, & Paulus cum Bar-  
naba ascenderit ad apostolos in Ierusalē su-  
per hac quæstione. Vbi cum starent in con-

**Act. 16.**  
**1 Tim. 1.**  
**Deut. 18.**  
**Exo. 34.**  
**Deut. 34.**  
**Gen. 22.**  
**Deut. 34.**

**Deut. 2.**  
**Num. 19.**  
**Eph. 5.**  
**Heb. 5.**  
**Heb. 7.**  
**Eph. 5.**  
**Act. 15.**

uentu, iterum quidam de hæresi pharisaorum, qui tamen iam crediderant, surrexerunt, dicentes: quia oportet circumcidi eos, & præcipue quoque seruire legem Moysi. Tunc Petrus: Quid tentatis, inquit, imponere iugum super uerticem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini IESU credimus saluari, quemadmodum & illi. Post quem Iacobus: Iudico, ait, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum: sed scribere ad eos, ut abstineant se à contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Nonne alijs uerbis dicere uidentur: Parcite sacerdotes, parcite, licet ceremonijs uestris finem dari uideatis, nullus tamen uestrum caput suum nudare præsumat, dum occasum sacramentorum uestrorum tanquam sacerdotum mortem æquo animo non ferentes, CHRISTI OPEROSITAS suæ ius auferre contenditis? Cauete ne contumeliam illi faciatis, dum per fidem eius saluam & gratiam mundum saluari non posse arbitramini. CHRISTUS uobis sufficit ad salutem. Cauete inquam, ne dum pondus inutile super uerticem discipulorum quæritis imponere, uestres uestras incindatis: & dum aliud iudget, aliud gentiles in ecclesia sentiunt, in populo dei schisma faciatis. Capita ergo, inquit, uestra nolite nudare, & uestimenta nolite scindere, ne forte moriamini. Dico uobis, ait beatus Apostolus, quia si circumciderimini, CHRISTUS uobis nihil proderit. Moritur itaque, qui caput suum nudat: quia dum aliunde quam de CHRISTI gratia salutem expectat, ipsum CHRISTUM qui uita & salus est, à se alienat. In schismate quoque fraterno mors est, teste Salomone, quia qui scindit ligna, uulnerabitur ab illis. Qui enim ecclesiam diuidit, & ab unitatis compage proximorum corda disiungit: mortem quam alijs infert, non euadit. Ne moriamini, inquit, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Tunc enim etiam populus cum præfule suo iram supernam meretur, cum præfule aut blasphemiam, aut diuisionis crimen imitatur. Alioqui, quid peccasset filij Israel, si Aaron aut filij eius capita nudarent, siue etiam uestimenta scinderent? Figurari ibi posset reatus populi, non inueniri. Quod & si flaga sequeretur, non desset quædam populi culpa, cui iuste ultio inferretur: quantum tamen ad causam aspicit, significare posset diuinam iustitiam, non exhibere. Fratres uestri & omnis domus Israel plangent incendium quod dominus suscitauit. Plangent, inquit, id est, uos finite ut plangent, nec eos imitemini. Pontifices siquidem qui concilium collegerunt, dicentes: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: si dimittimus e-

**Præci- Pere**  
**certi- ces**  
**Gal. 5.**  
**Ecc. 10.**  
**Eph. 5.**  
**Act. 15.**  
**Iob. 2.**

um sic, omnes credent in eum: & ueniet Romani, & tollent nostrum locum & gentem: loci sui desolationem metuentes, & honoris priuationem gemebant, & ad CHRISTI gloriam liuore percussi tabescebant. Omnis quoque Israel ille carnalis, ego magis, circuncisus octaua die ex genere Israel, secundum legem phariseus. Sed quæ mihi fuerit lucra, hæc arbitratus sum propter CHRISTUM detrimenta. Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut CHRISTUM lucrificam. Vos autem, ait Moyses, non egredimini fores tabernaculi. Hoc est itaque quod secundum locum quem supra proposuimus, cur sacerdotibus etiam die octaua tabernaculi negetur egredifus. Sed si aduertamus quid sit exire de loco sancto, à sanctitate scilicet recedere, septem quoque dierum & octauæ figurâ ad memoriam reuocemus: patet, quia non solum diebus septem in tabernaculo, sed octaua maxime manendum fuit. Tota enim uita ista, quæ septem diebus uoluitur, cum labore & solitudine religionis claustra ab omnibus sanctificatis seruatur: octaua uero illucescente, postquam in cluserit Ierusalem cælestis filios suos, confortatis seris portarum suarum, ibi erit scititas sine defectu, securitas sine metu, nulla excedi suspicione beatos deinceps sollicitante. In huius ergo diei typum, etiam post septem dierum obseruantiam, dies octaua à sacerdotibus in tabernaculo celebrata est. Sed notandum est ordo uerborum. Fratres, inquit, uestri plangent incendium quod dominus suscitauit, uos autem non exhibitis de tabernaculo. Videretur dicendum fuisse, uos autem non plangentis. Sed idem est. Exirent quippe de tabernaculo, si plangerent: quia iustitiæ sanctitatem amitterent, si contra diuinæ providentiæ dispositionem murmurarent. Oleum quippe sanctæ unctionis est super uos. Idonea satis causa, cur plangere non debeat super religionis illius ueteris abolitione, imo etiam pro totius patriæ suæ, quæ diuino facta est iudicio, desolatione: quoniam spiritum sanctum quem eis non contulerat legis obseruantia, contulit CHRISTUS TIBI gratia. Vide Apostolus Galatas arguens, ait: Hoc solum à uobis uolo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Et alibi. Nichil, inquit, ad perfectum adduxit lex. Si em data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Litera uero occidit, spiritus autem uiuificat. Oleum igitur sanctæ unctionis habentes, luctum procul abijcite: quia indignum est ut terræ dispendia immodera-

**Philip. 3.**  
**Phil. 147**  
**Gala. 3.**  
**Heb. 7.**  
**Gala. 3.**  
**2. Cor. 3.**



nus descant, quibus caelestium gratiarum cō- pensatio tanta refusa est. Sequitur:

Qui fecerunt omnia iuxta præcep- tum Moyfi.

¶ Prohibentur Aaron & filij eius ne uinum bibant, quando intrant tabernaculum. Caput IIII.



Ixit quoque do- minus ad Aarō: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui quādo intratis tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum est sempiternum in generationes uestras, ut habeatis scientiam discernēdi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum: doceatisq; filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus est dominus ad eos per manū Moyfi.

Quæritur de Aaron & filijs eius, utrum perpetuo uino abstinerint. Cum enim quod ad altare accederent ad hostias offerendās, si non alias, certe holocaustum matutinum & uespertinum, quod utrunque quotidianum erat, ergo omni die tabernaculum intrabāt. Tabernaculi quippe etiam ipsum atrium uocari, in quo altare holocausti positum erat, iam supra ostendimus, ubi eis præcipitur de ostio tabernaculi nō egredi septē diebus. Sed & ipsum tabernaculum quotidie intrabant, ad componendas lucernas candelabri, ut in Exodo legimus, dicente domino ad Moysem: Præcipe filijs Israel ut afferant tibi oleum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij. Et collocabūt eam Aaron & filij eius, ut usque mane luceat coram domino. Et infra de altari thymiamatis ad Moysem loquitur dominus, dicens: Adolebit incensum super eo Aaron suauē fragrans mane. Quando componet lucernas, incendet illud: & quando collocat eas ad uesperum, uret thymiamata sempiternum coram domino in generationes uestras. Si igitur sine cessatione omni die & ad altare immolaturi accedebant, & in ipsum intrabant tabernaculū, propter ea quæ usus exterior exigebat: perpetuo itaque uino abstinebant, iuxta hoc quod eis diuina uoce præcipitur, ut intraturi taberna-

culum, uinum non bibant: nisi forte filij Aaron cum plures essent, in ministerio sibi succedebant, unusquisq; tempore uicis suæ hæc uini abstinentiam seruaturus. De Aaron uero si uerum est, quod quidam inter doctores præcipuus asseruit, sui tantummodo iuris esse, super altare thymiamatis adolere incensum: certum est, quod quotidie tabernaculū intrabat, unde & uini uisum nunquam admittebat. Quod tamen nescio unde probari possit. Si enim ideo solus hoc fecisse creditur, quod de solo dicitur, adolebit incensum super eo Aaron: ergo & lucernas solus composuisse credendus est, quoniam de solo illo statim sequitur: Quando componet lucernas, incendet illud. Hoc autem etiam ad filios illius, qui non pontifices, sed tantum sacerdotes erant, paulo ante pertinere ostendimus, ubi de lucerna candelabri dictum est, collocabunt eam Aaron & filij eius. Sunt autem & nonnulla, quæ ad cremationem incensū, cum summo pontifice etiam minoris gradus sacerdotes necessario uideatur admittere. Cum enim illa nullo die posset intermittere mane & uespere, fieri non poterat ut summus pontifex aliquando non ægrotaret, uel in uia esset, siue quacumq; alia occasione, quæ multæ in uita mortali hominibus accidunt, & tabernaculi ministerio abstraheretur, ne incensum offerre potuisset. Quid enim? Nonne & ad uxorem suam aliquando accedebat, saltem ut susciperet filium qui in eodē sibi pontificatu succederet? Alienum quippe successio illa non recipiebat. Ergo quoniam ex muliebri coitu usque ad uesperam hominem immundum fieri lex decernit, immundus autem omnes non solum ab introitu tabernaculi, sed & ab hostiarum usu, omniq; cibo sanctificato, donec mundentur, repellit: pater, ut æstimo, quia oblatio illa incensū, cuius ritus perpetuus erat, & quod die bis repetebatur mane & uespere: non per pontificem qui solus tunc temporis erat, poterat expleri: sed necesse erat, hanc uicarij illius nonnunquam committi. Sed quid plura dicam? Omnes dubitationis nebulas hodierna lectio depulit, quæ ex Paralipomeno uolumine improuissimè sanctis auribus nostris infonuit. Sic enim ibi scriptum est: Aaron uero & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus sancti sanctorum. Ozias quoque rex, cum adolere uellet incensum super altare thymiamatis, statim ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes domini octoginta uiri fortissimi, resisterunt regi atque dixerunt: Non est tui officij ut adoleas incensum domino, sed sacerdotum: hoc est, filiorum Aaron q; consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Patet igitur ut æstimo, cremationem incensū sup altare interioris, nō

Exo. 30.

1. Par. 6.

2. Par. 26.

ad pontificem solū, sed ad sacerdotes quoq; reliquos pertinere. Cū itaq; Aaron ad tabernaculū accedens, p seipsum q̄ cultus diuinus exigere uidebatur explebat, abstinebat à uino iuxta legis imperium. Cum uero alteri ministerium committebat, poterat uino uti, quia tunc tabernaculum non intrabat. Hucusque præceptum legis iuxta litteram discutientes, quomodo à temporis illius ministerio obseruari potuerit, inuestigauimus: nunc quæ illius dandi ratio siue utilitas fuerit, uidentum est. ¶ Vt habeatis, ait dominus, scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum. ¶ Polluta & munda quæ lex appellet, in promptu est aduertere. De animalibus omne quod habet, inquit, diuisam unguam, comedetis. Quicquid autem ruminat quidem & habet unguam, sed non diuidit eam, non comedetis illud, & inter imunda reputabitur. Sic de piscibus, quos habent pennulas & squamas, mundos dicit: quod quid uero, inquit, pennulas & squamas non habet, eorum quæ in aquis mouentur, abominabile uobis & execrādum erit. Multa addit: his similia, in quibus mundorum & immundorum cuius hominum manifestam distinctionem ponit. Quid igitur? Tota ne ista est utilitas, propter quam Aaron filijq; ipsius etiam modici uini usum, quem Apostolus discipulo suo concedit, intrantes tabernaculum debeāt abijcere, ut scilicet camelum à boue, suam ab oue discernere sufficiant, mustellam quoque & murem, lacertam & uespertilionem ualeant internoscere? Ridiculum est hoc, & à sapientia tanti scriptoris prorsus alienum. Quærenda est igitur loci huius mystice profunditas: & primo sciendum, allegorice uinum in diuersa posse transferri. Vinum quippe in laude accipitur, cum de populo dei per prophetam Zachariam dicitur: Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & uinum germinans uirginis? Hoc est uinum, quo in die Pentecostes inebriati sunt apostoli: unde & dicebatur de eis, quia musto pleni sunt isti. Est aliud uinum, de quo dictum est: Fel draconum uinum eorum. Vinum quippe reprobum, est omnis peruersa cupiditas, quæ mentem inebriat & euertit, sicuti est auaritia, luxuria, superbia, immoderata iracundia. Qualibet namque harum mens grauata & consopita fuerit, acumen discretionis amittit: ut aut discernere non possit quid sequi debeat, aut si diiudicare iustum ab iniusto poterit, tamen se qui contemnat. Hanc ebrietatem in populo suo factam, Ioel propheta his uerbis deplorat, dicens: Residuum erucas comedit locustas, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Per erucas quippe quæ toto corpore reptit, luxuria;

Leuit. 11.

1. Tim. 5.

zech. 9.

Act. 2.

Deut. 32.

Ioel. 1.

per locustam quæ breues saltus dat, inanis gloria: per bruchum cuius totum corpus in uentre est, gastrimargia: per rubiginem, quæ etiam ferrum solet consumere, iracundia designatur. Multi autem sunt, qui dum quasi uirtutes abrenunciant, non ad uirtutes se conferunt, sed de uno uitio ad aliud migrant. Verbi gratia: Cum luxuriam abdicant, de castitate inanem & temporalem gloriam captant: quod & si hæc expulerint, quasi humana proiecta uerecundia, uentris & gutturis uoluptatibus licenter se subiugant: quarum tamen si iugum excusserint, nunquam liberi, semper captiui, labore rursum abstinentiæ in acediam & impatientiam dilabentes, iracundiæ intus rubigine consumuntur. Quæ quàm detestanda sit ebrietas, propheta statim innuit cum subiungit: Expergiscimini ebrii & flete, & ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine. id est, qui cum uoluptate & prompto animo uestris cupiditatibus indulgetis. Ab hoc itaq; uino iure sacerdotes prohibentur, quotiescumque tabernaculum ingrediuntur. Sacerdotibus namq; tabernaculum intrare, est, ad discutendas causas fidelium, qui illis commisi sunt, animam applicare. In hoc enim tabernaculo (id est, in ecclesia) primum quidē quasi quasdam uictimas cædunt, & sanguinem earum effundunt: cum quosdam carnaliter adhuc uiuentes, gladio uerbi interficiunt, & uitiosum appetitum tanquam sanguinem ab eis efficiunt. Quos denuo in ipsum tabernaculum introducētes, corpori uidelicet sanctorum associantes, tanquam lucernas in domo dei constituunt: cum in sanctis operibus eruditos, ad exemplum religionis alij proponunt. Vrunt quoque thymiamata, allegorice altare aureum, cum in quibusdam perfectioribus uirtutem orationis accendunt. Quæ omnia cum discretione & timore diuino agenda sunt, ne aut iræ suæ perturbationibus incitati, eos arguant qui laude digni sunt: aut laudis suæ gratia seu etiam quæstus intuitu, eos ad exemplum in altiori gradu constituant, quorum uita reproba non disciplinā moribus, sed ruinam uidentibus inferat. Hinc est quod per prophetam quidam arguuntur, cū dicitur: Mortificabant animas quæ non moriuntur, & uiuificabant animas quæ non uiuunt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat. Et nō uicturum uiuificat, qui titur, qui peccatori debito iustis honore blanditur. Quicquid igitur causas fidelium tractandas suscipiūt, necesse est ut in tabernaculi caelestis ministerio sobrii assistāt. Iudicare enim digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua uel odia uel gratia sequuntur. Hinc est iterum quod de Aaron uoce dominica dicitur: Gestabit iudicium filiorum Israel in pe-

Ioel. 13.

Tabernaculum intrare, gdo.

1. Cor. 13.

Exo. 28.

doti quippe iudiciorum filiorum Israel in peccato suo coram domino gestare, est subditorum causas pro sola interni iudicis intentione discutere, ut nihil se ei humanitatis admisceat in hoc, quod diuina positus uice dispensat: sed dum consideratur terror eius qui super omnia præsidet, uidelicet iudicis intimi, non sine magno regantur timore subiecti. Hæc sunt illa Lamuelis uerba, quibus erudiuit eum mater sua: Noli, inquit, regibus o Lamuel, noli regibus dare uinum, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Lamuel siquidem interpretatur, in quo est deus. Instruit ergo mater ecclesia filium suum, eum qui, deo secuti morante, etiam ad proximorum curam suscipiendam confortatur, ut reges suos, sensus uidelicet spirituales, quibus humana anima regitur, in sobrietate custodiat: ne carnalis uino uoluptatis inebriati, causam filiorum eius, qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est, ad suæ libidinis uorum inclinent. [Dixit itaque dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculum testimonij, ne moriamini.] Qui enim (ait dominus) scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. [Quia præceptum est sempiternum in generationes uestras, & ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum.] Prophanus est, qui siue per infidelitatem, siue per criminiosam uitam, a deo alienatus est. Pollutio uero est, quæ etiam iustus aliquando contingit, culpæ scilicet alicuius contaminatio. [Doceatisque filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus est dominus ad eos per manum Moysi.] Notanda locutio, quod cum dominus loquatur ad Aaron, de se tãquam de alio loquitur, dicens: Quæ locutus est dominus ad eos per manum Moysi. Hæc enim locutio in scripturis frequens est, ubi prima persona quæ loquitur, aut secunda cui loquitur, tanquam tertia introducit. Vnde fratres Ioseph cum eo sermonem habentes: Pacifici, inquit, sumus, nec quicquam serui tui machinantur mali. Non dixerunt, Nec quicquam machinamur mali. Ioseph quoque ad Pharaonem: Quæ facturus est, inquit, deus, ostendit Pharaoni. Cum illi loqueretur, tanquam de altero dicit. Itæ cum prohiberet deus, loquens ad Moysen, ne adorarentur dii alieni: Dominus, inquit, deus tuus, deus zelator est. Nec prætereundum, quia congruo satis ordine post mortem Nadab & Abiu, qui offerentes ignem alienum, igne diuino consumpti sunt: hi qui remanserant, Aaron & alij duo filij ipsius, quoties tabernaculum intrauerint, ui-

num bibere prohibentur. Idem quippe per ignem alienum, quod per uinum in hoc loco intelligitur: feruor scilicet quidam reprehensibilis, & carnalis æstus concupiscentiæ, quo quicumque successi sunt, accedere ad deum idonei non sunt. Necessè igitur erat, ut ab illo reatu uiuentes reuocarentur, propter quæ mortis sententiam alios incurrisse uidebant, ut fieret quod scriptum est: Iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Præcipitur Aaron & filijs eius, ut comedant sacrificium quod remansit.  
Caput VI.



Locutus est autem Moyses ad Aaron, & ad Eleazar atque Ithamar filios eius, qui residui erant: Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est.

Quid de hostijs seu oblationibus populi mandauerit dominus Moysi, loquens ad eum de tabernaculo testimonij, lectio docet superior: & quod ad easdem hostias offerendas octaua die consecrationis sacerdotum, Moyses populum inuitauerit. Vbi quoniam holocausta, hostias pacificas, necnon & hostias pro peccato immolatas, sacrificia quoque oblata legimus: de holocaustis habes superius, quod super altare incensa sint cum libamentis suis, aliarum scilicet hostiarum adhibitis, necnon & similæ portione, quæ ad minimum pertinebat. Nunc quid de altera portione seu etiã cæteris hostijs pacificis, aut pro peccato, actum sit, dicendum fuerat. Præcipit ergo Moyses Aaron & filijs eius, ut partem similæ, quæ de dominica oblatione remanserit, comedant absque fermento in loco sancto, quia sanctum sanctorum est. Hoc ipsum enim dominum disposuisse, cum superius Moysi loquens, sacrificiorum legem daret, quisquis priorum meminit, non ignorat. Vnde & sequitur:

Comedetis autem in loco sancto, quod datum est tibi & filijs tuis de oblationibus domini, sicut præceptum est mihi.

Sed & pacificorum pectusculum cum armo dextro, qui sacerdotibus ex domini præcepto debebatur, consequenter eis assignat, dicens:

Pectusculum quoque quod oblatum

est, & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, ac filia tuæ tecum.

Merito quæritur, cum partem similæ quam de sacrificio sacerdotes accipiebant, solis maribus comedendam concesserit: sic enim superius de illa præcipitur, Maribus tantum stirpis Aaron comedent illud: cur ad esum pectusculi seu armi dextri, qui de hostijs pacificis eisdem sacerdotibus sequestrabatur, etiam filia Aaron admittantur. Sed nota edendi figuram in diuersa referri. Simila enim (quod iam supra expositum est) iuxta mulierum epulis denegatur, ne seculares homines eneruiter adhuc mundi huius uoluptatibus inhaerentes, mentem deo sanctificatam, ad sua studia transferat: aut pro suæ uoluntatis libidinis, ne gociis mundalibus implicent. Hic uero, cum pectusculum & armum non solum filij, sed & filia Aaron comedere iubentur: satis apte significatum est, & fortes & infirmos, doctrina pontificis imbuendos, & exemplo illius esse informandos. Vnde beatus Apostolus: Sapientibus, inquit, & insipientibus debitor sum. Sequitur:

Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutaribus filiorum Israel, eo quod armum & pectus & adipes qui cremantur in altari, eleuauerint coram domino, & pertineant ad te & filios tuos lege perpetua, sicut præcepit dominus.

Boni doctores pectus pacificorum eleuant coram domino, cum fide populi sua doctrina ab errore sustollunt. Eleuat & armum, cum sibi commissos sanctitate uitæ præcedentes, ad sanctiora eos & sublimiora tendere per suadent. Sed & adipes coram domino leuatur, cum plebis affectus a mundi cupiditatibus ad amorem caelestium sua exhortatione perdunt. Merito ergo pectus & armum de hostijs populi in partem suam recipiunt, quia nimirum suæ mercedis esse faciunt boni omne quod in alijs uiuant. Norandum uero, quod cum adipes unã cum armo & pectusculo eleuant: non tamen sibi eos assumere, sed coram domino cremare iubent. Pastor quippe morti obnoxius est, si ecclesiæ sibi commissæ affectum non amore diuino succendere, sed ad se potius referre contendat: tanquam si seruus aliquis domini sui uoluntate sponte ipsius obsequijs deputatus, adulterina cogitatione, uice domini ab sponsa amari concupiscat. Pertractatis autem holocaustis similæ, sacrificijs, & hostijs pacificis, solus restabat hircus pro peccato. Nam de uitulo pro pec-

cato quid actum sit, superiora patet ostendunt. Sequitur ergo:

De hircu pro peccato, qui combustus est.  
Caput VI.



Inter hæc hircum qui oblatum fuerat pro peccato, cum quæreret Moyses, exustum reperit. Iratusque contra Eleazar atque Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est, & data est uobis ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu domini, præsertim cum de sanguine illius non sit illatum in sancta, & comedere eam debueritis in sanctuario, sicut præceptum est mihi?

Mirrite existimandum est, quod hircus iste ab aliquo scienter in ignem missus sit ut combureretur: sed ignis ille qui egressus a domino, detorauit holocausta, etiam hunc inibi iacetem exussit, ignorantibus forte sacerdotibus, aut præ tristitia quam de fratrum morte conceperat, minus curantibus. Superior autem docet lectio, de hostia pro peccato dominum præcepisse, ut a sacerdotibus comederetur in loco sancto, præter illum uultum quem summus pontifex pro sua & populi ignorantia offerebat, cuius sanguis in sancta sanctorum inferebatur, & corpus cum pelle & fimo extra castra concremandum efferebatur: ut in hac eadem die consecrationis sacerdotum octaua, de uitulo quem Aarō pro peccato suo obtulit, factum legimus, & in principio uoluminis huius, ubi hostiarum pro peccato ritus traditur, latius de eadem re disserimus. Hircus igitur iste, qui pro peccato oblatum est, cum de sanguine illius non sit illatum in sancta sanctorum, a sacerdotibus utique fuerat comedendus. Vnde Moyses exustum eum reperit, contra filios Aaron iratus est, quod iuxta domini præceptum non comedisent hostiam pro peccato. Cui satisfaciens, Respondit Aaron: Oblata est hodie uictima pro peccato, & holocaustum coram domino. Milij autem accidit quod uides. Quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ce-

remonijs mēte lugubri? Quod cum audisset Moyses, recepit iatisfacti- onem.

Literæ huius sensum breuiter cucurrimus, ut allegoriæ fructū latius profequamur. Con- tinet enim locus iste haud ignobile sacramē- tum. Hircus igitur hic de quo agimus, popu- lus est gentilis: qui uerbū CHRISTI præ- dicatis, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum, quem superba Iudæa contempserat, ad se trāmissum, præpta men- te suscepit. Hæc nanque est ouis illa centesi- ma, quæ post lōgos errores suos, pastoris hu- meris reportata est ad gregem: super qua am- plius gauisus est, quā super nonagintano- uem quas in montibus reliquerat: super Iu- dæis scilicet, quos ob superbiam reprobaue- rat: qui dū iusti sibi uiderentur, & quasi non egentes pœnitentia, ad centenarium perue- nire non potuerunt. Nam iustitiam quæ ex le- ge est præferentes, à gratia exciderunt. Ni- hil enim ad perfectum adduxit lex, Gentili- tas uero post idolōrū cultum, post innume- ra flagitia ad deum cōuersa, peccata sua con- fiteri nō erubuit: unde humilitatis merito & alta cordis contritione, auxilium diuinæ gra- tiæ, ut iustificaretur, promeruit. Quod satis congrue exprimit Lazarus ille, qui inter- pretatur adiutus, qui iacebat ad ianuā diuini huiusmodi. Lazarus quippe in cute uulnus ha- buit: quia gētilis populus mala non erubuit confiteri q̄ fecit. Quid est em̄ peccatorū con- fessio, nisi quæ dā uulnerū ruptio? quia pecca- ri uirus salubriter aperitur in cōfessione, q̄d pestifere latebat in mente. Sed Lazarus uul- neratus, cupiebat saturari de micis quæ cade- bant de mēsa diuini, & nemo illi dabat, quia gentilem quenque ad cognitionem legis ad- mittere superbi⁹ ille populus despiciebat. Vnde & in hac lectione quam præ manibus ha- bemus, sacerdotes arguuntur, quod hostiam pro peccato non comederint: quia in de- ira diuina contra Iudæorum superbiam succen- sa est, quod solos se deo dignos existimātes, ad conuersionem gentilitatis indignari potius, quā ei qui ouem perditam ad gregē re- ferebat, congratulari elegerunt. Comederēt enim hostiam pro peccato, si pœnitētia gen- tium delectati, deo gratias pro mundi salua- tione referrent. Dominus quippe IESVS hostiam hanc comedit, cum peccatricem mu- lierem, sed quod peccauerat iam desentem, lauandis pedibus suis admisit. Apud phari- sæum (ait beatus Gregorius) ueritas pasceba- tur foras: apud peccatricem mulierem, sed conuersam, pascebat intus. Sed quoniā mu- lier hæc & ipsa quoque in materiam nostram transit, cum eam pharisæus ille à domino sus-

ceptam uidisset, ipsum etiam suscipientē do- minum reprehendit. Vidit illum domino fam- iliarem esse: tam uidit, & inuidit: quia cum Iudaicus populus gentilitati deum prædicari conspiceret, sua apud se malitia tabescit. De qui- bus beatus Apostolus: Qui dominum occi- derunt, inq̄t, IESVM & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent: & omni- bus hominibus aduersantur, prohibētes nos gentibus loqui ut saluæ fiant, ut impleāt pec- cata sua semper. Hic est senior filius, q̄ reuer- so fratre adolescente, & à patre cum gaudio recepto, cum de agro rediens appropinqua- set domui, & audisset symphoniam & chorū: accersito uno de seruis, interrogās quid hoc esset, audiuit fratrem suum uenisse, & ad ad- uentum illius occidisse patrem eius uitulum faginatum: qui etiam indignatus, nolebat in- trare. Hi sunt illi operarij uinæ, q̄ quod pri- mi in uinea laborauerint, indignātur & mur- murant, nouissimos sibi in mercede æquari. Nam populus ille antiquus pro parte electo- rum, uinæ operator asseritur: pro parte uer- ro reproborum & superbiorum, qui gentiles in suam societatem recipi indignati iunt, de murmure accusatur. Nos, inquit, natura Iu- dæi, & non ex gentibus peccatores. Nolunt igitur filij Aaron comedere hircum pro pec- cato: quia pharisæus typus, gentilitatis pœ- nitētiā recusat suscipere. Sed hircum quem isti despiciūt, diuinus ignis absorbit: quia gen- tiles quos Iudæi execrabātur, post diuinos errores suos, post innumera flagitia ablutos per pœnitētiā & sanctificatos, spiritus sanct⁹ in suum amorem conuertit. Vnde & mulier illa, de qua iā supra dixim⁹, cui plus dimissum fuerat, teste domino, plus amabat: & dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit mul- tum. Beatus apostolus Petrus cū diuina reue- latione admonitus ad Cornelium intrasset, disceptabant aduersus eū qui erant ex circū- cisione, dicētes: Quare introisti ad uiros præ- putium habentes? Qui tamen qm̄ contentio- si non fuerunt, nam & de populo illo reliquæ saluæ fiunt, cum audissent hostiam hanc cœ- lestibus flammis exustam, comederūt eam: quia cum narrāte Petro, eos pro quibus scan- dalizabantur, spiritum sanctum accepisse co- gnoscerent: tacuerunt, & glorificauerunt de- um, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam deus ad uitam dedit. Quod quia lati- tudo semoris Iacob, multitudo scilicet generis eius, in qua percussus adhuc claudicat, fa- cere noluit, reprobatā est. Obsecro lectō- rem, ut prolixitati nostræ in hoc loco indul- geat: & uocationi nostræ, totius scripturæ tam nouæ quā ueteris autoritatem testimo- nium ferre lætus potius uideat, quā nauſe- am patiatur. Siquidem iuuat, nec inutiliter, multa in unum cōferre, tanquam preciosum

quippe multis & uarijs speciebus ungentum conficitur, cum diuersarum in scriptura sen- tentiarum concordia demonstratur. Moyses igitur contra filios Aaron, q̄d hostiam pro peccato non comedisent, irascitur: quia lex diuina cōtra Iudæorū superbiam, quod pec- catorum pœnitentiam non recipiant, uehe- mentius indignatur. Vnde & per Micheam prophetam eorum elatio increpatur, cum di- citur: O Israel, ne loquamini dicentes. Et tan- quā quereremus quis est fermo, pro quo eos arguit: Nō stillabit, inquit, super istos nec ap- prehēdet consilio, dicit domus Iacob. Quod dicit istos, filios dei qui ex gētib⁹ congregā- di erant, præ oculis habet: sicut & Iohannes baptista pharisæos ad humilitatē prouocās, facite, inquit, fructus dignos pœnitentiæ, & nolite dicere intra uos, q̄a patrem habemus Abraam, potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. Dicebat ergo Iu- dæi quia non stillaret super istos, dum natio- nes prius idololatriæ deditas, gratiam diui- nam nunquā percepturas exitimabāt. Nec apprehēdet, inquit, confusio: illos scilicet, qui p̄ peccatis suis humiliati & confusi sunt, quibus etiam per Apostolum dicitur: Quem enim fructum habuistis tunc in illis, in qui- bus nūc erubescitis? At cōtra Micheas: Nun- quid abbreviatus est spiritus domini, aut ta- les sunt cogitationes eius? Non est abbrevia- ta charitas dei, ut circa uos solos debeat rema- nere: neq; tales sunt cogitationes eius. Vos enim existimastis ob solam carnis propagi- nem, quam de Abraam trahitis, dei uos di- lectione dignos esse. Nonne, inq̄t, uerba mea bona sunt cū eo q̄ recte graditur? Hoc & illi murmuratori opario, de q̄ supra diximus, re- sponsum est: An oculus n⁹ nequū est, q̄a ego bonus sum? Accepisti denariū qui debebat ti- bi, q̄ tibi fiet iniuria, si alij hoc ipsum donē in- debitū: Tolle tu q̄d tuū est, ego q̄d meū est, ad arbitriū meum dispensabo. Rursum p̄ Iſai- am superbiam eorū detestans dñs: Qui dicunt, inq̄t, recede à me, non appropinques mihi, q̄a immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Et per Salomonē: Gñatio, ait, q̄ sibi mūda uidetur, & tñ non est lora à sordibus suis. Impossibile em̄ erat, san- guine hircorū & taurorum auferri peccata. Gñatio cuius excessi sunt oculi, & palpebræ eius in alta subreçtæ. Notandū uero quod nō contra Aaron, sed contra filios eius Moyses iratus asseritur: ut tu ad tempora nouissima, & ad successores potius Aaron, prophetiam pertinere intelligas. [Cur nō comedistis, ait Moyses, hostiā pro peccato in loco sancto, q̄ sancta sanctorū est, & data est uobis, ut por- tetis iniquitatem multitudinis, & rogetis p̄ ea in conspectu dñi?] Omnis electorum gene- ratio, genus electum est & regale sacerdoti-

um. Filij igitur Aaron, membra scilicet sumā mi pontificis, sunt omnes qui uere iusti sunt. Ad omes itaq; pertinet, ut comedat hostiam pro peccato: quia omnis sanctus cum uiderit peccatorem conuerti ab errore uie suæ, gau- dere debet: & quantum potest, ut laqueos in- iquitatis euadat, precib⁹ suis eū adiuuare. Ve- ra em̄ iustitia, ut ait B. Gregorius, compassio- nem habet: fallā iustitia, indignationem. In- de igitur (ut supra dixim⁹) Iudæi diuinā irā promeruerunt, quia ad conuersionem genti- litatis indignari potius q̄ compati maluerūt. Irascitur ergo Moyses contra Eleazar atque Ithamar filios Aaron, sed tamen patris uoce postea placatur: quia furor dñicus qui nūc in populum illum succensus est, ob patrū pie- tatē in fine temporum ad mansuetudinē con- uertetur. Vnde & à principio, cum iam huius animaduersionis suæ loquendo quasi quāsdā scintillas iaceret, nouumq; hunc populū quē tandem dedit, Moysi promitteret: Dimitte, ait, me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyses autē rogabat dominū deum suū, di- cens: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Recordare Abraam & Iſaac & Israel seruatorū tuorū, quibus iurasti p̄ remetipsum, dicens: Multiplicabo semen ue- strum sicut stellas cæli. Quiescat obsecro ira tua, & esto placabilis super nequitiam popu- li tui. Placatusq; est dominus, ne faceret ma- lum quod locutus fuerat aduersus populū su- um. Itēq; Iſaias: Quare errare, inquit, nos feci- sti dñe de uis tuis? Indurasti cor nostrum, ut non timeremus te? Conuertere p̄pter ser- uos tuos, tribus hæreditatis tuę. Verba tamē Aaron non sunt præterēnda. [Oblatā est, in- quit, hodie uictima pro peccato, & hōlocaus- tum corā domino. mihi autem accidit q̄d ui- des.] Hodie quod dicit, tēpus hoc designat, in quo plenitudo gentiū ad fidem intrat. Ex his quippe Sion illa cōstruitur, pro qua olim psalmista domino supplicans: Holocaustis, inquit, nostris non delectaberis, sed benigne fac domine in bona uolūtate tua Sion, & a- dificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sa- crificium iustitiæ, oblationes & hōlocaus- ta, tunc imponēt super altare tuum uitulos. Of- fertur ergo hodie hostia pro peccato & holo- caustum: quia gentilitas per pœnitētiā ad deū conuersa, quanto sibi plura ignosci per- pendit, tanto ampliori circa ipsum charitate flagrascit. Mihi autem, inq̄t, accidit q̄d uides. Quid enim tibi accidit? Subito filios amisi: in q̄rū morte q̄a à fetu abstineret nequeo, quō placere potui dño in ceremonijs mēte lugu- bri? Videt itaq; his uerbis carnalibus Iudæis excusatio qualiscūq; prætexti, cur in gentiū electione lætari nō sint. Cū em̄ gētes ad cultū dei uocāt sunt, cultus ille antiquus quem lex

Exo. 38.

\*negtia

Iſa. 63.

Psal. 50.

Thes. 1.

Luc. 19.

Mat. 20.

Gala. 2.

Luc. 7.

Aſu. 11.

Roma. 11.

Pro. 30.

Heb. 10.

Pro. 30.

1. Pet. 2.

*Rom. 10.* tradiderat, sinem accepit. Vnde quàm plurimi eorum, emulatores paternarum suarum traditionum, & zelum dei habentes, sed non secundum scientiam: religionis suae occasum, tanquam mortem filiorum Aaron, impatientissime pertulerunt: quorum ignorantiae misericordia utique debebatur, sicut & Apostolus cum ob legis emulationem se etiam fidelium persecutorem fuisse dixisset, sed misericordiam, inquit, consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Quia igitur sub electione gentium, Iudaei gratia dei privati & patria expulsi sunt, quasi impedimento eis fuit, ne de aliorum profectu gauderent, quod tanta circa se uidebant quae plangerent. Vnde & per Isaiam dicitur: Multiplicasti gentem, non magnificasti laetitiam. Quae tamen tristitia deo displicuit: quia tanta electorum esse debet

uoluntate dei concordia, ut & in his qui perunt, quanquam chari tibi sint, iustitiam illius a quo animo feras: & in his qui saluantur, gratia ipsius congaudeas. Haec est quippe illa lo-nae offensio, qui a domino fugiens, ne poenitentiam gentibus praedicaret, diuino iudicio pisci ad deuorandum traditus est. Dicit ergo: Nunquid potui placere domino me te lugubri? Nequaquam. Haec quippe est tristitia mortem adducens, cum quis alieno profectu inuides, de aliorum salute tristatur. In longum uoluminis huius corpus protraximus: quia dum consecrationem sacerdotalem hic uolumus praefatare, nec in aliud principium extremam eius particulam referuare, aliorum modum pariter excessimus. Hinc ad cibos populi, mundorumque & immundorum differentiam, transeundum est.

# RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSE, LIBER OCTAVVS.

## PRAEFATIO.



**Q**uarta iam uoluitur aetas, terra consumpta, in quibus uariis occupationibus distractis, in multisque anxietatibus fatigati, opusculo huic nostro nihil contulimus. Nunc concessa nobis requie munificentia tua domine Iesu, te remigē, ad interiora maris huius uelificare conabimur. Sequitur ergo:

De animalibus mundis & immundis. Caput I.

LEVITI  
si caput  
XI.



**L**ocutus est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Dicitur filiis Israel: Haec sunt animalia quae comedere debetis de cunctis animalibus terrae.

**S**uperius cum sacerdotalem perfectionem legislator suis traditionibus adhiberet, praecipit Aaron & filiis eius, ut carnes arietis immolati, panesque consecrationis ederent, & de ostio tabernaculi non exiret. Vbi reuera, sicut tunc plenius demonstratum est, doctorum studium & sanctitas consummata depingitur: quaelectioni assidue operam dantes, &

domini Iesu patrumque praecedentium uestigia exinde colligentes, a sancto loco non exeunt, quia ab illorum imitatione pedem operis non auertunt. Nunc ad uulgi escam disponendam descenditur: quod quia in medijs uersatur turbis, sensibusque suis deditum est, ut magis praesentia attendere, quam praeterita cogitare sufficiat: per multiplicem animantium, piscium, uolucrum, seu etiam reptilium uarietatem, quae illius esui aut conceditur aut subtrahitur, quos in populi multitudine seu imitari seu aduersari conueniat, edocetur. Sciendum uero quod omnis creatura dei bona est, praeter illam quae proprio uitio deprauata est, ut homo malus & angelus malus. Vnde & in Genesi scriptum est: Vidit deus cuncta quae fecerat, & erat ualde bona. Nos quoque post diluuium dicitur: Omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum. Sed & dominus in euangelio: Non quod intrat in os, hoc coinquinat hominem. Apostolus quoque: Omnia munda mundis. Volens tamen legislator hominum mundorum immundorum ue, seu etiam uirtutum uitiorumque, quibus homines mundi immundi ue fiunt, differentias ponere: quasdam elegit creaturas, quae pro naturae suae nonnulla congruentia, his siue illis significandis appositae: & mundorum signa, munda dixit: immundorum uero imagines, immundas nominauit. Est hoc in scripturis frequens, ut res significans, eius fortiatu nomen cuius typum gerit. Inde scriptum est: Petra autem erat Christus, cum Christum utique significaret, non Christus esset. Et quia panem angelorum mandu-

*Isa. 77.* cavit homo: cum manna illud non angelorum cibis fuerit, sed angelorum cibum significauerit. Iuxta haec igitur regula, lex quae pene cuncta sub figura gerebat, leprosos immundos asseruit: cum omnis corporalis infirmitas, si patientiam supporetur, mundare ac sanctificare animas consueuerit. Sed & cadauera mortuorum, omnesque qui tangerent illa, immunditiae arguebat: cum mortuorum sepulturas ad religionis officium pertinere, nulli dubium sit. Sic & loco isto animantia quaedam concedenda concedit, quaedam interdicit: cum Nos, ut supra ostendimus, diuinus sermo nihil eorum subtraxerit. Sed illic simplex eorum natura, hic uero considerabatur figura. Nam & in his quae deus cum Noe locutus est, aliquid typicum traditur, dum sanguinis esus prohibetur. Quasi olera, inquit, uirentia tradidi uobis omnia: excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis. Si igitur caro munda, cur sanguis immundus est, nisi quod mysterij causa sanguinem subtraxit, qui carnes ob naturae suae puritatem concessit. Qui ergo sanguinem solum sibi ad significandum assumpsit, ipse postea eorundem etiam animantium corpora sacramentis supposit. Ad eo in potestate ei erat quid figuris traderet, quid uero naturae suae relinqueret, uelut si minimum quis per manus habeat, & ex parte characteres formeret: ex quantia uero placuerit, parietem decoret. Hinc signa respicit: illinc, cum eadem sit materia, sola tamen coloris illius pulchritudine delectaris. Pari modo & legislator de quibusdam animantibus quasi characteres fecit, cum in illis munditiae seu immunditiae nostrae typum posuit, licet primitus illa omnia pro creationis suae dignitate esse munda testatus sit. Quod autem discretione hac, tam hominum quam pecudum ratio habenda sit, liber Actuum apostolorum manifeste nos docet. Nam cum beato Petro apostolo uas illud caelitus ostenderetur, in quo erant quadrupedia omnia & serpentina terrae & uolatilia, dictum est ei: Surge Petre, macta & manduca. Qui cum abhorreret, dicens: Absit domine, quia nunquam manducaui orane commune & immundum, rursus audiuit: Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Quod quomodo ipse intellexerit, satis aperte postea innotuit, cum loquens Cornelio: Mihi, inquit, ostendit deus neminem immundum dicere. Homines itaque in illis quadrupedibus siue serpentibus expressos aduertit: quae cum immunda diceret, diuina uox eum corripuit. Si igitur satis iam constitit, figuratiuam hanc esse ciborum differentiam, quae censura legali populo distinguitur, nunc ad earundem figurarum distinctionem accedendum est. [Haec sunt, inquit, animalia quae comedere debetis de cunctis animalibus terrae.]

## Omne quod habet diuisam unguam & ruminat in pecoribus, comedetis.

Notandum quod diuersa positurus est legislator animantium genera, primo quadrupedia, deinde uolatilia, tertio uolatilia in quibus omnibus, uarias hominum conditiones designat. Per quadrupedia enim, quae uastioris corpulentiae sunt, & operosiore membrorum suorum motu amplius fatigantur, quosdam locupletes exprimit: qui aut negociatione, aut agricultura, siue quibuslibet huius uitae exercitijs, in bonorum temporalium possessione dilatantur. Per aues uero, illos intelligit, qui in honoribus & dignitatibus constituti, ad alta subuolant: & quasi aliorum mortalium mensuram excedit. In utroque autem hoc genere quia sunt quidam qui placant, quosdam qui displiceant: nec enim aut possessio nes multae, si iuste aut liberaliter dispensent, possessorem suum eundemnant: aut dignitates temporales, si diuinae legi subdantur, potentes quosque reprobant, sicut scriptum est: Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens: in utroque ergo (ut diximus) genere datur populi dei distinctio, quos sequi, quos ue fugere ac detestari conueniat. Sed quoniam homo uidet in facie, deus autem intuetur cor, piscium quoque distantia quadrupedibus uolatilibusque interponitur. Pisces namque qui sub aquis latent, cogitationes affectusque humanos, qui in singulorum mentibus occultantur, congrue designant. Ut igitur non solum conuersationis nostrae superficie operaque uisibilia, sed etiam mentium intima diuino discuti examine nobis certum foret: inter quadrupedes & uolucres etiam piscium naturam sanctio legalis discernit, & in quolibet genere uitae humanae, mentium affectiones motusque intimos quosdam probari, quosdam improbari, nobis innotescit. Deinde introducuntur quaedam animantia minuta & abiectissima, ut est mus, elaphus, lacerta & talpa, quae immunda esse iudicantur. Haec igitur necessitatis formam & uiolentiae paupertatis tenere uidentur. Neque enim ad iustitiam satis est, pauperem fuisse. Sunt namque multi qui malum quod animo concipiunt, opibus destituti, explere non possunt. De quibus Salomon: Manus in manu, non erit innocens malus. Tanquam diceret: Malus etiam cum manu in manu tenet, & ocio torpet, innocentiam tamen non seruat: quia malum quod opere explere non sufficit, uoluntate & assidua meditatione consummat. Vnde etiam quidam sapiens, cum quaevisser quid stulti proprium: Non posse, inquit, & uelle nocere. Sunt ergo quam plurimi, qui etiam propter nimiam inopiam hominibus sunt ignoti, deo autem propter mortuum ignobilitatem, contemptibiles & immu-



di. Ne igitur pauperes omnes sanctos æstimaremus, docet lex quam in pauperum numero distinctione facere debeamus. Nouissime reptilium sermo inferitur, quæ omnia in munda sine exceptione aliqua decernuntur. Videmus enim nonnullos, qui quasi toto corpore per terram trahuntur: quia neglectis cælestibus, omni mentis annisu terrena sectantur. De quibus per psalmistam domino dicitur: Quia omnes q̄ elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes q̄ fornicantur abs te. Breuiter igitur ac summam quæ de mundis immundisue dicenda sunt, prælibauimus, nunc ad principium reuertamur, & eam quæ super quadrupedibus datur sanctio, operosius perscrutemur. Omne, inquit, quod habet diuisam ungulam, & ruminat in pecoribus, cœdetis. Per pecora lex quælibet quadrupedia nobis insinuat, à parte totum significans. Alioqui lepus & chirogryllus, qui cum pecoribus hic annumerantur, pecoris nomen non suscipiunt. Inter pecora ergo discernens, ea sola munda asserit, quæ & ruminant & ungulam diuidunt. Quæ uero aut ruminantia ungulam non habent, aut ungulam diuidentia non ruminant, siue quæ neque ruminant, neque ungulam diuidunt, immunditatis nota suscipiunt. Quid igitur in ruminatione ista seu ungulæ diuisione mysterij contineatur, magno opere considerandum est. Ruminatio siquidem ad cibum pertinet: ungulæ distinctio, ad pedes. Cibus uero nostre, sermo dei est. Non enim in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Per pedes autem actiones nostras intelligit. Operando quippe, aut ad deum, aut ad infernum iter facimus. Vnde sanctus ille rogabat, dicens: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Ruminant itaque sancta animalia, quia uerbum dei quod aure percipiunt, in uentrem memoriæ recondunt: hocque sepius quasi ad os cordis reuocantes, frequenter retractatione comminuunt. Sed quid prodest præcepta dei memoria retinere, & cadere opere non explere? Cum ruminatione ergo cibi cælestis, etiam pes diuidendus est: ut distinctio boni maliq̄, super qua mens nostra per legem diuinam imbuitur, in operibus quoque nostris manifestetur. dicatur ergo: Omne quod habet diuisam ungulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. Comedimus munda animalia, cum iustorum exempla considerantes, eorum sanctitatem pro uiribus in nostræ conuersationis corpus traicimus. Comedenda itaque sunt animalia, quæ & ruminant, & ungulam habent: quia illi soli imitatione digni sunt, qui diuini uerbi meditatione quid agere, quid non agere oporteat edocti, discretionem illam quam intellectu perceperunt, in actibus quoque suis ostendunt. Sequitur:

Psalm. 72

Matt. 4. Deut. 8.

Psalm. 118.

Quicquid autem ruminat quidem, & habet ungulam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cætera: non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chirogryllus qui ruminat, ungulamque non diuidit, immundus est. Lepus quoque, nam & ipse ruminat, sed ungulam non diuidit.

Hæc omnia ex his quæ prædicta sunt, manifesta esse non dubito. Patet enim, immundos esse eos, qui memores quidem sunt mandatorum cælestium, sed non ad faciendum ea. Qui ruminat, & ungulam non diuidunt: quæ per intellectum & eruditionem, bonum à malo se iungunt: sed in pede operis, licita ab illicitis non discernunt. Notandum \* tamē existimo, animalium ruminantium & ungulas non diuidentium, tria posita esse exempla, camelum scilicet, chirogryllum & leporem. Quorum camelus, enormis est magnitudinis: chirogryllus, spinosus & hericio similis: lepus autē, formidolosus. Tria igitur sunt quæ hominem impediunt, ut quantum uerbū dei auditu perceperint, & mente retineant, citra sacræ tamen operationis utilitatem remaneant: superbia scilicet, secularis occupatio, & secularis formido. Propter superbiam quippe multi qui scripturas sacras intelligunt, ad humilitatem quam Christus ibidem præcepit, deponere se ipsos refugiunt. Hęc in camelo intelligitur: qui dum caput in altum leuat, tumidos & elatos congrue designat. Per chirogryllum uero occupatio immoderata intelligitur: quam & terra spinosæ in parabola seminantis dominus comparat, dicens: Aliud cecidit inter spinas, & crescentes spinæ suffocauerunt illud. Exponensque quod dixerat: hic est, inquit, qui audit, sed sollicitudo seculi & fallacia diuitiarum suffocant uerbum, & sine fructu efficitur. Chirogryllus ergo seu terra spinosa merito uocatur, qui diuini uerbi semina suscipit: sed uarijs occupationibus irritus, ad fructum ea boni operis non perducit. Lepus uero timidus designat: quos etiā per terram petrosam dominus expressit, dicens: Qui autem super petrosa feminatus est, hic est qui uerbum audit, & continuo cum gaudio suscipit illud. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Et facta persecutione & tribulatione propter uerbum, continuo scandalizatur. Timidi igitur sunt, qui cum in ecclesia quid credere, quid agere debeant, imbuti fuerint: difficultates quæ fidei professionem sequuntur, pati recusantes, à proposito sanctitatis resiliunt. De quibus etiam per Iob dicitur: Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Nam qui modica & temporalia p-

\* uero

Chirogryllus siue chirogryllus

Matt. 3.

Ibidem

Ibidem

Iob. 6.

De piscibus. Caput II.



Æc sunt quæ gignuntur in aquis, & uesci licitum est. Omne quod habet pennis & squamas, tam in mari quam in fluminibus & stagnis, comedetis.

pter pietatem sustinere refugiunt, immensa & æterna ob impietatem supplicia sustinent. Sequitur: Et sus, qui cum ungulam diuidat, non ruminat.

Postquam lex illa animalia quæ ruminant, sed ungulam non diuidunt, immunda esse asseruit: eorum quoque immunditiam quæ ungulam diuidunt, sed non ruminant, subsequenter exponit. Sunt enim nonnulli, quos notat Apostolus, dicens: Ignorantes dei iustitiam, & suā uolentes constituere, iustitię dei non sunt subiecti. Quibus etiam dominus exprobrās: Irritum, inquit, fecistis mandatum dei propter traditiones uestras. Isti igitur ungulam diuidunt, sed non ruminant: quia super sititiose multa obseruantes, non ex auctoritate legis diuinæ, sed ex sua traditione agenda aut non agenda constituunt. Isti quoque per suam designati sunt, quod fatuum animal est & immundum. Magna namque stultitia est, cum propositum nobis sit deo placere, unumquensque super religionis censura non diuinam uoluntatem consulere, sed pro libidine uoluntatis propriæ sibi religionem statuere. Sed nec mūdare potest huiusmodi obseruatio. Dum enim homo quædam superstitiose circa habitum suum decernit, animæ suæ immunditiam non attendit. Vnde pro Iudæis solas carnis iustitias obseruantibus, Isaias ait: Factæ sunt nostræ coram te. Sus igitur qui ungulam diuidit, & non ruminat, immundus est: quia licet à quibusdam abstineris, quorum tibi uelum sanctio diuina non interdixerit, dum pro arbitrio sequēda aut fugienda discernis, iustitiæ ueritate obtinere non poteris. Postquam igitur legislator tam ea quæ ruminant & ungulam non diuidunt, quam quæ ungulam diuidunt & non ruminant, immunda esse asseruit: restabat ut & de his quoque loqueretur, quæ nec ruminant, nec ungulam diuidunt. sed hoc in posterioribus referuauit. Nunc autem generalem de omnibus sententiā subiungēs: Horum carnibus, inquit, non uescimini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt uobis.

Rom. 10.

Iob. 4.

Am superius diximus, per piscium genera, mentium humanarū diuersitates signari. Hęc igitur quasi fluctibus operiuntur: quæ curis premuntur innumeris, & cogitationis æstibus agitantur. Vnde scriptum est: Ecce gigantes gemunt sub aquis: potentes scilicet huius seculi, sub prouidentia & gubernatione temporalium dignitarum. Et quidem felices, qui cumque mundanis substracti tumultibus, quietem sibi comparauerunt. Nos tamen secularium conuersationem in his sanctionibus discutendam suscepimus. Isti igitur qui in medijs uersantur curis, subinde secretum petere, & terrenarum cogitationū undis se exuere necesse habent. Ibi uero dum deum mente recolunt, dum uitam futuram ad memoriam reducunt, dum quicquid nunc eos tantopere sollicitat, transitorium esse perpendunt, quasi aeris libertati, sic contemplationis huius se inserunt serenitati. Hoc autem nemo facere præualebit, qui non earumde curarum affectum ab internis animæ suæ sensibus excluderit: ut magis ibidem necessitate ligetur, quam uoluntate. Quod si & uoluptas aliqua in huiusmodi actionibus fuerit, necesse est ut frenum moderationemque accipiat, ne desiderium homini memoriæque æternitatis excutiat. Isti igitur per pennatos squamatosque pisces congrue designantur. Pisces namque pennas habent, dare saltus super aquas solent. Squamæ uero eorundem piscium tegumenta sunt, & quasi ad repellendum impetum fluctuum, piscibus concessa. Munienda est igitur mens quodam rigore uirtutis, ut occupationis appetitum (si fieri potest) nunquam ad se admittat, ut etiam cum laborat, quiescendi desiderium semper retineat. Solus enim est, qui etiam exteriores curas recte administrare ualeat, amor quietis. Notandum uero existimo, quod pisces isti aut in mari, aut in fluminibus, uel etiam in stagnis esse perhibent. Hęc enim triplex aquarum natura, triplicem mentium nostrarum statum designat. Mare namque salum & impotabile, flumina uero dulcia, sed per naturalem cursum ad alium locum defluentia: stagna uero & potabilia sunt, & in eodē loco consistunt. Vnde & stagna à stagnare cogat. Pari forma & mens humana cum sibi relinquit, in amaritudine est. Vnde & sanctus ille dicebat: Ad me ipsum anima mea cō-

Iob. 26.

\* æternorum

Squamæ

Stagna

Psalm. 41.

turbata est. Sed perfecti uiri cum apud se tedium sustinent, ad deum oculos leuant, ut in de consolatione accipiant. Ideo ille cuius anima ad se turbata fuerat: Propterea, inquit, memor ero tui de terra Iordanis. Qui uero adhuc sensibus suis dediti sunt, & secularibus trahuntur desiderijs: cum apud se requiem non inueniunt, ex rebus materialibus uarias delectationes exposcunt. Sunt igitur mare, cum apud se tedium tabescunt: sunt flumina, cum de sideriorum motu ad aliud tendunt: stagna uero sunt, cum in rebus quaesitis & acquisitis quasi securi quiescunt. Siue igitur in mari, siue in fluminibus, seu etiam in stagnis pisces fuerint: nisi pennulas & squamas habuerint, mundi esse non poterunt: quia quolibet horum ita tu mens detineat humana, ut scilicet aut anxietatibus amarescat, aut multa industria sagacitate uaria mundi huius oblectamenta perquirat, siue etiam super operaque felicitatis ademptione gaudeat: nisi subinde se ab huiusmodi cogitationibus explicuerit, & ueritatis rediderit contemplationi, ut omnia quae in praesentia horret aut diligit, diuino amori & aeternorum postponat desiderio: munda utique non erit, quia fidei integritatem & iustitiae rectitudinem conseruare non poterit. Vnde & subiungitur:

Quicquid autem pennulas & squamas non habet, eorum quae in aquis mouentur & uiuunt, abominabile uobis & execrandum erit.

Qui enim (ut praediximus) quodam uirtutis munimine ab interioribus suis & cupiditatis & timoris nimietate non excludit, ut scilicet nec immoderato facultatum suarum teneatur desiderio, nec uehementiori cuiuslibet infortunij metu concuriatur, ab statu iustitiae sine mora deijcitur. T esse namque beato Paulo Apostolo, radix omnium malorum est cupiditas. Et poeta ille:

1. Tim. 6.

Perdidit, inquit, arma, locum uirtutis deseruit, qui semper in augenda festinat & obruitur re. Sequitur:

Horatius

Carnes eorum non comedetis, & morticina uitabitis.

Quod dicit, uitabitis, ad tactum referendum est. Quasi diceret: Non tamen eorum esum caue re, sed etiam tactum uitare debetis. Quod super immundis quadrupedibus iam superius expositum est: quod scilicet peruersitate alienam nec imitari, nec saltem affectare oportet. Deinde cuncta quae de piscibus dixerat, breui clausula legislator consummat, dicens:

Cuncta quae non habent penulas & squamas in aquis, polluta erunt.

Hinc ad aues transeundum est.



Mec sunt quae de aibus comedere non debetis, & uitanda sunt uobis.

Iam superius diximus, per aues sublimitatem dignitatum temporarium designari. Quia uero dignitas ipsa uirtutum non est, sed nisi diligentius caueatur, uirtutum nutritrix est: honores quippe (ut dicit solent) mutant mores: idcirco auium datur differentia, ut in eisdem honoribus qui probabiles, qui uero improbandi sint, haud dubijs cognoscamus iudicij. Haec sunt ergo quae de aibus cedere non debetis, & uitanda sunt uobis: ]

Aquilam & gryphem & halieta & miluum ac uulturem, iuxta genus suum: & omne coruini generis, in similitudinem suam: struthionem & noctuam & larum & accipitrem, iuxta genus suum: bubonem & mergulum & ibidem, cygnum & onocrotalum & porphyrionem, herodionem & charadrionem iuxta genus suum, upupam quoque & uespertilionem.

Norandum uideo, quod de quadrupedibus agens legislator, haec sunt, inquit, animalia quae comedere debetis. Sic & de piscibus, haec sunt, ait, quae gignuntur in aquis, & uesci licitum est. Cum autem ad aues transisset, ab immundis cepit: Haec sunt, inquit, quae de aibus comedere non debetis. Quod propter multitudinem reproborum potentium factum esse uidetur. Inuestimabile est enim, quantum uirtutis incrementum praebear licentia potestatis. Dum enim omne quod libet, licet dum male gesta nullius autoritate redarguantur, sed (quod peius est) redarguere oportuerat, peruerso fauore laudatur: superbia modum humanum transcendit, iracundia in amentiam conuersa, quaquaerum sanguinem sinit: luxuria habentis proiectis, quid liceat, quid non liceat, nequaquam discernit. Vnde & dominus Iesus humanae uitae norma, cum ad regnum quereretur, fugit: satis salubriter nos edocet, sublimitates seculi huius animo fugiendas: aut si rationabiliter susceptae fuerint, cum magna cautela tractandas. De potestatibus igitur locutus legislator, quia maximam in eis abutentiam iniquitatis deprehendit, multitudinem eorum qui displicebant, multifaria auium enumeratione primitus expressit: ac deinceps eorum qui in sublimitate positi, humiles modestique esse studet, paucitatem paucis absoluit, sed nec earundem quae posita sunt,

Ioh. 6.

Exo. 30. & 38.

auium numerus praeterendus est. Non enim casu factum existimo, quod uicenariam summam obtinuerint. Vicenarius igitur perfectus aetatis typum gerens, liquidem ad uiginti annis & supra, filij Israel decreto legali deligebantur ad arma, hoc in loco uirtutum humanarum confidentiam signat. Lex itaque potentes quos improbat, sub uicenario numero stringit: hanc primam docens esse radicem peruersitatis eorum, quod confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Quo contra Apostolus discipulo loquens:

Psal. 48.

1. Tim. 6.

Aquila.

Psal. 72.

Iere. 17.

Gryphes seu gryps.

Halieta.

Miluis.

Isa. 34. Vultur.

Coruus.

Præcipe, ait, diuitibus huius seculi non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuere. Nunc igitur praedictarum auium natura typusque inuestigandus est, & quam breuissime poterimus, explicandus. Aquila ergo, quae inter ceteras aues altiora uolando petere solet, superbia exprimit potentium, de quibus scriptum est: Posuerunt in caelum os suum, & lingua eorum transfuit in terra. Vnde & per Iezechielem prophetam diabolus, seu superbus ille Nabuchodonosor, nomine aquilae designatus est: Aquila, inquit, gradibus magnarum alarum, uenit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Gryphes, animal est penatum & quadrupes. Hoc genus ferarum in Hyperboreis nascitur motibus: omni parte corporis sunt leones, alis & facie aquilis similes, equis uehementer infesti: nam & homines uisos discernunt. Per hos itaque potentium crudelitas congrue designatur, qui ad charitatis & benignitatis sole remoti, ferina circa mortes humanas in sania debacchantur. Halieta rapina pascitur: sed quia uiribus destituitur, minutis tantum aibus quibus praevalet, infestus existit. Sunt huius generis quam plurimi: qui in solos pauperes uiolenti, ostendunt in alijs non uoluntatem sibi deesse, sed potestatem. Miluus, cum rapere uoluerit, improuisus adest: & fere in omni rapina sua maxime insidijs nititur. Sunt in praedonibus multum similes: qui ubi uiribus non fidunt, incautis insidiantur. De his miluis contra Edom Isaias loquitur, dicens: Illuc congregati sunt milui, alter ad alterum. Vultur rixis ac bellis gaudet propter cadauera praedonum, in tantum ut etiam sequatur exercitum. Quibus igitur uultures isti comparandi sunt, nisi his qui seditiones urbium affectant, principum sequuntur exercitus: ut quorum prosperitati molesti esse non poterant, fortiorum uiribus confraetos expolient. Coruus uero auis nigra, cadaueribus inhiat, eorum typum gerit, qui per insiditatem siue per carnis immunditiam decolorat, erga seipsum primitus homicidam, etiam moribus pascuntur alienis. Hucusque sub specie auium de illis egit lex, qui quacumque potestate seculari abutuntur ad scelera. Sed quam inueniunt quam plurimi, quae honores quae am-

biunt, sub seculari habitu attingere non uolentes, ad hoc solum speciem religionis assumunt, ut desideratam celsitudinem quasi contemnescentes, citius assequantur, sub struthionis introducuntur imagine. Scriptum est enim: Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris. Struthio ergo pennae eorum similitudinem habet, sed uolatus eorum celeritatem non habet. Ita hypocritae bonorum uitam simulant, sed ueritatem sanctae actionis non habent. Post struthionem noctua sequitur. Hanc septuaginta glaucum dixerunt. Dicitur autem in nocte acuti esse uisus: sole uero apparente, minus utilitate oculorum frui. Qui igitur per noctuam intelligendi sunt, nisi de quibus scriptum est: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nesciunt. Larus uero, animal est & in aqua & in terra uiuens: quia sicut auis quidem uolat, ut aquatilis autem natat. Sunt & inter militares huius generis quam plurimi, qui nunc militiae laboribus atteruntur, & qualia in arido uersantur, nunc uero luxuriae petulantiaeque fluxu resoluuntur.

Struthio Iob. 39.

Noctua

Iere. 4. Larus.

Accipiter.

Ii. x. 04. Bubo. Ii. x. 0. 12.

\*Iuc. 114. nifestationis

MAYC. 6.

Accipiter mansuetus quidem, sed possessorem suis ad rapinam deseruit. Eos ergo designat, qui circa nocendi appetitum remissiores effecti, ad dominorum tamen nutum depredationes pauperum exequuntur. Accipitrum uero genera Plinius sexdecim esse dicit. Bubo, ut idem Plinius testatur, in urbis aut omnino in luce uisus, dirum ostentum est. Nocte passum quaerit. Cur autem die deliteat, & solis noctibus uideatur, causa omnibus manifesta est, quod scilicet aues reliquas uereatur. Omnibus quippe adeo odiosus est, ut uisus mox ab omnibus conclametur, aut etiam discerpatur. Quid igitur per bubonem istum intelligendum est, nisi turpitudines execrandae adulteriorum, incestuum, earumque contra naturam committuntur, immunditiarum? Iste namque semper noctem quaerit, gaudeat lucis manifestationem refugiit. Si tamen quando ad publici prodire praesumpserint, aues diurnae, omnes scilicet honestatis amatores, factio grege, bubonem aggrediuntur: gaudeo diuino successu, opus tenebrorum redarguere non cunctantur. Exemplo nobis est baptista Iohannes, qui cum Herodis adulterio obuiare non timuit, capitis abscisione sustinuit. Cauendum est itaque, ne aliquis potentiorum in aliqua huiusmodi immunditia deprehensus, perniciosi fauoris silentium fortiaur, & quasi bubo iste liberam prodeundi recipiat facultatem. Nam omnino si cogitauerit, dirum ostentum est. Certum est enim, urbis illius seu etiam regionis in proximo esse subuersionem, diuinamque aduersus illam animaduersionem succedi, quae tanti sceleris sine obstaculo aut contradictione suscepit propagationem. Inde est quod postquam Sodomi

ta peccatum suum predicare ceperunt, nec abscoderunt, dictum est: Clamor Sodomo rum venit ad me: multiq; sunt angeli, qui eos igne & sulfure concremauerunt. Sed de bubone ista sufficiant. Mergulus sequitur: cuius natura hæc est, ut aquis se immergat, & sub undis diutius immoretur: eos utiq; designas, qui uoluptatibus carnis suæ prorsus absor bentur. Ibis auis est in Africa, longum ro strum habens, ualde mansueta, generi tamẽ serpentino ferox. Serpentes enim arripit & deuorat. Per hanc autem illi congrue uidentur designari, q; proximis quibusq; in hac tero rali prosperitate molestiam inferre deuitat: sed erga seipos crudeles, flagitiorum ue nenis animas suas interimunt. Cygnus uero candoris eximij, qui protensione logi col li, ex altitudine terræ atq; aquarum cibũ tra hit, eorum præredit speciem, qui uestitus in splendore plus æquo gloriantes, de sola ter renarum rerum abundantia, contemptis cele stibus, consolationem accipiunt. Quis uero onocrotalus, auis quæ formam facit in aqua, oolorum similitudinem habet: nec distare æ stimaretur omnino, nisi faucibus ipsius inef fet alterius uteri genus. Hic omnia inexplebi le animal cogerit, ut sit mira capacitas. Mox perfecta rapina sensim in os reddita, in uerã aluum ruminatis modo defert. Gallia hos se pterionalis, proxima oceano, mittit. In his quos alios nisi auaros accipimus, qui in apo thecarum suarum utero tantum uictualium cõgregare solent, ut multis annis eadem cõ sumere non possunt: congerunt tamen unde cunq; aurum, argẽtum, uestes innumeras & horrea cumulanti: postea scilicet cum oppor tunum fuerit, in usus proprios expensuri, & quasi in ueram necessitatis aluũ relaturi. Ha rum ergo auũ etiam Isaias contra Edom me mitit, dicens: Possidebũt eam onocrotalus & herici: & ibis & coruus. Porphyrio, quẽ septuaginta pelicanum nominant, secũdum Pliniũ lolo morbu bibit, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde ad rostrum pedẽ ue luti manu afferens. Iste, ut existimo, contumacia nobis formã p̄tendit. Sunt em̄ nõnul li, q; nihil ad alterius imperiũ, nihil ad alterius arbitriũ operis suscipiunt: sed solũ qd aqua tinẽtũ fuerit, uidelicet qd uoluptati suæ con sentaneũ, hoc manu ppria, deliberatiõẽ scilicet propria, sibi p̄p̄s aliumunt. Sequitur herodius, quem nos uulgarĩ uerbo falconem di cimus, uelox rapidusq; in prædam: illis com parandus, quorum pedes ueloces sunt ad ef fundendũ sanguinẽ. Sed & charadriõ auis garrula, nimiam quorundã redarguit loqua citatem. Vpupa siue opopa, quæ uisificat in stercorebus, gemitum in cantu similat: eorũ speciem præferens, quos terrenis inhæren tes, tristitia seculi grauat. Vespertilio quo-

que, qui & ultimus in hoc auium ordine po nitur, circa terram uolat, & uespera tantũ: un de & nomen accepit: pennis enim pro pedi bus utitur quando ambulat. In isto ergo sa tis cõgrue expressi sunt, qui seculari scientia præditi, circa terram uolant: quia sola terrena sapiunt, meridiemq; diuinæ cognitionis igno rant. Cumq; incendendum quoquã fuerit, pen nis pro pedibus utuntur: quia proficere tan tum in secularibus astuantes, eandem scien tiam non ad alios fructus, nisi ad lucra cõuer tũt. Porro sciendum est, has ipsas aues, quas hic legislator in uitiorum figuram assumpsit, alijs scripturarum locis uirtutibus assignari: adeo non uolatilium natura reprehenditur, sed pro diuersis earundem auũ qualitatibus in varias significationes trãsfertur. Nam & uila dei ipsius typum gerit in Deuterono mio, ubi de eo dicitur: Sicut aquila prouocã s landum pullos suos, & super eos uoluitur Christus comparatur in Iob, ubi de iudaico populo dicitur: Semitam ignora uit auis, nec intuitus est oculos uulturis. Cor uis Christus in membris suis intelligitur in Canticis: Coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus. Possẽm de herodio, acci pitre, seu etiam quibusdam alijs idem ostẽ dere: sed satis est pauca prælibasse. Enumera tis igitur legislator nominatim auibus, quas uitandas censebat, generalem quarundã sub didit sententiam, dicens:

**Omne de uolucris quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit uobis.**

Quoniam terrena corpora quatuor subsi stunt elementis, per uolucres in quatuor pe dibus incidentes, diuites intelliguntur, qui p̄ sentibus innituntur. De quibus in psalmo: Ec ce homo qui non posuit deum adiutorem su um, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum, & præualuit in uanitate sua. Hyperbo lice tamẽ hoc lex locuta est, quã figurã iam supra notauimus. Nam dum omes uolucres quæ super quatuor pedes incedunt, immun das dixisse uideretur, non nullas tamen exci piens, continuo subiunxit:

**Quicquid autem ambulat, quidẽ su per quatuor pedes, sed habet longi ora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis: ut est bruchus in genere suo, & athacus, atque ophiomachus ac locusta, singula iuxta genus suum.**

Omnes qui terrena facultate subnixi sunt, quasi super quatuor pedes incedunt. Si tamẽ de eadem abundantia sua non præsumunt, nec

psal. 61.  
philip. 3.

affluentibus diuitijs cor apponunt, sed iuxta Apostoli sententiam, quæ retro sunt obliuiscentes, in anteriora se extendit: isti quasi longiora retro habent crura, per quæ salunt super terram: quia per spiritum adiuti, a posterioribus se suspendunt: & mentem ad æterna sustollentes, salutarem salutem faciunt. Istos ergo lex propter præsentem nõ re probat abundantiam: quia licet multa possideant, ad usum ea, non ad superbiam siue luxuriam retorquent: erogandoq; ac dispensando quæ possident, ex abundantia transito riæ facultatis meritum comparant æternitatis. Bruchus uero, quẽ lex nobis ad exemplum proposuit, cum sit modicæ quantitatis & fusci coloris, eorum nobis prædendit speciem, qui in religionis habitu constituti, si tempora libus subleuentur honoribus, nec mentis de ferunt humilitatem, nec habitus sui mutant deformitatem. Porro locusta equini capitis, quæ etiam quadam coloris sui gratia decoratur, iure militaribus aptabitur: qui splendore habitus sui publicæ consuetudini satisfacientes, omnem temporalem gloriam par uipendentes: & se etiam dum foris eleuant, in trus abiiciunt. Athacus cuius naturæ sit, nusquam adhuc legere potui. Ophiomachus uero contrarius est serpentibus. Ophis enim dicitur serpens, machus pugnans, quæ si cum serpentibus pugnans. Quod cui libet electo apostilime cõuenit, qui diabolo uitijsq; carnalibus incessanter resistit. Sequitur:

Bruchus

Locusta

Athacus siue attacus. Ophiomachus.

**Quicquid autẽ ex uolucris quatuor habet pedes, execrabile erit uobis.**

Mira locutionis species, multumq; notanda. Cum enim p̄mississet, in quadrupedibus uolatilibus illa munda esse, quæ longiora retro habet crura: non subiunxit, quicquid autem ex uolucris quatuor tantum habet pedes, sed sicut prius quasi absolute, quicquid ex uolucris quatuor habet pedes, execrabile erit uobis. Quid tamen in prima siue ultima sententia excipiendum sit, docet media. Deinde subiungitur:

**Et quicquid morticina eorum tetigerit, pollutetur: & erit immundus usq; ad uesperam.**

Tactus (ut sæpe iam diximus) morticinorum, consensus iniquitatis intelligendus est. Immundus ergo est, q; tangit, usq; ad uesperam: quia nisi feruor prauĩ desiderij in illo prius occubuerit, quandiu scilicet in eadem uoluntate permanferit, mundus esse non poterit. Sequitur:

**Et si necesse fuerit ut portet quippiam horum mortuũ, lauabit uestimẽ-**

**ta sua, & immundus erit usq; ad so lis occasum.**

Plus est portare immũda, quàm tangere. Tãgimus quippe solo affectu. Portare uero est, aut diuturna tentationis molestiã sustinere, aut p̄cti pondus sup seipsum per operationẽ suscipere. Ad cuius oneris grauedinem multi necessitate cogunt, dũ cupiditatis suis resistere uolentes, nec ualentes, superantur. Quẽ tñ excusatio, illos maxime q; Christi sanguine redempti, & eius grãm sunt adepti, absolutos nõ reddit. Omibus quippe q; eiusdem gratiæ participes sunt, loquitur Apostolus, dicens: P̄ctm uobis non dñabitur. Quicquid igitur hac gratia destitutus, a cõcupiscentijs suis ueratur: fatendũ est, quã aut non legitime decertauit, & idcirco sp̄s auxiliũ non promeruit: aut forte in sp̄iali certamine nõ de deo, sed de uiribus suis p̄sumpsit: ideoq; sibi relicto, corruit: siue etiam dũ straret, superbus fuit, & alios iacentes despexit: ostensuq; est sibi forsitan, ut inferioribus cõpati potũ q; indignari doceretur: & in suo lapsu disceret, qd de proximis iudicaret. Siue ergo his, siue alijs de causis quæ nos fortassis latent, diuinũ iudiciũ nõ latent, aliqñ contingat, utis qui cõtra uitia sua se erigit, destitutus succubat: sibi tñ imputare debet homo qd uictus est, & immundũ se iudicare. Vnde & legislator in præsentẽ de immũdis uolatilibus agens, si necesse, inquit, fue rit ut portet quippiam horũ mortuũ, lauabit uestimenta sua, & immundus erit usq; ad so lis occasum. Vestimentũ nostrũ, exterior uisibilisq; conuersatio intelligẽda est, quẽ si prauo opere contaminata fuerit, lauanda est utiq; per p̄cententiã, & digna satisfactione purganda. Ipse tñ qui onus immũdum portauit, immundus erit usq; ad so lis occasum: quia ut iam supra dictũ est, nisi prius in ipsa conscientia prauĩ appetitus feruor occasum fecerit, ad plenũ mũdari non poterit. Huc usq; de uolucris. Ac deinde repetẽs legislator qd drupedia quẽdã quæ prætermiserat, addit dicens:

**Omne animal quod habet quidem unguam, sed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit.**

Superius quippe sola illa quæ aut ruminat, & unguam non diuidunt: aut unguam diuidunt, & non ruminant, immunda esse docuerat. Nunc autem illa quoq; iungit, quæ neutrum habent, homines scilicet, qui nec uerbũ dei mente tractare, nec opera sua discernere consueuerunt. De quibus etiam subiungitur:

**Et quicquid tetigerit illud, contaminabitur.**  
Subaudiẽdum est, si mortuum fuerit. Nusquam enim lex immundorum animantium,

nisi mortuorum, tactum improbat. Vbi illud quoque, quod saepe iam diximus, ostenditur: non creaturam vituperari, quae utique si vitiosa foret, & uiuens & mortua reprehensibilis esset: sed tamen cum ad uitia significanda assumpta fuerit, congruentius utique mortua quam uiuens, quod scilicet huiusmodi homines deo mortui sunt, hoc officium impleuit. Sequitur:

**Quod ambulat super manus de cunctis animantibus, quae incedunt quadrapedia, immundum erit.**

Plures legi interpretes huius capituli, & uniuersosque quid mysticum hic sensisset, edisserens: litera sentium quomodo stare possit, quae utique maius mihi scrupulum mouet, praeteriit. Quae sunt enim manus quadrapedum? Si pedes anteriores, quod animal incedens tam anterioribus quam posterioribus non innititur? Sed neque alias manus in quadrapedibus inuenio. Existimo ergo aliquo artificio, aut naturali, siue etiam (ut fieri solet) homine instituente posse contingere, ut quadrupes aliquod duobus posterioribus suspensis pedibus, anterioribus solis feratur incedens: & hoc esse, quod quasi monstruosum naturaeque contrarium lex execratur: ut homo qui ad sua se perpetua bona uocat est, posteriora sua magnipendens extollar, & anteriora par uipendens deponat. Huiusmodi autem peruersitatis & affectatio & imitatio fugienda est: aut si contigerit, satisfactioe congrua diluenda. Unde sequitur:

**Qui tetigerit morticina eorum, polluetur usque ad uesperum. Et qui portauerit huiusmodi cadauera, lauabit uestimenta sua, & immundus erit usque ad uesperam: quia omnia haec immunda sunt uobis.**

Haec, quod superius exposita sunt, piget repetere, ut celerius ad sequentia transeamus. Nam subditur:

De minutis animantibus. Caput III.



**M**aec quoque inter polluta reputabuntur de his quae mouentur in terra, mustela & mus & crocodilus, singula iuxta genus suum.

**H**AEC sunt minuta illa & abominabilia animantia, quae uitiosae paupertatis forma praetendere iam supra ostendimus. Mustela quippe animal est dolosum, per quam

pauperum fraus redarguitur. Dicitur autem mustela, quasi mus longus. Mus ob edacitatem semper laborat, & propter uetris ingluuiem multa quotidie pericula sustinet. Sunt plerique similes, qui in rerum omnium penuria non ad aeternorum expectationem cor leuati, ut pro tribulatione praesenti quam tolerant, conferri sibi a domino delicias aeternas deposcant: sed sine ulla cogitatione futurorum uiuunt, bene secum actum existimant, si quotidianis laboribus uentris undecumque saturitatem conquirant. Crocodilus (ut dicit Plinius) habet Nilus quadrupes malum, & terra pariter ac flumine infestum. Vnum hoc animal terrefre, linguae usu caret, unum, superiore mobili maxilla, imprimit morsum. Alias terribile, peccinatum, stipitante se dentium serie. Magnitudine excedit plerumque duodeuiginti cubitos, parit oua quanta anseres, unguibus tantum armatus est, contra omnes ictus cute inuisa. Dies in terra agit, noctes in aqua. In hoc quadrapede tam pessimo, non nisi latronum imaginem uideo, qui terra pariter ac flumine infesti sunt: quia nunc semitas, nunc maria obfident, transuentibus insidiantes. Carent usu linguae: quia multoties inopinantes aggrediuntur: & non indictis inimicitis, graues se exhibent inimicos. Supiore mota maxilla, morsum faciunt: quia diabolo instigante cui subditi sunt, in omni crudelitate eius uoluntati deserviunt. Terribiles cultique habitu, stipitata dentium serie, pluribus scilicet ad aliorum necem in unum collectis. Oua pariunt, sperantes in iniquitate sua, ad malefaciendum armis accincti: spiritalium uero uirorum iaculis propter cordis duritiam nullum aperiens aditum, diem in terra agentes, nocte uero in aqua delitescentes. Cum enim arripserit eis complendi facinoris opportunitas, subito eripunt: quoadiu autem nemo occurrit qui praeda fiat, quasi noctem passi, prodere se non uolunt. Hoc porro animal, quauis enormis sit magnitudinis, minutis tamen animantibus annumeratur: quia huiusmodi homines sicut deo execrabiles, ita etiam a mundo despecti habentur. Adiungit quoque lex quaedam alia: Migale, inquit, & chamaeleon & stellio & lacerta & talpa: omnia haec immunda sunt.

li. 8. ca. 29 Crocodilus.

li. 8. ca. 29 Crocodilus.

excellent.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Migale.

Chamaeleon (alias cameleo).

Chamaeleon non habet unum colorem, sed diuersa est uarietate conspiciunt, ut pardus: cuius corpusculum ad colores quos uidet, facilis conuersioe uariatur, cum aliorum animalium non sit ita ad conuersionem facilis corpulentia. In infirmitate mansuetum esse se fingit, cum se immanem fuit animal.

Stellio quoque ac lacerta, uenenata reptilia, quanquam sint infirma, tamen sunt malitiosa. Talpa caecum est animal, quod de terra simul & pluuia creati. Huius consuetudo est, terram fodere, & ipsius arenae super se cumulos excitare. Huic igitur assimilata sunt pauperes, qui terrenas diuitias quas nunquam assequuntur, semper uoluunt in animo: solaque cupiditate cecati, dum terrenas cogitationes cordi accumulantes, super nolum lumen nunquam respiciunt. Isti ex terra pluuiaque simul oriuntur, dum partem suam peruersa uoluntate & sensu terreno, partim alterius persuasione tales efficiuntur. Sequitur:

**Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usque ad uesperam. Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur.**

Tangitille immunda, qui propria deliberatione alterius immunditiae cor apponit. Super nonnullos uero cadunt morticina, cum subita tentatione quispiam praeruentis, aliquod huiusmodi desiderium incurrit. Polluitur tamen & ipse, quod scilicet minus cautus contra inimici insidias, malignam eius persuasionem uel ex improposito susceperit. Quae autem sint, quae huiusmodi casu conuincuntur possumus, lex diligentius distinguendo subiungit:

**Tam uas ligneum & uestimentum, quae**

mal. Agnosce in hominibus chamaeleontem. Sunt enim plerique qui omnibus placere cupientes, uniuersorum se uoluntati conformant: faciliusque conuersioe uariant, diuersos alternant colores: dum scilicet cum irascentibus irascuntur, detrahunt cum detraherentibus: & eisdem ipsius quem prius uituperando depreferebant, mox si adit quod laudet, laudibus fauent. Huiusmodi homines quandiu nulla potestate praediti sunt, immoderata adulatione omnibus blandiuntur. Quibus tamen si potestas contigerit, quae in cordibus eorum primo latuisset crudelitas, continuo manifestant. Testis est Absalon, qui ante regni peruasi tyrannidem, omnibus blandum se exhibens, adulatione uero ut principatus culmen arripuit, scelestissimus parricida, quantum in eo fuit, nec patri pepercit. Unde & lapsiens quidam: Multorum, inquit, quia imbecilla sunt, latet uitia: non minus aufusa cum illis uires suae placuerint, quam illa quae iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandae nequitiae defunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non defunt illi uenena, sed torpent. Multorum crudelitas & ambitio & luxuria, ut paria pessimis audeant, fortunae fauore deficiunt. Eadem uelle cognoscenda potest quatum uolunt. Sed de chamaeleonte hucusque.

2. Re. 15.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

Stellio. Lacerta. Talpa.

pellis & cilicia. Et in quocumque fit opus, tingetur aqua, & polluta erunt usque ad uesperam, & sic postea mundabuntur. Vas autem fictile, in quod horum quicquam intro ceciderit, polluetur: & iccirco frangendum est.

Superius in hostiis quae pro peccatis offerri iubentur, per uas aeneum & uas fictile, animam corpusque hominis intelleximus: quod scilicet illa aeterna immortalisque sit, corpus autem ex terra formatum. Hic autem legislator pro uase aeneo ligneum posuit: quia anima licet immortalis sit, cum tamen uitiosam suggestio nem tam facile suscipit, inconstantia & mobilitatis notam incurrit. Quod per lignum congrue intelligitur, cui cum aere aut lapide, ponderis multa inaequalitas est. Dicitur ergo: Super quae ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur: tam uas ligneum & uestimentum, quae pelles & cilicia. Per uas ligneum, anima instabilitate sua reprehensibilis: per uestimentum uero, faciei corporeae aspectus motusque membrorum exteriores intelliguntur. Hi namque conscientia uitiosa & concupiscentiae carnalis igne succensa, & ipsi continuo deprauantur: ita ut neque in uultu, neque in sermone, in incessu quoque seu in totius corporis statu, eadem quae fuerat seruetur honestas, aut prima uisionis sobrietas teneatur. Per pelles uero illi designantur, qui iam multa ab itinere religionis consuetudine, carnis suae uitia morum cauuerunt. Qui tamen ne securitate noxia resoluantur, & sui custodiam negligant, repentinos tetationum incurfus praecauere monentur. Sic & cilicia, illi scilicet qui pro perpetratis adhuc recens criminibus penitentiam macerantur: ne ex improposito inimici laqueis irretiti, ad uomitum suum redeant, saluberrime praestruuntur. Et in quocumque fit opus, omne scilicet uas in quocumque fit opus, tingetur aqua. Postquam nonnullos specialiter contra inimici insidias uigilare praemonuit, omnibus uniuersaliter iustis hanc cautela adhibet, dicens: Omne uas in quo fit opus, si ceciderit morticinum super illud, tingetur aqua, & pollutum erit usque ad uesperum. Omnes namque qui creatori suo deseruiunt, uasa sunt spiritus sancti, quia in ipsis & per ipsos idem spiritus operatur. Omnibus igitur generaliter penitentium lapsus cauendi sunt, ne si morticinum ex improposito cadens susceperint, necesse habeant tingi aqua, penitentiae uidelicet satisfactioe purgari. Cur autem uas quod aqua tingitur, immundum maneat usque ad uesperam, iam supra expositum est. De uase etiam fictili, in quod horum quicquam intro ceciderit, cur frangendum sit, ex his quae in hostiis pro peccato dicta sunt, facile intel-

2. Petr. 2.



igitur: quod scilicet corpus per operationem aliquam harum immunditiarum in membris suis recipiens, austeriori poenitentia sit plectendum. Sequitur:

Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit. Et omne liquens quod bibitur de uniuerso uase, immundum erit. Et quicquid de morticinis istiusmodi ceciderit super illud, immundum erit.

Inuitata est ista constructio. Cum enim cibum potum uel populi illius contaminari potest dixisset, causam qua contaminaretur, subiungens: Et quicquid, ait, de morticinis istiusmodi ceciderit super illud, immundum erit. Sic igitur ordinanda est huiusmodi ceciderit super illud, immundum erit. Cibus autem potusque sanctorum, iustitia est, iuxta illud dominici: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Praemonerat igitur lex adhibendam esse uigilantiam, ne quis in bono opere positus, aut malorum suorum poenitentiam agens, repentinis inimici insidijs a sancto proposito reuocaretur: nunc uero hoc etiam obseruandum insinuat, ne bonum opus quod agit, prauitatis admixtione contaminetur. Omnis (inquit) cibus quem comedetis, & omne liquens quod bibitis, si aliquid de morticinis ceciderit super illud, immundum erit. Non enim acceptabile esse opus bonum poterit, quod per criminis admixtionem fuerit sceleratum, teste Salomone: quia qui in uno offenderit, multa bona perdet. Hinc est superius, quod hostiae quae offerebantur, immaculate esse precipiebantur. Mirum est autem, hoc loco cum cibum qui comedendus erat, tactu morticinorum pollui posse doceret, cur praemiserit legislator, si fusa fuerit super eum aqua. Quid enim? Si cibus aqua prius perfusus non fuerit, tactis morticinis, mundus remanebit? Dicit Iuda<sup>9</sup> litera suae aemulato, & hanc legislationis istius qualemcumque proferat rationem, quod scilicet corpus aridum non tam facile pollui cadaveris sordes contrahit, sicut aqua perfusum. Nos uero ridicula ista paruipendentes, qui mystice eis omnia praecipit, & mystice ab eis fieri cognouimus, facti huius mysterium perferuntur. Res est uulgata quam dico, omne peccatum tribus gradibus consummari, suggestione, delectatione, consensu. Suggestio sine delectatione, non polluit. delectatio uero peccatum inchoat, sed consensus aditus consummat. Qui igitur in bono opere se exercet, quasi mundo cibo uescitur, potius saluberrimo re-

creatur. Hic si per suasionem imitanda prauitatis alienae susceperit, si non eum delectat quod audit, per suasionem sola contaminari non poterit. Inicitur ergo cibo illius quasi cadauer morticinum, dum religioso ipsius studio cogitatio prauitatis ingeritur. Quae tamen si hominis mentem inuenerit aridam, uidelicet ab illiue prauae delectationis alienam, nihil pollutionis infert: quia domino attestate, spiritus immundus etiam in locis aridis quaerit requiem, sed non inuenit. Cibus igitur tangit morticina, si aqua non fuerit perfusus, contaminari non potest: quia deuotio nostra iniquitatis per suasionem suscepta, si mens mollitiae muliebri resoluta non fuerit, si seruore uirili succensa, ab ipso cordis ostio quod contra fas sibi sentit inferri, propulerit, coronatur potius quam maculatur. Quod si tactus morticini perfusus aqua, cibum nostrum offenderit, sordes suas illi communicat: quia mens prauae delectationis ueneno infecta, cum ad motum sibi serpentis sibilum quasi iniectum morticinum senserit, est u carnalis concupiscentiae succensa, usque ad prauitatis consensum cito collabitur. Tactus ergo morticinorum quosdam polluit, quosdam uero non polluit: quia tentatio aduersarij quae illicita quaeque cordibus nostris inicit, iustitiamque nostram qua coram deo pacimur, sordidare contendit: sicut madidos necat, sic aridos coronat. Sequitur:

Sicut clibanus, siue tyropodes, destruitur & immundi erunt.

Hyperbaton est ista, sententia cum uerbis ordinem mutans. Sic enim intelligendum est: Immundi erunt, & iccirco destruentur. Per clibanum uero, sicut supra in sacrificijs similia dictum est, sanctorum martyrum patientia, quae tribulationibus quasi ignis ardoribus circumcincta est, designatur. Sed quemadmodum azyrna esse praecipiantur, quae ibidem de clibano offeruntur: ita & hic a tactu morticinorum clibanus prohibetur, ut uidelicet qui passionis suae coronari appetit, non propter iniustitiam, sed propter iustitiam patiat. Unde & scriptum est: Nemo uestrum patiat quasi fur, aut homicida, aut maleficus, aut alienorum appetitor. Qui enim mala patiens, male agere uel malis etiam consentire non deuit, patientiae suae meritum obfuscat. Tyropodes quoque uasa sunt fictilia, pedes habentia, in quibus cibi parantur. Per hos igitur, doctores intelligimus, qui cum Apostolo dicere possunt: Habemus thesaurum scientiae in uasis fictilibus. Hic enim quasi uerbi cibos discipulis parat, dum facta doctrina mentes eorum reficiunt. Et clibanus itaque & tyropodes tactis morticinis polluntur, destruenturque sunt: quia nisi cuncta quae immunda sentiunt, declinare & studuerint, & il-

li suae patientiae, & isti suae doctrinae gloriam perdunt.

Fontes uero & cisternae, & omnis aquarum congregatio, munda erit.

Contraria uideretur lex loqui. Si enim quipiam per appositionem morticinorum contaminari potest, quid magis quam cisterna, in quam cadauer delapsus, cum putrefactus fuerit, totam aquam illam corruptione sua abominabilem reddat? Sed litera imbecillitas ad spiritum nos mittit. Fontes enim sunt doctorum mentes, in quibus bibita aqua quam dedit eis IESVS, factus est fons aquae salientis in uitam aeternam. Ipsi quippe aquas spiritalis scientiae, spiritul sancto ministrant, in cordibus suis concipiunt, quas linguarum meatibus minus eruditius postea infundunt. Ipsi ergo per fontes, auditores uero illorum per cisternas siue per aquarum congregationes congrue designantur: quia ueritatis dogmata quae a doctoribus percipiunt, fideliter apud se congregant & conseruant. Sed quoniam incumbit praedicatoribus sanctis necessitas, ut non solum de uirtutibus, sed etiam de uitis disputent: illas scilicet laudando, ista autem reprehendendo: coguntur in meditatione sua utraq; suscipere: ut tam de uitis quam de uirtutibus, quod deinceps in populi auribus loqui debeant, antea mente pertractent. Suscipiunt igitur intra se ipsos morticina, dum inuestiganda flagitorum natura, cogitationum suarum uenas aperiant. Sed neque ipsos, neque cisternas quibus in fluunt, auditorum uidelicet conscientias, ista cadauerum susceptio contaminare potest: quia reprehensibile non est, si iccirco uitia inuestiges ut extirpes, si eo animo etiam manu apprehendas ut euellas. Sequitur:

Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.

Nonne iam superius hoc dixerat? Quare hoc repetit? Sed rationem perpende. Dixerat sub imagine fontium uel cisternarum, doctores discipulos uel illorum, tactis morticinis, mundos remanere: & tanquam causa ab eo requireretur, subiunxit statim: [Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.] Ac si diceret. Qui eo animo cogitationem uitis admouet, ut eorum perpetrationem affectet, hic tactu suo immundus est. Isti uero quasi tangentes non tangunt: qui illicita quaeque mentetractantes, affectum eorum procul repellunt. Sed de morticinis istis adhuc subiungit: Si ceciderint super sementem, non polluent eam. Sin autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, ilico polluetur.

Simile quid de cibo supra tractauimus. Sed nota quam congrue post fontes & cisternas sementem legislator introduxerit. Fontes enim, ut praediximus, sunt corda doctorum: cisternae, conscientiae auditorum. Medius inter eos dicentium sermo discurre: dum quod ipsi mente concipiunt, loquendo alijs infundunt. Sermo uero iste, semen est, domino dicentem. Semen est uerbum dei, sed quoniam eadem ore proferuntur, quae prius mente tractantur, sancti praedicatorum sicut uitiorum cogitationem ut ipsi instruantur, sic & disputationem ut alii edificentur, suscipiunt. Habes sanctum Apostolum talia proferentem, quibus quodammodo noster offendatur auditus. Nolite, inquit, errare. Neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, regnum dei possidebunt. Deinde ad conuicatorum cubilia disponenda descendit, & ea loquitur quae quibus ex nobis uel mediocriter religiosus, in communi locutione dicere uel audire declinet. Vxor, inquit, uir debitum reddat, similiter & uxor uiro. & Nolite fraudare intus, nisi forte ex consensu ad tempus. Habes quoque in alijs scripturarum locis, nunc adulterium homicidiumque Dauid, nunc Iudae cum nuru sua concubuit, nunc Cain fratricidium: multaque huiusmodi scelera, plenissima narratione describi. Quid igitur? Nunquid reprehensibilis polluta uel iudicabitur scriptura, quae styli sui serie turpitudines huiusmodi comprehendit? Absit. Ut enim supra dictum est, sementis tactis morticinis non contaminatur. Cur autem non contaminetur, breuis est responsio: quod scilicet immunda tangens, non fuerit aqua perfusa. Sancti quippe uiri qui talia nobis scripserunt, non malo animo mala tractabant: & ab eorumdem criminum delectatione uel exiccata, cum posteriorum memoriam traderent, non nos ad similia prouocare, sed ad similibus reuocare studebant. In communi etiam locutione interest plurimum, quo animo quisque quid dixerit. Nam si obiurgans alium, ad hoc solum ut corrigat, peccata sua ei obiciat, non peccat. Nam & Apostolus cum ea quae supra diximus, tam horrenda flagitia Corinthijs scribens enumerasset, Et haec, inquit, fuistis. Quid est enim, quod tantus iste uir tam grauem quasi contumeliam si delibus inferens, innocuus deputatur: cum uoce dominica, quisquis fratri suo fatue dixerit, dignus gehennae ignibus iudicetur? Sed locutionis ipsius sementis, aliorum se conuictis uel quibusdam morticinis applicans, quae aqua perfusa non fuerat, munda remanebat. Neque enim malitiae uenenum mentem eius infecerat, nec delectabat eum proximos dehonefatare: sed quae inhonesti fuerint ad memoriam reuocando, inhonestatis illis amorem

Mat. 5.

a. bibetis

Eccles. 9.

Mat. 12.  
Luc. 11.

Ioh. 4.

\* istud

1. Pet. 4.

2. Cor. 4.

Luc. 8.

1. Cor. 6.

1. Cor. 7.

2. Reg. 11.  
Gen. 38.  
Gen. 40.

1. Cor. 8.

Mat. 5.

inferere. Et nos itaque cum uerbum aliquod durum cōtra fratrem proferimus, quasi morticino tangimur, quia peccatum perpetrasse putamur. Sed attendat unusquisque conscientiam suam. Si oculo simplici proximi obiurgat, locutionis ipsius seueritas delectationis aquam nescit, & iccirco nullam sub tactu morticini maculam contraxit. Dicat ergo lex: Si quispiam aqua seumentem per fuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si em̄ ad hoc aliena uitia loquaris, ut persuadeas: si ea intentione fratri quod peccauit obijcias, ut abiectionem illum, non correctiorem efficias: aqua prauae delectationis infectus, morticinum terigisti, & pollutionem eius tibi contraxisti, Sequitur:

**Si mortuum fuerit animal quod licet uobis comedere, qui tetigerit cadauer eius, immundus erit usque ad uesperam.**

Mortuum dixit, non occisum. De illis quippe tantum agit, quae aut aegritudine, aut quoquo modo per se moriuntur. Quae mors utique ad significandam peccati mortem, satis apte assumitur. Nemo enim peccat inuitus. Notandum uero, quod ex omni parte cautio legalis circumspectos nos reddit. Superius quippe omnium immundorum, quadrupedum, piscium, uolatilium, esum nobis interdixerat & tactum, ubi ab iniquorum consortio nos omnimodis sequestrauit. Nunc uero amplius addit, ut si etiam mundum aliquod animal quod comedere licebat, mortuum fuerit: esum quoque illius, sicut & immundorum, tactum quoque uitandum. Si enim iustus quispiam, quem imitari laudabile fuit, peccati mortem incurrit: cauendum est, ne propter pristinam illius sanctitatem quam uenerati sumus, peruersitati quoque in quam lapsus est, communicare uelimus. Hoc quicumque non obseruauerit, peccati remedium sibi indiget. Unde subiungit:

**Et qui comederit ex eo quippiam siue portauerit, lauabit uestimenta sua, & immundus erit usque ad uesperam.**

Haec quoniam in superioribus satis explanata sunt, sequentia uideamus.

*De reptilibus ut non assumantur in cibum. Caput V.*



**M**ne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum.

**Q**ui enim contempnitus celestibus, ad amorem terrenorum oia

sua deposuerunt desideria, isti abominandi sunt, nec imitatione digni.

**Quicquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est.**

Non possunt ista esse nisi serpētia, quae cum pedibus incedant, pectus tamen terrae apponunt, caudam quoque per terram trahunt. Videtur autem lex eos significasse, qui cum terrenis diuitijs subnixi sunt, quae in quatuor (ut supra diximus) elementis consistunt: tota mente eisdem incumbunt, nec nisi terram sapiunt. Unde & corpus reliquum per terram trahitur: quia in omnibus quae faciunt, terrenis tantummodo lucris insudatur. Qui etiam uarijs occupationibus quasi multis pedibus distenduntur. Quia enim per pedes actiones solent intelligi, quasi tot pedibus incedunt, quorū actibus omnes se impendunt. Quo contra per quemdam sapientem dicitur: *Fili, ne in multis sint sensus tui.* Sequitur:

**Nolite cōtaminare animas uestras, nec t̄gatis quicquam eorum, ne immundi sitis.**

Satis insinuat legislator, tactum istum immunditiamque, ad animas nostras, non ad corpora pertinere.

**Ego em̄ sum dominus deus uester. Sancti estote, quoniam ego sum sanctus.**

Notandum quod dominus etiam per legem ad filiorum adoptionem homines preparat, quos ad suae sanctitatis similitudinē inuitat.

**Ne polluatis animas uestras in omni reptili, quod mouetur super terram. Ego em̄ sum dñs, qui eduxi uos de terra Aegypti, ut essem uobis in deus.**

Beneficia sua commemorat, ut ad praecceptorum obedientiam deuotiores eos efficiat.

**Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.**

Repetitio ista, plurima commendatio est. Inuit enim quanta sollicitudine obseruari oportet, quae praeccepti repetitione adeo inculcat, sicut scriptum est: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Deinde concludens legislator omnia, quae de mundorum immundorum uel discretionem praemisit: *Ista est, inquit, lex animantium ac uolucrum, & omnis animae uiuentis quae mouetur in aqua & reptat in terra, ut differentias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid cōcedere, & quid respuere debeatis.*

Sequitur mulieris purificatio parietis: cui ut sufficere possimus, modica nobis pauisatio concedenda est.

*De purificazione mulieris parientis. Cap. vi.*



**Notatus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septē diebus, iuxta dies separationis menstruae, & die octauo circūcidetur in fantulus: ipsa uero trigintatribus diebus manebit in sanguine purificationis suae. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur sanctuarium, donec implentur dies purgationis eius. Sin autem foeminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta & sex diebus manebit in sanguine purificationis suae.**

**N**ihil in lege esse quod aut utilitate caret, aut ratione, firmissime tenendum est, cum ueritas dicat: *Iota unum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant.* In hac tamen sanctione si literam solum sequamur, quae ratio esse poterit, cum partum hominis culpae legislator ascribat? Nā si de conceptione ageret, & propter concubitus uoluptatem testaretur eam a reatu immunem esse non posse, utique daremus assensum, psalmistae uocibus edocti, in iniquitate conceptos nos esse, & quia in peccatis conceperunt nos matres nostrae. Sed de coitu specialis in sequentibus dabitur sententia, & purificatio decerneretur. Nunc igitur cum de solo filiarum euae partu tractetur, quas materna adhuc premit conditio, dñi pariunt in doloribus filios: parus eiusdem cruciatus uideretur potius, si quid in conceptu contractum est, exiari, quam nouam cōtaminationem asserere. Deinde cum nemo peccet nisi uolens, quae ratio est ut mulier maiori stringatur reatu, si foeminam pepererit, quam si genuerit masculum? Neque enim hoc in arbitrio illius positum est. Nam multoties cum prolem masculinam anxia concupiscat, contra uotum suum filiam parit. Legalis itaque consuetudo in hac quoque sanctione recognoscenda est, quae figuratiue pene omnia loquitur: sicut & leprosos immundos asserit, & sepulchros mortuorum tactu ipso contaminari decernit. Postremo domini uocem tenemus, quae ait: *Non ueni legem solue*

re, sed adimplere. Aliquis igitur in uerbis quae proposuimus, & in consuetudine illa antiqua mysticus requirendus est intellectus, quem non soluerit dominus Iesus, sed adimpleuerit. Siquidem iuxta literam traditio haec ab ecclesia eius non obseruatur. Solummodo namque mulieres nostrae ob uenerationem imitationemque beatae uirginis Mariae, quae legi nihil debens, sponte in hac parte legi se subdidit, ab ecclesiae introitu quadraginta continēt diebus: uerum post editam prolem, septem dierum quae descripta est immunditiam, siue etiam sobolis masculinae uel foemininae differentiationem, omnino postponit. Mysterium itaque constitutionis huius inuestigandum est, qualiter scilicet ecclesia spiritaliter impleat, quod lex carnaliter subebat. In superioribus libri huius quae iam tractata sunt, ut mittamus pontificum consecrationem, siue hostias quibus qui peccabant, satisfaciebāt: oblationes populi lex distinxit, quasdam perfectis assignas, quas & holocausta nominauit: quasdam carnalibus adhuc, quas hostias pacificas nūcupauit. Postremo quod & nos recens tractauimus, sub specie mundorum immundorum uel animantium, quos imitari, quosque aduersari conueniat, fideles edocuit: nunc uero de pariente loquens, & eam post editam prolem immundam fieri decernens, non minimum intelligentibus aedificationis attribuit. Est autem quidā partus spiritalis, de quo per prophetā dicitur: *Domine, a timore tuo concipimus, & parturimus, & peperimus spiritum salutis.* Mens quippe quae sola terra sapuerat, imo quae in uetustate sua prius desuperat, uerbo dei impregnata, bonam concipit uoluntatem, quam parturit deliberando, parit operando. Proles igitur eius est nouus homo ex uetere factus, renouat⁹ interius spiritu mentis suae, & ambulans exterius in nouitate uitae. Conscientiam quippe illius si interrogas, credit quod non crederat, sperat quod futurum prius nesciebat, amat quoque quod antea contempnebat: & e contrario negligit, quod magnopere desiderabat. Haec est eius occulta immutatio. Ceterum si qualitatem conuersationis discutias, uidebis fornicatorem iam caste uiuere, aliena rapientem, iam sua erogare: contumelias alij inferentem, iam ab alij illatas cum patientia supportare. Huiusmodi fecunditatem, & in sanctis mulieribus olim expressam aduertim⁹, sicut de uxore Manuae quae diu sterilis fuerat, scriptum est, quod uisitāte se angelo, Samsōnem genuerit. Manue autē interpretatur requies. Designatur igitur per ipsam, quod mens quae mundanis negocijs diu uersata, spiritalibus fructibus non attrulit: si quietem sibi conuixerit, si uacare uoluerit ut deum agnoscat, theoricis illuminationibus roborata, fortem uirum pro-

LEVITI  
ei caput  
XII.

siue.

Matt. 5.

psal. 50.

psal. ub.

Matt. 5.

Luc. 2.

Isa. 26.

Iudic. 13.

4. Re. 4. ferre poterit. Sic & Sunamitis illa sancti Elisei hospes, cum filium postulasset, audiuit: In tempore isto & in hac eadem hora, si uita comes fuerit, habebis in utero filium. Vnusquisque enim qui spiritum nouum a domino postulat, iuxta fidei uotorumque suorum mensuram in qua precem fundit, plus minusue spiritalis profectus accipit. Sed in sobole hac distinctio habenda est. Aliquando nanque filius, aliquando uero filia est quae nascitur. Quae facile aduerrere poterit, qui ad hostiarum diuinitatem, quam in principio uoluminis huius tractauimus, mentem reuocabit. Ibi quippe fortioribus holocausta assignata sunt, de quibus & praecipitur, ut masculus esse debeat qui offertur. Qui enim sua omnia relinquit, qui propter regnum caelorum a concessa quoque coniugij copula se castrare potuerit, qui ex integro studij spiritalibus sese mancipare, isti merito in numero uirorum currunt. Mente ergo huiusmodi masculos pariunt, quia in religionis professione uiriliter agunt. Alij porro iunior, qui licet placere deo studeant & pacem cum illo facere, nequaquam tamen possessionibus mundanis renunciare: sed ea quae mundi sunt, legitime possidere decernunt: nec coniugio carere, sed coniugij fidem seruare consentiunt. Istis lex hostias sacrificas deputat, quod scilicet uirtutum culmen non appetant: sed contenti sint, si quo modo animaduersione supernam euadere possint. His ergo de masculina uictima nequaquam praescribitur: sed fuae masculum siue foemina offerre uoluerint, utrunque conceditur. Iam igitur apparet, quae sit mulier quae foeminam parit, mens scilicet quae huius mediocri conuersationis imperfectionem eligit. Sed de illa quae peperit masculum, prius tractandum est. Dicat ergo: [Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus.] Semen est uerbum dei. Hoc (ut iam supra diximus) impregnatur mens humana, & ut spirituales fructus proferat, animatur. Sed quid est quod masculum pariens, immunda decernitur? Post uirtutis enim executionem, & pristinae conuersationis renunciationem, non immunda fieri: sed quae immunda fuerat, posse mundari citius crederetur. Sciendum itaque, quia post partum filij non tunc primum immunda fit, sed tunc primum immunditia sua agnoscitur. Nemo enim tenebras suas diiudicat, qui nondum accessit ad lucem. Nemo peccatum suum agnoscere potuit, nisi qui iustitiae proximare coepit. Iam cum dominum uidisset sedentem super folium excelsum, statim immundus se esse ingemuit. Vae mihi, inquit, quia pollutus labij ego sum. Iob quoque: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te. Et quid postea? Idcirco, ait, ipse me reprehendo. In Numeris etiam iubet

Moyse uaccam rufam immolari, & flammis exuri. De cuius cineribus fiebant aquae expiationis, quibus expiabitur qui tetigerant cadauer hominis. Sed sacerdos qui eam immolat, antequam castra ingrediatur, iubetur lauare uestimenta sua & corpus suum: & ingressus castris, commaculatus, inquit, erit usque ad uesperam. Id ipsum & illi praecipitur qui contulerit eam. Deinde sequitur: Colliget autem uir mundus cineres uaccae, & effunder eos extra castra, in loco purissimo, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aqua asperisionis. Cumq; lauerit qui uaccam portauerat cineres, uestimenta sua, immundus erit usque ad uesperam. Nouissime autem: Omnis, inquit, qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad uesperam. Quae igitur ratio est, cum uacca ista ob expiandas immundorum maculas imoletur, ut qui eam immolat siue comburit, immundus fiat? Quae ratio est, cum cineres tantae dignitatis sint, ut non nisi a mundo homine efferi permittantur: ille tamen qui ad eos mundus accesserit, portando contaminetur? Si aqua illa cinerum admixtione sanctificata, immundos emundat dum super ipsos aspergitur: qua ratione qui tangit eam, immundus efficitur? Sed hoc nepe est quod diximus, omnis qui sancta tractat, non exinde pollutur: sed hac de causa, immunditiam suam sollicitus recognitare compellitur. Alioquin si se mundum iudicat, cum deo approximat, inter superbos reputabitur, de quibus per Salomonem scriptum est: Generatio cuius excessi sunt oculi, & palpebrae in altum subleuatae. Generatio quae sibi munda uidetur, & non est lota a fordibus suis. Mulier itaque quae masculum parit, post sancta laboris exercitium non repentinis fordes contrahit: sed quas in se pridem contemnebat, nunc anxia perpendit. Immunda ergo dicitur post editum partum, non quia quas non habuerat maculas, tunc primum suscipit: sed quia quas habuerat, non statim expellit. Ut enim ait beatus Gregorius, nemo ab imis incipiens, statim fit summus. Multus post conuersionem manet labor, longa concertatio. Paruulus nempe quem mulier ista peperit, quasi in alieno natus, tyrannorum possessiones sibi uedicare conatur. Vbi igitur regnauit superbia, humilitatem inferere nititur: intro ducere diuitiarum contemptum, expulsa auaritia: dare etiam castitati regnum, debellata luxuria. At contra principes tenebrarum, noui regis ortum moliantur extingueri: & possessionem antiquam, quam ab ipsa ueteris hominis natiuitate sibi usurpauerant, subtrahi dedignantur. In hac altercatione nouus iste debellatur, dum carnis ille cebris interpellatur, saepe titubans, nonnumquam etiam labitur. Recole Samsonem illum, cuius iam su-

pra meminim, post leonis dilacerationem, postquam segetes inimicorum exussit, postquam mille uiros in mandibula asini percussit: uir fortissimus mulieris unius blanditijs irretitus, raris criminibus, uirtute priuatus, oculis orbatus, & ad molam deputatus est. Puer quoque supradictus, quem Sunamitis matrona sancti uiri precibus impetrauerat, meridia non tempore super matris genua defunctus est. Sed quid ait scriptura: Septies cadit iustus & resurgit. Et in psalmo: Cum ceciderit, non colidetur: quia dominus supponit manum suam. Et Samson igitur postea resumpta uirtute, inimicos oppressit: & puer ille orante Eliseo, spiritum recepit. Mulier ergo ista quae masculum peperit, quandiu apud illam affectus iustitiae uarijs illecebris titillatur, uarijs affectionum carnalium perturbationibus inundatur, de munditia sua nondum praesumit: & hoc est quod lex dixerat, septem diebus, immunda erit. Sex enim dies, operis sunt & laboris: septimus, repaulationis. Vtque ad septimum itaque diem immunda est mulier ista: quia donec cesset apud eam tentationum tumultus, donec quiete ponat spiritus sanctus, cui sabbatum consecratum est in uisceribus illius, ut benedicant omnia quae intra eam sunt, nomen sanctum eius, perfectam munditiam obtinere non poterit. Nec moueat quemquam, quod septem diebus immunda decernitur, tanquam & septima dies immunditiae eius deputet. Legis quippe consuetudo est, ut diem qua quis emittitur, diebus annumeret praeteritae immunditiae: sicut in Numeris qui cadauer hominis tetigerit, septem diebus immundus esse perhibetur: & tamen septimo die purificationis completur. Leprosus in hoc uolumine septem diebus recludi praecipitur, qui tamen die septimo considerari iubetur. Pari modo & mulier ista, licet septem diebus immunditiae deputetur, septimo tamen uidelicet tentationibus cessantibus, ab immunditia sua liberatur. Dicatur ergo: [Immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruae.] De menstrua muliere operosus fuit in locis referuatur tractatus: idcirco ad praesens de ea tacendum est, nisi quod forte loco huic sufficere possit, septem scilicet diebus legis decreto mulierem menstruam separari. Vnde & hic de pariente dicitur: Immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruae. [Et die octauo circumciditur infantulus.] Octauus dies ad resurrectionem pertinet. Est autem & resurrectio prima, sicut in Iohannis Apocalypsi declaratum est. Resurrectio itaque est, noua post mortem uita. Vnde Apostolus: Sicut CHRISTVS resurrectio mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Ad octauam ergo resurrectionis post septimam uenit: qui

mortificatis & consopitis concupiscentijs carnalibus, in tranquillitate spiritus sancti in expertam antea uitae iucunditatem inuenit. In hac igitur octaua circumciditur infantulus: quia in hac puritate homo ille interior, concupiscentiae carnalis labe mundatur. [Ipsa uero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suae.] Triginta tres dies, si septem addantur, quadraginta faciunt. Quadragenarium uero numerum ad continentiae laborem, uitaeque praesentis aerumnam pertinere: tum lex, tum prophetae, tum etiam legis ipse prophetaeque dominus, qui sub hoc numero ieiunasse legitur, in testimonium nobis erunt. Denarius enim, decalogum legis: quaternarius uero, corpus nostrum quod in quatuor elementis subsistit, respiciunt. Porro quater decem, siue decies quatuor, quadraginta complet. Merito itaque quadragenarius numerus uitae huius praesentis exercitio deputatur, in qua carnis nostrae appetitus diuinis iustionibus obtemperare coguntur. Mulier igitur post filij partum quadraginta diebus manet in sanguine purificationis suae: quia teste Apostolo, quoadiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino, & iniquitatum praecedentium poenas damus, licet ab eis quantum possumus & gratia nos iuuat, iam contineamus. Sanguis liquidem uindictam significat, sicut de iusto per psalmistam dicitur: Manus suas lauabit in sanguine peccatoris: correctus scilicet ager, postquam eorum qui peccauerunt, tormentum respiciet. In sanguine uero purificationis manere, est aerumnam mortalitatis huius sustinere: in quam peccando lapsi sumus, per quam tamen ab his quae commisitimus, emundamur. [Omne sanctum non tanget, nec ingredietur sanctuarium, donec impleantur dies purgationis eius.] Quod dicitur, omne sanctum non tanget: intelligendum est, quia toto illo tempore ea quae ad tabernaculum pertinebant, & sanctificata erant, tangere non audebat. Ut autem haec spiritualiter discutiamus, omnis qui iustitiae fructum afferre coepit, quandiu tamen hic uiuit, de nullo opere suo confidit. Si quid boni agit, deo applicat, non sibi: in malis uero quae gessit, non alium, sed seipsum attendit. Et hoc est, sanctum non tangere, a sanctitate se longe remotum iudicare. Audi beatum Apostolum: Gratia, inquit, dei sum id quod es, aut quid habes. Ego, ait, minimus quidem sum apostolorum, & hoc ipsum gratia mihi, non meritis contulit. Nam si merita mea respiciam, non sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Item: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia CHRISTVS IESVS uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.

Mat. 19.

Luce. 8.

1. Tim. 6.

Iob. 42.

Numer. 19.

ibidem

Pro. 30.

Iudic. 16.

4. Re. 4.

Pro. 24.

Psal. 36.

Psal. 102.

Numer. 19.

Leuit. 15. 14.

Apo. 20.

Roma. 6.

Luce. 4. Matt. 4.

2. Co. 5.

Psal. 57.

1. Cor. 15.

ibidem.

1. Tim. 1.

1ob. 9. Transi ad Iob, & inuenies eum familia profitemem. Ego si iustificare me uolero, os meum cōdemnabit me. Dauid quoque: Non in tres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sanctum ergo nō tangit mulier ista tēpore purificationis suæ: quia sancti uiri quando in infirmitate uitæ præsentis positi sunt, ob humilitatis custodiam peccata sua attendere, & peccatores se pronūciare, quā merita sua iactare, decernūt. Nec ingredietur, inquit, sanctuarium. Sanctuarium intelligē dum est, de quo per Psalmistam domino dicitur: Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Ad hoc uero templum non pertingimus, donec adhuc corpore grauamur. Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod habitationem habemus ex deo, domum non manufactam, æternā in cælis. Mulier igitur ista post septem dies primos, quibus transactis, ab immunditia sua sanctificatur: licet ab iniquitate sua dimissa sit, non statim tamen ab iniquitatis pœna libera fit: sed usque ad completionē quadragesimæ, sustinet pondus peregrinationis suæ. Simile quid & in Absalon reperies. Offenderat patrem interfecto Amnō fratre suo, & a facie patris fugerat in Gessur. Denique post trium annorum decursum placatus est Dauid erga filium. Dixitq; ad Iob: Ecce placatus feci uerbum tuum. Vade igitur & reuoca puerum Absalon. Veruntamen reuertatur in domum suam, & faciem meam non uideat. Mansit itaque duobus annis in Ierusalem, id est, uisione pacis, recepta scilicet patris gratia: ad patris tamen faciem non ad mittebatur, sicut & mulier ista, cui deterfa iā immunditia, sanctuarium ingredi necdum concedebatur. Sed iam quæ proposita sunt, profequamur. Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta & sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Quæ sit quæ fœminam parit, iam supradictum est: mens scilicet quæ mediocri illa & remissiori conuersatione contenta, ad sublimiora uirtutum culmina nō aspirat. Huic tempus immunditiæ ab illa quæ masculum pepererat, duplicatur. Qui enim relinquere mundanas possessiones culmina nō aspirat, maxima occasione amputatis, dum etiam circa oris sui custodiam solliciti sunt, & oculos quæque loqui refugiunt: exterioribus suis facile compositis, circa motuum interno rum obseruationem quotidie laborant. Pur-

gatis ergo & quasi lotis his quæ foris paræ, in internis adhuc affectibus multa quæ duplicent, sustinēt. Qui uero in medijs uersatur negocijs, tum cogitando, tum loquendo, tum etiam operado in multis delinquit. Primis itaque, septem immunditiæ dies: istis uero, septimanæ duæ deputatæ sunt: quia & illis ad emundationem sabbatum tranquillitatis internæ querendum est, & isti nisi cum internis tumultibus exteriores quoq; lapsus suos castigare studuerint, & ad septimam uacationis perducere, non poterunt munditiæ plenitudinem obtinere. Sicut autem immunditiæ tempus fœminam parienti duplicatum est, sic quoque duplicatur & pœnitentiæ. Post filij nāque partum, quadraginta purificationis statuti sunt dies: post ortum uero filij, cum quatuordecim quibus mater immunda fuisse iudicata est, sexaginta sex additi sunt, quibus purificatio compleatur, in cuius numeri summa duæ quadragesimæ continentur. Quod autem fit sub legalibus umbris geminato spatio temporis, hoc exprimitur sub luce nostræ ueritatis, geminato pondere afflictionis. Dignum quippe est, ut cum crescit culpa, crescat & pœna. Mulier itaque quæ masculum parit, quadragesimam unam qua purificetur, accipit: parientis autem fœminam, usque ad secundam quadragesimam purificationis differitur: quia qui perfectionis uiam tenet, tota peregrinationis huius quadragesima omne sanctum nō tangunt, quia mētis suæ frequentes lapsus perpendunt & gemunt: nec sanctuarium intrant, quia à conditoris sui facie interim exulant. Qui uero secularibus adhuc actibus impliciti sunt, sicut & mente & opere frequenter delinquit, sic necesse habent ut utrunq; reatum geminata satisfactio compensent. Potest tamen & ad spatium temporis, hæc pœnitentiæ duplicatio referri. Ut enim in dialogis beatus testatur Gregorius, iustorum animæ qui de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt, à cælesti regno quibusdam adhuc mōtionibus differuntur. Istis itaque, quasi geminata quadragesima, sanctuarij ingressus interdicitur: dū & sub carnis sarcina, & carne iam deposita, ad creatoris speciem non suscipiuntur. Quod dilationis dispēdium matres quæ masculos pepererunt, non sustinent, eodem doctore sic attestante: Luce, inquit, clarius constat, quia perfectorum iustorum animæ mox ut huius carnis claustra exeunt, in cælestibus sedibus recipiuntur. Sequitur:

Cumq; expleti fuerint dies purgationis eius pro filio, siue pro filia, de-

Gregorius.

Idem.

feret agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturum pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti. Qui offeret illa corā domino, & rogabit pro ea: & sic mundabitur a profluuio sanguinis sui.

Dies purgationis mulieris huius tunc expletur, cum præsentis uitæ cursus consummat. Hæc est enim (ut diximus) quadragesima illa, in qua sanctum non tangere iubetur, & à sanctuarij foribus eliminatur. Nā & illa quæ fœminam peperit, etiā si post mortē carnis, secundam priusquā purgetur, sustineat quadragesimam: eiusdem tamē purgationis que mortem sequitur, modus ante mortem quodammodo cōpletur: quia pondus sequētis actionis. Neq; enim post obitū tempus erit bene operandi, sed quod egeris recipiendi. Sciendum est, ait beatus Gregorius, quia illic saltē de minimis nisi quisq; purgatiōis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc uita positus, ut illic obtineat, promereatur. Purgatio igitur etiam sequens, ante mortem quodammodo expletur, dum mensura illius ex præcedentis actionis merito terminatur. Expletis itaq; diebus purgationis, die scilicet ultimo iam instante, mulier ista quæ aut masculū aut fœminam peperit, quæ in uia domini aut uiriliter aut remissius egit, iubetur offerre agnum anniculū in holocaustum. In agno intelligitur innocentia: in spatio tēporis, quod annum scilicet explese iubetur, eiusdem innocentie consummatio designatur. Porro holocaustum (ut supra in holocaustis tractatum est) totum incendebatur. Iubetur itaque mulier ista, completis diebus purificationis suæ, agnum anniculū offerre in holocaustū: ut unusquisq; purgare mores suos actusq; sanctificare aggreditur, magnopere contendat, ut saltem in uitæ extremitate ad iustitiæ ipsius perfectionem attingat, sicut scriptum est: iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usq; ad p̄fectū diem. Sed qm nec ipsa perfectio humana irreprensibilis usq; quæ fieri potest, cum agni oblatione iungendus est columbæ pullus, siue turtur pro peccato. Hæc nanq; aues gemere, non cantare solent. Nullum ergo ex nobis, quamlibet perfectū, sine gemitu exire oportet. Est enim nō sunt præsentia peccata quæ plangat, sed sunt præterita. Præsentia si non sunt magna, sunt tamen nōnulla. Nam & beatus Apostolus pro his etiam quæ non intelligebat, timebat. Nihil, inquit, mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autē me iudicat, dominus est. Et psalmista: Si ini-

Pro. 4.

1. Cor. 4.

Psal. 129.

quitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Si enim absq; misericordia operū nostrorum discussio fiat, nullus erit qui sustinere queat. Quis nanque gloriabitur castū se habere cor? uel qd dicere poterit, purus sum à peccato? Mulier ergo ista cū agno suo pulum columbinū aut turturē offerat: ut unusquisq; quamuis sanctus, quamuis perfectus, magis studeat in illa hora tremenda, ea in quibus ut homo errauit, cum cordis contritione recollere, quā merita sua stulta præsumptione iactare. Hæc autem omnia ad ostium tabernaculi deferri præcipiuntur: quia uidelicet iam tempus imminet, ut anima quæ perfectionis culmen attingit, post longi peregrinationē exilij, domū cælestis ingrediat tabernaculi. Et tradet, inquit, sacerdoti, qui offeret illa coram domino, & rogabit pro ea, & sic mundabit à profluuio sanguinis sui. Docemur per præpositorum nostrorum orationem, seu per summum omnium pontificē Christum, si illi defuerint: quicquid boni agimus, uel certe ipsam peccatorum confessionem fieri posse acceptabilem. Sequitur:

Pro. 20.

Ista est lex parientis masculum ac fœminam.

Ac si diceret: Hic est legitimus modus, quæ ab unoquoque exigitur: ut licet quis nūrantigressu iter religionis arripiat, in ultimo saltem conualescat. Sed quia multa est hominū negligentia circa salutem suam, plurimumq; lex diuina in omnibus imbecillitati nostræ cōdescendit, apte subiungitur:

Quod si non inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnū, sumet duos turtures, uel duos pullos columbæ, unum in holocaustum, & alterū pro peccato: orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

Simile quid in his quæ pro peccato offeruntur, iam exposuimus. Agnum quippe manus illius nō inuenit, qui ad extrema ueniens, dū uitam suam recollit, ueram se custodisse innocentiam uō agnoscit. Offerat ergo duos turtures uel duos pullos columbæ, ut duplicem gemitum assumat: siue quia malum egit, quod iam non potest digna satisfactione ablueri: uel quia bonum quod proposuerat, non uacat explere. Inde est quod de duobus turturibus seu pullis columbinis dicitur, unum pro peccato, & aliū in holocaustum. Turtur quippe seu pullus columbæ pro peccato offeritur, cum graui cordis contritione criminum reatus defletur. In holocaustum uero alter cedit, cum mens quæ à bonis operibus uacasse se plangit, eorum desiderio si tempus detur & spatium, totam se accendit.



# RADVLPHI FLA-

VIACENSIS, IN LEVITICVM MO-  
YSI, LIBER NONVS.

De lepra carnis & cutis. Caput I.



**A**d leprę tractatum, prout potuimꝰ, spiritu tuo ducti o lumen nostrum, enaui gauimus: nũc p pẽlius inuocamus te, sentiẽtes aliqua tenus qd oneris ag grediamur: & quia in altum iam pro-

cessimus, nec sine periculo nisi tu p̄cedas, per abyssum istam uela damus. Tu igitur du bitãtibus uiam monstra, tu benignus aspira. Aufer uelamen à facie Moysi huius, ut intru eamur claritatem uultus ipsius. Magistrum nanq; ac dominũ læti dicimus te. aperi nobis sensum, ut intelligamus quia scripsit iste de te. Recolamus itaq; quid hucusq; actum sit, & quã rationabiliter quę sequũtur, annexa sint, uidere poterimus. Diuersas fidelium cõ uersationes cõstituerat legislator, cũ in prin cipio uoluminis huius hostiarum uarietãtẽ distribuit: pontifices per quos populus rege retur, cõsecrauerat: eosq; quid suscepissent fatis instruxerat: populum deinde ab iniquo rum reuocauerat æmulatione, dum ab im mundorum esu prohiberet: & unumquẽq; qui iam fructificare deo cœpit, sub mulieris parientis imagine, ut infirmitatem suam quo tidie dijudicet, non neglexerat admonere. Inter hæc autẽ eos qui lapsi sunt, si peccatũ suum cognoscant & damnent, qua satisfactio ne ueniam promereantur, edocuit. Sed quia sunt nonnulli, qui peruersitati diabolicę cõ figurati, & peccant, & peccare deliberãt: nec ab eo quod illicite commiserunt, ulla pœnit uidine respiscunt: qualiter & isti tractandi sunt, sequentia declarabunt. Isti sunt enim q̄s lex leprosos describit, quos à castris sanctorum segregandos decernit. Prouidendũ nã, que est, ne assidua familiaritate & colloquijs quotidianis morbum sanis inserãt, quem ipsi contumaci pertinacia ponere detrectant. Le prosos itaq; lex nominat, non eos qui pecca uerunt, sed qui peccati sui pœnitudinem nul lam gerũt. Isti ergo quoties morbo huic sub iacere fuerint deprehensi, ad sacerdotum se parabuntur arbitrium. Neq; enim alijs conceditur hæc potestas. sacerdotes uero subti lissima discussiõẽ examinare oportet, ne for te homo falsa suspiciõẽ labore: aut si eius re atus apparuit, ne forte talis sit q̄ recipiat me-

delã, nõ q̄ mereatur expulsam. Sequit̄ ergo: Locutus est dominꝰ ad Moysen & Aaron, dicens: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuersus color, siue pustula aut q̄si lucens quipiam, id est, plaga leprę, adducetur ad Aaron sacerdotem, uel ad unum quemlibet filiorum eius.

Multas leprę species positurus est legisla tor. Alia nanq; lepra est, quę in singulis no tatur: alia uero, quę populum aut populi par tem sua peste corrumpit. De illa cõmuni le pra, nouissime sub leprosa domus imagine tractabit: de singulari, in antecedentibus. Itẽ singularis lepra alia ex uitijs orta, ad pessimũ incrementum pertingit: alia ab ipsis uirtuti bus originẽ ducit. Illi quę de uirtutibus ori tur, lepra caluitij seu uestis assignabitur: quę uero similem sibi trahit originem, in his quę p̄cedunt, demonstrabitur. Cuius iterũ hæc fiet diuisio: Lepra quę & uirium est, & ex uir tibus nascitur, alia in fidei, alia in morũ peruer sitate deprehendit̄. Lepra uero capitis & bar bę, fidei corruptio est: quę qd autẽ antecedit, ad mores refertur. Hęc quoq; quanto loco sic distribuetur: lepra quę in moribus nota tur, alia est lapsus primi, alia criminis repeti ti. Sunt nanq; nonnulli, qui ad primam rui nam suam carnalibus illecebris capti, cetera libus illis uinculis sese expedire contemnũt: alij uero, perdita innocentia & sanctitate, se se protinus erubescunt, & ad pœnitentiã por tum confugiunt: sed erga sui custodiam ne gligentiores, iterum p̄cipitantur: & malũ quod recens horruerant, iteratum iam leui us ducunt, & in eo perseverare decernũt. Le pra ergo criminis repetiti, lepra cicatricis ẽ, quę secundum sortita est locum: prima uero illa occurrit, quę primo lapsu miseris inuol uit. Nos ergo lectorẽ breuiter admonemus, ut si ea quę de lepra dicenda sunt, certius ex aminare desiderat: uniuersa quę ad leprã p̄ tinent, studiose percurrat. Cõsonantia quip pe dicendorum, ueritatem astruit partium sin gularum. Dicatur ergo: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuersus color, siue pu stula, aut quasi lucens quippiã. i. plaga leprę: adducetur ad Aaron sacerdotẽ, uel ad unum quemlibet filiorũ eius. Diuersus color, cutis fo lĩmodo: pustula uero, & cutis & carnis est. Neq; em solã cutẽ, sed etiã carnẽ pustula cor

LEVITI CI CAPUT XIII.

Primale pre diuisio.

II.

III.

IIII.

Cutis & color.

Thre. 4.

Pustula.

Psal. 68.

Pili.

Quando appareat in cute lepra.

Pilorum in album mutatio.

rũpit. Porro p̄ cutẽ & eius colorẽ humanę cõ uersationis uisibilis sp̄s, p̄ quã homo aut bo nus aut malus aliorum æstimatione utrunq; cõjicitur: per carnem uero, quę intra cutem clauditur, hominis consciẽtiã quę diuinis & suis solũ oculis manifesta est, intelligitur. Est autem color sanctitatis, quem in populo suo fulcãtũ fuisse Ieremias deplorat, dicẽs: Quo modo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus: Nihil quippe splẽdidiorẽ red dit hominẽ, quã sermo & habitus iuxta re gularum honestatis compositus. Homo igitur, in cuius conuersatione color iste defecerit, & diuersus apparuerit: siue pustula, cõscientiã uidelicet corruptio ex uisibili opere deprehẽ sa: aut quasi lucens quippiam, reatus scilicet ipsius, signis euidentibus elucefcẽs, iste sacer doti offerendus est, eius examine discutiẽ dus. Sed à quibus offerẽdus: Nimirum ab ali is fidelibus, à iustitiã amatoribꝰ: quos, cogni ta hominis peruersitate, negligere non opor tet, si zelus domus dei comedit eos: sed quan quam iudicandi potestatem non habeant, sacer doti tamen suo hominem debent offerre, & quid de eo cognouerint insinuare.

Qui cũ uiderit lepram in cute, & pilos in albũ mutatos colorẽ, ipsamq; speciem leprę humiliorẽ cute & carne reliqua: plaga leprę est, & ad arbitrium eius separabitur.

Pili qui de corpore insensibiliter prodeũt, cogitationes insinuant, quę spõtanee de cor de procedunt. Albedo autem hæc pilorum, quam morbus gignit, naturalem colorem ex pellit. Lepra itaq; in cute uidetur, cum operũ uisibilium qualitas in homine deprauatur. Pi li quoq; in album mutantur colorem, cum ex uerbis ipsius, à charitate diuina cogitatio ei us longe esse deprehenditur. Sacerdos ergo cum lepram in cute uiderit, & pilos naturalẽ perdidisse colorẽ, ipsamq; speciem leprę hu miliorẽ cute & carne reliqua: uidelicet ex re atu qui homini obijcitur, intellexerit mẽtem ac propositũ eius ab eo quod apparuit, & ab eo quod fuit, iam defecisse: separabit eum, id est, à cœtu fidelium segregabit. Timendum est em, ne uirus quod in animo portat, famili aritatis contubernio etiam alijs infundat.

Si autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini: recludet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo.

Dixerat de euidenti & p̄seueranti reo, qua liter tractãdus sit: nunc uero de illo, cuius re-

atus certis argumentis probari nõ potest, ita subiungit: Si autem lucens candor fuerit in cute, macula scilicet criminis in sola suspicione, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, uidelicet si ille qui accusatur, palã prote statur se nec ab eo quod fuerat defecisse, nec peccandi cognitionem habere, recludet eum sacerdos septem diebus. Quam putamus reclusionem istam futuram: Nũquid muro cir cundandus, aut carceri m̄cipandus est iste? Nequaquam. Et tamen de eo p̄cipitur, ut se p̄tem diebus recludatur. Scimus autẽ quia qui reclusus fuerit, liberã quo uoluerit proceden di non habet facultatem. Est igitur p̄cepto rum diuinorum quãdam ligatura & discipli nę clausura, qua peccator, ne post concupis centias suas eat, cohibetur. Hęc uero claustram stultus ille ruperat, de quo per Salomonem dicitur: Per agrum hominis pigri trãsi ui, & per uineam uiri stulti: & ecce totum re pleuerant urtica, & cooperuerant superficiem eius spinę, & maceria lapidum destructa erat. Maceria quippe lapidũ, doctrina est sanctorum patrum: quę uelut ex multis lapidibus, sic ex diuersis eorum sententijs struitur. Hanc autem maceriam stultus circa uineam suam destruit, quia clausura illius mentem suam munire contra uitiorum impetus contemnit. Quo contra de sapientia loquens filius Sirach, nos admonet, dicẽs: Inijce pedem tuum in compedes illius, & ne accideris uinculis eius. In nouissimo enim inuenies requiem in illa, & conuertetur tibi in oblectationem. Decor nanque uitę est in illa, & uincula illius alligatura salutaris. Iste igitur cuius lepra nondum declarata est, in cludendus utiq; est, nõ septis materialibus, sed pastoralis ad monitione & diligẽti obseruatione. Interdicẽda est ei culpę prioris repetitio, si ueraciter crimen qd sibi ingerebatur, cõmisit. Quod si fama illius sine re laborauit, prohibendus est etiã ab his quę suspicione gignere poterũt, ut est infamium personarum familiaritas, loca & tempora quibus hoc uel illud, est inno center, non tamen absque uidentium offensi one peregit. Proponenda est pastoralis seueritas & disciplina censura, dicẽdumq; quod ait Apostolus: Quid uultis in uirga ueniam ad uos, an in spiritu mansuetudinis? Proponẽda est ei animaduersio diuina, quam reus effu gere non poterit, etiam si homines lateat: ut hinc diuino, hinc humano timore cõclusus, ad illicita egredi ulterius non p̄sumat. Recludendus est igitur iste, & septem diebus recludendus. Vq; ad septimam quippe recluditur, qui tam diu à sacerdote obseruatur, do nec uideat si forte sibi obediãt, si forte ab ope re peruerso quiescat. [Et considerabit die se ptimo.] Cum enim innocens sibi uisus fue rit apparere, diligenter examinare debet, quĩ

Lucẽs cã dor.

Reclusio dierũ septem.

Ecc. 18.

Pro. 24.

Maceria lapidum.

Ecc. 6.

1. Cor. 4.

bus testibus uel quam euidētibus signis eius innocētia comprobetur.

Et siquidē lepra ultra nō creuerit, nec transierit in cute priores terminos: rursus includet eum septem diebus alijs, & die septimo cōtemplabitur.

Non cre- scere le- pram.

Non crescit lepra, nec in cute (id est, in ui- sibili hominis conuersatione) priores termi- nos transit, cum homo idem nec suspicioni, si suspicio fuit, addit certitudinem: nec prio- ri culpæ, si uere reus fuit, apponit iterationē. Sed post primi septenarij examinationē, rur- sus alius septem diebus recludi p̄cipitur. Non enim satis est, quod ab opere illicito uisus est quiescisse. Forſitan nanq; facultas defuit, for- ſitan nō iustitia amor, sed solus p̄cenz timor eſt cōpescuit. Et quid magnū est hoc? Ut uer- bis poeticijs utar,

Verata septem di- erum re- clusio. Horati. epist. 17. libri 1.

Et captus foueam metuuit lupus.

Oderunt autem peccare boni uirtutis amore.

Vt igitur perfecte bon⁹ sit, ut sacerdotali te- stimonio mundus pronūciari possit, innocē- tiam quam foris exhibet, interius etiam ser- uare oportet. Post primam itaque examinati- onem, secundo quoque à sacerdote recludi- tur: si eius admonitione sicut à prauo opere, ita etiam ab illicita deliberatiōe cohibeatur. Quæ reclusio sicut & prima, usq; ad septimā continuanda est: ut si fieri possit & gratia ad- sit, pastor à p̄posito non desinat, donec apud se conscientia sabbatizet, quæ in conuersatio- ne uisibili iam sanctificata apparet. [Et die se- ptimo cōtemplabitur.] Neque enim super- re occultissima, super cogitationibus scilicet alienis, facile suæ opinionij acquiescere eum oportet: sed cum super propozitæ personæ munditia eius iudicium ab omnibus expecte- tur, tunc quoque cum iam mundus homo si- bi fuerit uisus, antequam tamen pronūciat, etiam atq; etiam hoc ipsum examinat.

Si obscurior fuerit lepra, & nō cre- uerit in cute, mundabit eum, quia scabies est.

Caro.

Cū in hac secūda discussiōe de interiori & recondito tractetur morbo, de uolūtatij sci- licet peruerſitate, non uideretur dicendū fuisse, si lepra non creuerit in cute: sed, si nō cre- uerit in carne. Per carnem quippe quæ intra cutem inuoluitur, conscientiam iam supra in- telleximus, quæ interius occultatur. Sed no- tandum quia nec ipsa conscientia lepra, nisi per exteriores corporis motus deprehendi- tur: ideoq; ipsa in cute aut crescit, aut decre- ſcit, cum plura aut pauciora per ea quæ foris parent, dat suæ peruerſitatis indicia. Dicat er- go: Si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute: id est, si nulla criminis obiecti facta fue-

rit euidentia, nec hominis cōscientia loquen- do uel operando corruptionis suæ suspicio- nem auxerit, mūdabit eum sacerdos, quia sca- bies est. De scabie notum est, quod facile ho- mini accedat, facile & recedat. Quæ licet mo- lesta sit corpori, nihil tamen aſert quod le- præ contagio debeat comparari. Ita sunt & peccata quædam leuiora & quotidiana, quæ non intentione malitiosa, sed aut infirmitate, aut ignorantia sæpe committuntur, ut est in- temperas & effusa lætitia, lasciuia dissolutio, incircumspecta locutio: quæ nec quid, nec cui loquatur, ut opus eſset, discernit. Hæc & his si- milia, licet mortifera non sint, humanæ tamē conuersationis speciem deturpant: & graui- oris etiam mali nonnunquam suspicionem proximis ingerunt. Sacerdos igitur qui per- sonam examinandam suscepit, postquam ni- hil criminofum in ea deprehendit, mundare eam debet: id est, mundam pronūciare. Er- si enim quispiā leuitatis arguitur, scabies ista est, utique non approbanda: nec tamen lepra est, à castris sanctorum eicienda. Sunt nan- que plurimi, qui leuiora illa quæ supra notau- mus, minime fugiunt: nec tamen perire uo- lunt, aut aliquid unde damnentur, admitte- re. Quod si etiam lapsi fuerint, cōtinuo resur- gunt, & ad p̄nitentiæ portum confugiunt. Vnde & sequitur:

Lauabitq; homo uestimenta sua, & mundus erit.

Omnis enim qui in malis suis perseverare non statuit, etiam si illicitum quippiam per- petrauit, lauet uestimenta sua, id est, opera sua p̄nitentiæ laacro diluat, & mundus rema- nebit. Leprosus quippe nullus dicendus est, nisi ille qui postquā peccauit, de peccato suo p̄nitentiam agere contemnit.

Quod si postquā a sacerdote uisus est & redditus munditiæ, iterum le- pra creuerit: adducetur ad eū, & im- munditiæ condemnabitur.

Multa est humani cordis profunditas, quæ uix ad liquidum possit inuestigari: mul- ta quoq; hominum imbecillitas, quam de sua innocētia nunquam expedit securam fieri. Hodie nanq; quid animi gerat unusquisque, agnoscit: cras quid futur⁹ sit, nescit. Post tan- tam itaq; discussiōis suæ diligentiam, sacer- dos qui hominem mundum pronūciauerat, si aliter esse cognouerit, aut quia primo dece- ptus est, uel quod ea quæ ante apparuerat in- nocentia, perit: non dubitet mutare sententi- am, sed quam demum cognouit hominis im- munditiā, palā pronūciat oibus euitandam.

De lepra carnis uinae, & de lepra efflorescente. Caput II.



Laga lepræ si fue- rit in homine, addu- cetur ad sacerdo- tem, & uidebit eū.

Cumq; color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro uiua apparuerit: lepra uetustissima iudicabitur, atq; inoli- ta cuti. Contaminabit itaque eum sa- cerdos, & non recludet: quia perspi- cue immunditia est. Sin autem efflo- ruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnē carnem a capite us- que ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit: considerabit eum sa- cerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit, eo quod omnis in cando- rem uersa sit: & idcirco homo mun- dus erit. Quando uero caro uiuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iu- dicio polluetur, & inter immundos reputabitur. Caro enim uiua, si le- pra spargatur, immunda est. Quod si rursus uersa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, conside- rabit eum sacerdos, & mundum esse decernet.

Difficile locū incidimus. Sunt enim quæ dā in hoc capitulo, quæ quæſtionē mo- ueant, & pene intelligētij aditū obſtruere ui- deant. Quæritur nanq; cū de lepra cutis & carnis supra tractatū sit, q̄ illa caro intelligē- da sit uiua aut nō uiua. Si enim uiua nō fuit, nec lepra illa dici potuit. Nimirū sicut iā su- pra oñdimus, lepra non pōt noiari, nisi uiuēs & p̄seuerans deliberatio peccadi. Quæ mox ut mutata fuerit, lepræ noīe carebit. Qd si & illa caro uiua accipiēda ē, q̄ ergo necessitas fu- it, ut lex secūdū de lepra carnis uiuæ tractatū introduceret, & eam uetustissimam & cuti inolitam diceret? In hoc enim quæ dā distin- ctio uidet aſferri, quod ibi de uetustitate nulla mētio facta ē. Hic autē & uetustissimā dixit le- prā, & p̄spicua immūditiam: q̄ reclusiōe & su- pradicta illa examinatione indigna, à castris sanctorū sit p̄tinus eijciēda. Est etiā aliud, qd capitulo huius augeat obscuritatē. Quandam nanq; lepræ nouitatē introduxit lex, efflo- rescētis & in cute discurrentis: q̄ cū toti opiat ho- minē à capite usq; ad pedes, lepra tamen mū-

Quæſtio.

Lepra proprie que.

Quæſtio alia.

Mundus

Uestimen- ta lauare

Leprosus quis proprie dicitur.

Quæſtio.

Lepra carnis, & lepra carnis ut ue.

Lepra quādo in carne uiua.

Rom. 8. Ioh. 14.

Capilli

Capitis

dissima perhibetur. Si autem lepra, quomodo munda? Aut si munda, quomodo lepra intelligitur? Hæc igitur discutienda pro uirum nostrarum mediocritate suscipiemus, doctioribus non præiudicantes: sed si quid aliquando occurrerit, quod probabilis ab alio dictum sit, pro beneficio computantes. Quæ itaq; sit lepra carnis & cutis, quam primo tractauimus, & ista carnis uiuæ, quidve inter utranq; differat, inuestigandum est. Vi- detur autem quidam iniquitatis processus à legislatore expressus, cum prius carnis tan- tummodo, deinde carnis uiuæ lepra describi- tur. Sunt enim nonnulli qui peccandi affe- ctum deliberationemq; suscipiunt, & per hoc iam leprosi dicendi sunt. Sed cum deprehen- si fuerint & reprehensi, cum à castrorum am- bitu (id est, fidelium cœtu) fuerint separati, ci- to seipos erubescunt, & p̄nitentiam sui ge- runt. Omnis ergo qui eiusmodi est, iam in carne lepram habet, conscientia scilicet de- prauata: sed nondum in uiua carne, quippe q̄ tam cito peccato moritur, & ab eo quod ma- le proposuerat, tam facile reuocatur. Mor- tua autem potius caro illa dici potest, id est, morti proxima. Habes simile quid in Apo- stolo: Corpus, inquit, mortuū est p̄pter pec- catum. Mortuum dixit, morti obnoxium. Sic & dominus discipulis loquens: Ego, ait, ui- uo, & uos uiuetis. Non uiuitis, sed uiuetis. Neq; enim uita dicenda est, quæ adeo dubia & incerta est. Vita uero noīe sola illa meri- to honoratur, quæ uiuendi perseverantia nō priuatur. Transferamus hoc & in contrari- am partem. Pari nanque modo & illa lepra carnis, sed non uiuæ dici potest, quæ quan- quam uiuat, tamen cito mortificatur: illa car- nis uiuæ intelligenda est, quæ iam pertinax & perseverans uehementius radicitur. Di- catur ergo: [Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & uidebit eum. Cumq; color albus in cute fuerit, & capillo- rum mutauerit aspectum.] Albedo hæc (ut supra diximus, in corporibus ex morbo, nō ex natura contingit. Ita & in moribus ex ali- enatione charitatis, negligentia sanctitatis et iustitiæ contemptus, quasi quidam diuersus color procedit. Superius autem pilos mu- tatos dixerat: hic uero non pilorum, sed cap- illorum mutationem commemorat. Porro capilli, pili sunt prolixiores. Vnde aduer- tendum, ut præmilimus, mali incrementum & progressum hoc loco iniquitatis describi. Vt enim in pilis, sic & in capillis cogitationū formam agnoscimus. Nam & illi de carne, et isti de capite spontanei procedunt. Caput au- tem hominis, mens intelligitur, quia princi- palis est, omniaq; disponit quæ homo facit. In capillis itaque quia naturali colore defici- unt, mentis intelligitur deprauatio: quæ iam

Psal. 51.

Psal. 72.

Isa. 5.

Pro. 2.

causa le  
pre

Psal. 26.

Isa. 53.

1. Petri. 2.

Isa. 53.

Psal. 21.

longa consuetudine circa iniquitatis affectu induit, que post concupiscentias suas sine retractione aliqua toto impetu ruit, cui illud psalmographi congrue aptatur: Tota die iniustitiam cogitavit lingua tua, & quia omnes cogitationes eorum in malum. Hæc quoque capillorum immutatio exinde aduertitur, quia & cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excello locuti sunt. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Impudenter quippe etiam aliorum aspectibus ingerunt malum, quod se commisisse non erubescunt. Lætantur enim cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde quia eorum euidentis lepra est, & in affectus eorum iniquitas uehementem radicata, sacerdotis non exigit discussioem, sed indubitata meretur separationem. [Plaga ergo lepræ si fuerit, inquit, in homine, adducetur ad sacerdotem, & uidebit eum. Cumque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro uiua apparuerit: lepra ueluti illima iudicabitur, atque in solita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicue immunditia est.] Hæc omnia quia satis discussa existimamus, migrandum est, & de lepra discurrente ac efflorescente tractandū. Sequitur: [Si in autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite usque ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit: considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit, eo quod omnis in candorem uersa sit: & idcirco homo mundus erit.] Per lepram carnis uiua: de illis egit lex, quorum peruersitas aperte se prodit: & quia pertinacem peccandi deliberationem gerit, sacerdotis ad admonitionis clausuram non recipit. Sed quia confurgunt aliquando contra bonos testes iniqui, & mentitur iniquitas sibi, quando loquuntur homines aduersus iustū iniquitatem: est etiam lepra solius calumniæ & falsæ criminationis, quam legislator præteritidam minime iudicauit. Hæc quippe nec ille sanctus sanctorum carere potuit, imo noluit, qui peccatum non fecit, & ab omni reatus contagio immunis fuit. Sed hoc forsitan respuit mens fidelis, et dominum suū nec leprosum dicere sustinet, nec audire. Isaia sita que testis accedat, & quod nos sine autore dicere formidamus, ipse more suo audeat & dicat: Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatum. Hinc ipse per psalmistā concinit, dicens: Ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Qui enim se plebis abiectioem insinuat, quæ omnes scilicet à se abijcerent & excluderent, quid aliud nisi leprosum pronunciat? Quæ tamen lepra in cute eius, non in carne fuit: quia sceleratorum uocibus

infamari ut reus potuit, sed conscientia eius peccatum nesciuit. Discurrere itaque in cutis superficie potuit, sed carnem eius nunquam uiolauit. Res namque discurrens nusquam figuratur, nec locū inuenit in quo stabilitur. Quid igitur in cute Christi nisi discurrere lepra potuit, cum studiosissime ab aduersariis calūniandi undecunque occasio quaereretur: & quid ueraciter obijci posset, non inueniretur? Scrutati sunt enim iniquitates, sed defecerunt scrutantes scrutinio. Quis, inquit, ex uobis arguet me de peccato? Insiabantur quotidie, quærentes capere aliquid saltem ex ore eius, ut accusarent eum: sed conuicti rei ipsius euidentia, & sapientia diuina uocibus confutata, palam profitebantur, dicentes nullum unquam hominem sic fuisse locutum. Lepra tamen conuictorum & criminationis, quæ ab aduersariis ingerebatur, omnem carnem eius cooperuit à capite usque ad pedes: quia omnia quæ per eum gerebantur, sinistra interpretata, opinionem ipsius prout poterant, decolorabant. Curabat languentes, sed sabbati uiolatio reprehendebatur. Non est, inquit, hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Enciebat demones, sed hoc maleficijs attribuebatur. In Beelzebub principe demoniū, eijcit demonia. Et quid dicam amplius? Interrot maledicorum contumelias, dum alij fabri filium subfannant, alij Samaritanum demonio plenum, furiosus uocibus proclamant: inter tot inquam conuicia, non fuit in eo fpecies neque decor, sed quicquid sub aspectu oculorum cadebat, lepræ quasi contagio non carebat. Hinc est quod Zacharias in sordidissimis uestibus Iesum aspexit, & Dauid montibus Gelboe, quod ibi clypeus Saul abiectus fuisse, maledixit dicens: Montes Gelboe, nec ros nec pluuia ueniat super uos: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. Gelboe quippe interpretatur decursus. Montes Gelboe, superba sunt Iudæorum corda, ad amorem præsentium decurrentia. Saul unctus rex, Christum significat, quem unxit deus oleo lætitiæ præ participibus suis. Cuius clypeus intelligitur singularis eius innocentia, qua ex omni latere circumseptus, nullum aduersariis iuste reprehensionis aditum dereliquit. Hic tamen clypeus in motibus Gelboe abiectus est: quia sanctitas illius apud tumētia Iudæorum corda, contemptibilis uisa est. Quasi non esset unctus oleo. Tanquam enim omni gratia spiritali destitutus esset, & demonio plenus affereretur: & ea quæ mirabiliter faciebat, spiritui immundo tribuebatur. Lepra uero hæc quæ caput nostrum operuit, ad membra quoque ipsius puenit. Inde est quod paulo ante legimus, non tamen clypeus Saul, sed & aliorum fortium, in motibus Gelboe abiectus fuisse. Et propheta

Psal. 63.

Iohan. 8.

Luce. 11.

Ioh. 7.

Ioh. 9.

Luce. 11.

Matt. 13.

Ioh. 8.

Zac. 5.

2. Reg. 18.

Clypeus

Ioh. 16.

4. Re. 7.

Aqu. 15.

Psal. 113.

Ibidem.

Matt. 16.

Sibylla.

Thre. 4.

\* Christi

Psal. 43.

nanque & apostoli eadem opprobria, eadem contumelias sunt perpassi. An eos leprosos non prænuñciabat dominus, cum patientiam eorum informans, aiebat: Videte ne scandalizemini, absque synagogis faciet uos? Hi sunt quatuor leprosi, qui sub Eliseo propheta iuxta introitum portæ Samaritæ sedisse leguntur. Quatuor quippe sunt, ut euangelicum numerum in eis agnoscas. Extra portam positi, quasi extra synagogam piecti. In terim ciuitas fame periclitatur: quia repulsi uerbi prædicatoribus, pane cælesti deficiente, infideles necesse est inedia moriantur. Leprosi uero inito consilio ad Syros transfuerunt, & sapientia diuina uocibus confutata, palam profitebantur, dicentes nullum unquam hominem sic fuisse locutum. Lepra tamen conuictorum & criminationis, quæ ab aduersariis ingerebatur, omnem carnem eius cooperuit à capite usque ad pedes: quia omnia quæ per eum gerebantur, sinistra interpretata, opinionem ipsius prout poterant, decolorabant. Curabat languentes, sed sabbati uiolatio reprehendebatur. Non est, inquit, hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Enciebat demones, sed hoc maleficijs attribuebatur. In Beelzebub principe demoniū, eijcit demonia. Et quid dicam amplius? Interrot maledicorum contumelias, dum alij fabri filium subfannant, alij Samaritanum demonio plenum, furiosus uocibus proclamant: inter tot inquam conuicia, non fuit in eo fpecies neque decor, sed quicquid sub aspectu oculorum cadebat, lepræ quasi contagio non carebat. Hinc est quod Zacharias in sordidissimis uestibus Iesum aspexit, & Dauid montibus Gelboe, quod ibi clypeus Saul abiectus fuisse, maledixit dicens: Montes Gelboe, nec ros nec pluuia ueniat super uos: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. Gelboe quippe interpretatur decursus. Montes Gelboe, superba sunt Iudæorum corda, ad amorem præsentium decurrentia. Saul unctus rex, Christum significat, quem unxit deus oleo lætitiæ præ participibus suis. Cuius clypeus intelligitur singularis eius innocentia, qua ex omni latere circumseptus, nullum aduersariis iuste reprehensionis aditum dereliquit. Hic tamen clypeus in motibus Gelboe abiectus est: quia sanctitas illius apud tumētia Iudæorum corda, contemptibilis uisa est. Quasi non esset unctus oleo. Tanquam enim omni gratia spiritali destitutus esset, & demonio plenus affereretur: & ea quæ mirabiliter faciebat, spiritui immundo tribuebatur. Lepra uero hæc quæ caput nostrum operuit, ad membra quoque ipsius puenit. Inde est quod paulo ante legimus, non tamen clypeus Saul, sed & aliorum fortium, in motibus Gelboe abiectus fuisse. Et propheta

contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me, à uoce exprobantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis. Quæ tamē detasiam effloruit: & quicquid lepra illa decolorauerat, patientiæ laus subsecuta, & fidei constantia multis tribulationibus examinata, in gloriam cōmutauit. Ecce enim beatificamus eos qui sustinuerunt. Sed & quo tempore ista patiebantur, si quis diligentius attendet, in sanctis uiris lepra ista discurrens efflorerebat: quia sub infamiæ offuscatione, interius perspicentibus innocentia puritas apparebat. Vnde in Canticis martyrum mater de se ipsa testatur, dicens: Nigra sum, sed formosa. Ac si aperte dicat: In cute quidem mea, aduersariorum conuictis lepræ deformitatem sustinui: in conscientia tamen secreto, sanctitatis pulchritudinem seruo. Dicatur itaque: Si effloruerit discurrens lepra in cute, infamia scilicet sanctos extrinsecus afficiens, & reproborum malitia, quid reprehendere possit, quæ uerum perquirens: effloruerit, id est, gloriantid occasionem eis qui propter iustitiam hæc patiuntur, & sine culpa sua infamantur, præberit: & operuerit omnem carnem à capite usque ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit: oia quippe quæ à iustis etiā laudabiliter gerunt, maledicorum linguis fuscant, & sinistra interpretatio deprauant: considerabit eum sacerdos. Neque enim decet iudicē, popularibus opinionibus fidem accōmodare: sed proprius accedere, & rem diligentius examinare. Cui igitur lepræ efflorescentem deprehenderit, teneri hominem lepra mundissima iudicabit. Munda quippe potius homo, ac patientiā meritis accreuit, cum sine criminis ppetratione, criminis laborat suspicione. [Eo quod (inquit) omnis in candorem uersa sit: & idcirco homo mundus erit.] In candorem lepra uertit, quando persona quæ nigra uidebatur deformitate infamiæ, candida & formosa deprehenditur rei cognita ueritate. [Quando uero caro uiuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polletur, & inter immundos reputabitur. Caro enim uiua si lepra spargat, immunda est.] Caro uiua lepræ contagio affecta, conscientia est, ut superius diximus, prauis concupiscentiis & pertinaci peccandi deliberatio corrupta. Hanc pollutā esse, & inter immundos reputandā, & res per se est manifesta, & superioribus rationibus approbata. [Quod si rursus uersa fuerit in alborē, & totū hominem operuerit: considerabit eum sacerdos, & mundū esse decernet.] Humanæ consilium igno rantia. Neque enim uel doctorū acumen ad per scrutandas mētis alienæ tenebras sufficiens est, ut difficile non sit nunquam aberrare: & ab ea quæ querit, ueritate aliquantulum deuiare. Si igitur sacerdos ut homo aliquando deceptus, aliquem damnauit immeritum: si lepra

Iaco. 5.

Cath. 8.

Matt. 5.

Caro uiua.

damnati, rursum in alborem uersa fuerit, uidelicet si calumnia qua homo infamatus est, falsa fuerit deprehensa, si innocentia comperata iubeat sacerdos hoc ipsum considerare, & si uerum esse cognouerit, habita iudicij sui pœnitentia, hominem mundum pronunciare. Sed non est prætereundum quod dicitur, si uersa fuerit lepra in alborem, & totum hominem operuerit. Quid enim si nõ totum, sed partem hominis operiat lepra efflorescens, & in alborem conuerfa: Nunquid qui totus lepra coopertus, mundus fuerat pronuncian- dus, eodem lepræ genere parte corporis obfessa, dicitur immundus: Nequaquã hoc sentien- dũ existimo. Sed præmissa lex qd incredibile uidebatur, quod necessario sequebatur, subin- telligẽdũ reliquit. Cõsequẽs quippe erat, cũ phibeat lex hac lepra hominem totum coop- tum, mundum remanere: multo magis eũ qui in sola corporis parte eadem respersus fuerit, contaminari non posse. Siue enim illum atẽ damus, qui sacrilegus & à pietate prorsus ex- traneus iudicatur, ut apostoli à cõtribulibus, martyres à gentilibus: siue illum, cuius reli- gio manifesta, alicuius tamen criminis suspici- one sine re laborat, ut in sancta muliere Su- fanna legimus: neuter eorum, qua liberũ se conscientia cognoscit, criminatione polluitur. Omnis ergo lepra, quæ solam cutem affi- ciens efflorescit, & in alborem uertitur, seu to- tum hominem, seu partem illius opiat: post- quam à sacerdote considerata fuerit, munda reputabitur. Notandum sane locis istis albo- rem in diuersas ferri significaciones. Cum enim audis de uera lepra dici, si color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspe- ctum, ipsa quoq; caro uiua apparuerit, lepra uetustissima iudicabitur: albedo hæc quã mor- bus inuexit, quæ naturalem corrumpit deco- rem, non nisi uitiosa intelligitur. Vbi uero cã- dor siue albor in cute discurrens, lepram efflo- rescere facit, & mundissimam reddit: innocẽ- tiæ typus agnoscitur, quæ manifestata, falsæ criminacionis maculam detergit.

¶ De lepra cicatricis quæ in hulcere apparuit.  
Caput III.



De lepra lapsus primi, huc usque tractatum sit. Hinc ad eam trã- ferendum est, quæ post recupera- ram sanitatem, iteratam miseris affert perniciem. De qua in eo- rum persona qui tanti mali sibi sunt conscij, loquens Psalmista: Putruerunt, inquit, & cor- ruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Nam & lex lepram cicatricis hanc no- minat. In morum uero compositione aliud est quod sibi debet homo, aliud quod proximo. Sibi quippe sobrietatem, proximo de- bet iustitiam. Vnde & Apostolus sobrie &

iuste uiuere nos admonet in hoc seculo, expe- ctantes beatam spem & aduẽtum gloriæ ma- gni dei. Nam de pietate quæ erga deum ser- uatur, quam idem Apostolus tertiam ponit, nunc tacendum est. Ipsa est enim, cuius con- traria impietas, in lepra capitis & barba tra- ctabitur. Sobrietati uero atq; iustitiæ, in uitio- rum parte opposita sunt flagitia ac facino- ra. Nam flagitium est, cum per intemperan- tiam seipsum homo corrumpit: facinus autẽ, cum per iniuriam proximum lædit. Hancigi- tur uitiorum partitionem in lepra cicatricis repies: quæ & in primo lepræ genere fieri po- tuisset, nisi quod scriptura breuitati studens, & hic ponit quod ibi refundendum sit: con- trãq; illic aliquid discernit, quod hic quasi re- ticendo subintelligendum reliquit. Sequi- tur ergo:

Caro & cutis, in qua hulus natus est & sanatus, & in loco hulceris ci- catrix apparuit alba siue subrufa, ad- ducetur homo ad sacerdotem. Qui cum uiderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos uersos in can- dorem, contaminabit eum. Plaga eĩm lepræ, orta est in hulcere. Quod si pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & uicina caro non est hu- milior, recludet eum septem diebus. Et siquidem creuerit, ad iudicabit eũ lepræ. Sin autem steterit in loco suo, hulceris est cicatrix, & homo mun- dus erit.

Primo, per hulus quod in corpore ori- tur, & ipsius corporis decorem scditate sua corrumpit, flagitiorum sanies exprimitur, p- quam honestatis humanæ species uiolatur. De flagitiosis namq; p. prophetam dicitur: Cõ- putruerunt iumenta in iter core suo. Quod ta- men hulus si sanatus fuerit & ad cicatricem pduc- tum, metuendum esse ne morbus rede- ar, & radix pestifera rediuiua resurgat. Sunt quippe nonnulli, qui debili corde uitiorum suorum tenebras deserentes, & quasi de Aeg- ypto exeites, carnali postmodum uolupta- te deuicti, in id quod fuerant relabuntur: & post modici temporis pœnitentiam, subito deteriores efficiuntur. Melius enim erat eis nõ cognoscere uiam ueritatis, quam post agniti- onem retrorsum conuerti. Contingit namq; illis illud ueri puerbij: Canis reuersus ad uo- mitum suum, & sus lora in uolutabro luti. Sed & per Ieremiam prophetam huiusmodi animam dominus increpat, dicens: Quã ui- lis facta es nimis, iterans uias tuas? Dicitur

ergo: [Caro & cutis in qua hulus natus est & sanatus, & in loco hulceris cicatrix appa- ruit alba siue subrufa, adducet homo ad sa- cerdotem.] Et caro & cutis hulceris læditur, cum & intus hominis conscientia flagitij per- petracione corrumpitur, & fama exterius de- honestatur. Hoc uero hulus si per pœniten- tiam sanatus fuerit, potest fieri ut in cicatri- ce macula appareat alba siue subrufa. In albe- dine quoddam uisionis lene blandimentum aspicitur: in rubeo uero colore, sanguinea si- militudo & iracundiæ odijq; figura monstra- tur. Testis est angelus, qui uacui iam Christi sepulchrum obseruans, & candore suarum uesitium uuluerum corda demulcens, earum resouebat formidiniẽ: & ignea facie aduersa- rij; terrorem incutiens, eorum confringebat audaciam. Nos ergo iuxta loci præsentis cõ- gruẽtiam, albedinem seu ruborem interpre- tantes, in albedine cicatricis, uoluptati blan- dam superficiem: in rubore uero, malitiosæ mentis & aduersus proximum insanientis, formam intelligimus. Fieri autem solet, ut ex uno malo utrumq; nascatur. Cum em̃ quis ad immunditiam cui renũciauerat, fuerit reuer- sus, iam post concupiscentias suas effrenis ef- fectus, & in cursu suo uehementius incitatus: omnes qui sibi obstitunt, qui redarguunt, ini- micos atẽdit & persequitur: & si facultas sup- perat, morti tradere non cunctatur. Recole Dauid propter alienæ uxoris amorem, in fi- delis militis mortem defuisse: recole Hero- dem propter Herodiadem fratris sui uxore, præcurfore Christi capite trãcasse. Si igitur in loco hulceris cicatrix apparuerit alba siue subrufa, ut uidelicet ille ad q uomitũ suum re- uersus est, & immunditiæ suæ foris iam indi- cia præbeat, & contra redarguentes occultas inimicitias exerceat, adducetur homo ad sacerdotem. Vt enim iã supra diximus, mor- bus huiusmodi sacerdoti examine discutiẽ- dus est, & omis leprosus sacerdotali iudicio referendus. [Qui cum uiderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos uersos in candorem, contaminabit eum. Plaga enim lepræ orta est in hulcere.] Notanda locutio: nam cætera in præcedentibus iam exposita sunt: contaminabit eum, id est, contamina- tum pronunciat: sicut & supra, mundabit eum, id est, mundum iudicabit. Sed & quæ se- quuntur, si superiora recolamus, expositio- ne non indigent. [Quod si (inquit) pilus colo- ris est pristini, & cicatrix subobscura, & uici- na caro nõ est humilior.] Vicinam uero car- nem sic accipe, non quæ morbi locũ sana cir- cunstat, sed quæ intra cicatricis ambitum cõ- tinetur, & p̃tinet ad plagam. [recludet eum septem diebus.] Superius bis hoc fieri præci- pit, hic autem semel. Tantumdem tamen hæc singularis, quãtum ibi geminata signat reclus

io. Nam quod ibi discernitur sabbato repe- tito, hic subintelligendum fuerat, non repe- tẽdum. Postquam etenim exprefum fuerat super spiritali uacatione, non solam uisibile hominis conuersationem, sed etiam affectio- nes ipsius discutiendas esse: facile erat, ut ubi- cunq; iam reclusionem leprosi septenariã au- disses, anteriora recoleres, & sabbati hoc du- pliciter celebrandum animaduertes. Dein de subiungitur: [Et siquidem creuerit, ad iudicabit eum lepræ. Sin aut steterit in loco suo, hulceris est cicatrix, & homo mundus erit.] Hulceris, inquit, cicatrix est, non uera lepra. Fieri enim solet, ut hi quorum crimina publi- cata sunt, sanctitatis fidem non nisi tardius re- cipiant, etiam correcti: in reatus uero suspici- onem citius relabuntur, etiam non admissi. Sequitur de cicatrice combusturæ, quæ ad fa- cinora iuxta præmissam diuisionem referen- da est.

¶ De lepra cicatricis quæ in combustura apparuit.  
Caput IIII.



Aro & cutis quam ignis exulserit, & sanata albam siue rufam habuerit cica- tricem, considerabit eam sacerdos: & ecce uersa est in alborẽ, & locus eius reliqua cute humilior, contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est.

Ignem esse iracundiam, in euangelio legi- mus, ubi lunatici pater p filio rogans: Do- mine, inquit, miserere filij mei, quia lunaticus est & male patitur, nam sæpe cadit in ignem & crebro in aquam. Hæc quippe in cordibus humanis sic alternant, ut nunc per iracundiã inflammantur, nunc per luxuriam resoluuntur. Est & flamma inuidiæ, de qua in Iob legi- tur: Ignis dei cecidit de cælo, & tactas oues puerosq; consumpsit. Omnes enim qui præ- dicationis officium in synagoga reuenerunt, cælum recte uocati sunt, quia nimirum sape- re superna credebantur. Sed quia summo pe- re in redemptoris nostri aduersitate commo- ti sunt, quasi ignis de cælo cecidit, dum ad de- cipiendum imperituri populum; ab his etiã qui uera docere putabantur, flamma inuidiæ exarsit. Caro igitur & cutis quæ huiusmodi igne fuerit exulta, uidelicet mēs & actio ho- minis, quæ odiorum inuidiæq; facibus fue- rit inflammata: si sanata, id est, si ad pacem di- lectionemq; proximorum reducta, albam si- ue rufam denuo suam reddiderit cicatricem, cõsiderabit eam sacerdos. Quid per albam si- ue rufam maculam intelligendum sit, iam su- pra tractauimus, uoluptatum scilicet blandi- m

Hulcere lodi

Ibidem.

Flagitij, Facinus.

Mat. 23.

2 Re. 11.

Marc. 6.

Iob. 1.

Contami nare.

2 Petr. 2.

Pro. 16.

Ier. 2.

Dani. 13.

Psal. 57.

Tit. 2.

Mat. 17.

Iob. 1.



menta, & cruenta species discordiarum. Difficile autem humanus animus ab omnibus uitijs feriat. Aut enim post acceptam penitentiam illuc relabitur unde emerit, aut ab alijs in alia trāsitū facit. Vnde mores humanos de scribens propheta: Residuum, inquit, erucae comedit locusta, & residuum locustae comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. In eruca quippe quae toto corpore repit, luxuria intelligitur: in locusta quae breues dat saltus, uana gloria. Bruchus gastrimargiam, eo quod in uentre totus sit: rubigo autem significat iracundiam, quia rubiginis more mentem cui inhaerit, consumit. Haec igitur sibi inuicem in humanis cordibus succedunt: quia si quis libidinis uictor extiterit, protinus pro carnalitate ad eptione laudari desiderat, & uanae gloriae mentem subdit. Si & haec euaserit, tanto circa gulae concupiscentiam effrenatior sit, quo humanae uerecundiae frena proiecit. Gastrimargia quoque superata, propter abstinentiae austeritatem iracundior nonnquam mens redditur, & tranquillitas animi perturbatur. In cicatrice itaque combusturae, si aut alba aut rufa macula apparuerit, uidelicet si ille qui inimicitiarum & odiorum exustionem ad tempus euaserat, iterum aut eandem receperit, aut flagitiorum lenocinijs se corrupendum tradiderit, [considerabit eam sacerdos. Et ecce, inquit, uersa est in alborē.] Nonne utraq; maculam, albam scilicet & rufam, commemorauerat? Cur de rufa nunc tacuit? Si enim rufa macula apparuit, non potest dici quod uersa sit cicatrix in alborē, sed nota quia quod de alba dixit, de rufa quoque subintelligendum reliquit. Quae sequitur, iam manifesta sunt. Versa est (inquit) cicatrix in alborē, & locus eius reliqua cute humilior, contaminabit eum, quia plaga lepra in cicatrice orta est.

Quod si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepra species fuerit subobscura: recludet eum septem diebus, & die septimo contempletur. Si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. Sin autem in loco suo candor steterit, non satis clarus, plaga combustionis est: & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combusturae.

Haec omnia in praecedentibus latius explanata sunt: illuc lectorē mittimus. nos eam eadem saepius replicare uitamus, ut ad ea quae expositionem adhuc desiderant, expeditius accedamus. Hucusque autem de morū corruptione, quae ad uitij primam trahit originem, tra-

statū est: sequitur lepra capitis & barbae, quae fidei nobis deprauationem insinuat.

De lepra capitis & barbae. Cap. V.



Vir siue mulier in cuius capite uel barba germinauerit lepra, uidebit eum sacerdos.

Notandum quod in omni tractatu lepra praecedenti, nulla haecenus uiri mentio facta est. Habes quippe in principio: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuersus color. Sed & de eo qui emittatur, scriptum est: Lauabit homo uestimenta sua, & mundus erit. Idē & in lepra uirae carnis, reperies. Cū uero ad lepra cicatricis sermo pertransit, nec ipsum hominem lex noiat, sed tamen carnem & cutem. Caro, inquit, & cutis in quibus hulus natus est, seu caro & cutis quae ignis exusserit. Nunc autem postquam ad lepra capitis & barbae uentum est: Vir, ait, siue mulier, in cuius capite uel barba germinauerit lepra. Et reuera quadiu de morū dissolutione sermo habitus est, dignum non fuit, ut ille quae luxuria eneruat, aut iracundia superat, uiri nomine conseruetur. Quia uero sunt quam plures haeretici, qui de maiestate diuinitatis, uel de Christi domini humanitate non recte sentiunt, & tamē religiosi uideri appetunt: nam & abstinentiam multam praefertunt, castitatem profitentur, pacis concordiaque inter suos se amatores esse testantur: omnem eis simulatae religionis lex fidutiā subtrahit, propter sensus sui quaesitatem, dum tam uirum quam mulierem, & eum qui carnis suae uitia quadam uirtute premit, & eum qui eneruiter illis succumbit, apparet lepra in capite aut in barba ipsorum, sacerdotali iudicio contaminandos decernit. Igitur lepra in capite, error est circa essentiam deitatis. Deus quippe omnium quae condidit, caput & principium est. Arrius ergo qui diuisionem in trinitate fecit, Sabellius qui proprietatem personarum confudit, lepra in capite habuit. De persona quoque domini Christi quicumque peruerserit senserit, non absurde intelligi potest, lepra eos capitis incurrisse. Christus enim caput ecclesiae est. Fuerit autem nonnulli haeretici, qui non uerum deum, alij non uerum hominem, alij non ex uirgine nati dogmatizare praesumpserunt. Barba uero in homine, perfectae aetatis indicium est. Vnde & per barbam uirtus sanctorum designari solet, sicut in psalmo legitur: Vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaronis est, spiritus sancti unctio quae ad capite Christo in sanctos apostolos successores Aarō spirituali uirtute perfectos, emanauit. Et quia per barbā sanctorum designatur

Lepra in capite.

ephe. 5.

Barba

psal. 133.

perfectio, quicumque aut prophetas, aut apostolos blasphemare praesumpserit, lepram in barba portauit. Assunt Manichaei, qui quanta in patriarchas & legislatorem, in prophetas & ipsum domini praecursorē proferant, horret pietas cum legit: nec sine dolore mēs deo de dita, tantorum uirorum tantas contumelias audit. De lepra igitur capitis & barbae tractandum est, & quid lex super ea decernat, discutiedum. Dicit itaque: [Vir siue mulier in cuius capite uel barba germinauerit lepra, uidebit eos sacerdos.] Et siquidē humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus solitoque subtilior, contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbae est.

Tota ecclesia unum corpus est, dicente Apostolo: Vos estis corpus Christi, & membrum de membro. Quicumque igitur a communi fide defecerit, & a ueritate dogmatum quae uniuersalis ecclesia praedicat, aberrauerit: in isto locus lepra carne reliqua humilior apparet, quia error ipsius recte creditū sanitate porro inferius iacet. Flauus uero capillus solitoque subtilior, quid nisi superbes eorum cogitationes insinuat, quae de ingenij sui subtilitate praesumentes, patrum autoritatem postponunt: & quod unicuique rectum uiderit, impia temeritate diffinunt? Sicut enim per nigredinem humilitas, sic per eum colorem qui albedini appropinquat, sui fiducia intelligitur. Habes in lege eos ad sacerdotio prohiberi, qui albuginem in oculo habuerint. Albuginem uero (ut ait beatus Gregorius) habet in oculo, quae arrogantia sapientiae seu iustitiae caecatur. Pupilla namque oculi nigra, uidet: albuginem tollerans, nil uidet: quia uidelicet qui se stultum peccator emque intelligit, cognitione uerae lucis apprehendit. Qui autem candorem sibi iustitiae seu sapientiae tribuit, a luce se supernae cognitionis excludit. Subtilitatem quoque nimiam, per quam Arrius & multi alij circa fidem naufragauerunt, dum quod in ecclesia audierant, simpliciter credere nolentes, ipsi magis de suis sensibus quod peruerse docerent, sibi assumpserunt: reprobatur lex in eodem de quo agimus capitulo, dum grandem & tortum nasum, sicut oculi albuginē, detestatur: & praecipit, ne homo huilimodi ad sacerdotale ministerium recipiatur. Per nasum quippe discretio accipitur. Sed sunt nonnulli, qui dum se aestimari hebetes nolunt: saepe se in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Si igitur locus lepra fuerit humilior, uidelicet si uir ille aut mulier a communis fidei rectitudine prolapsi sunt, si capillus flauus solitoque subtilior, id est, si de subtilitate sui confidentes ingenij, a patrum doctrina recedere pra-

Lepra in barba.

1. Cor. 12.

Capillus flauus.

Albugo oculi.

Nasus.

sumunt: contaminabit eos sacerdos, quia lepra capitis ac barbae est. Sequitur: Si autem uiderit locum maculae aequalem uicinae carni, uidelicet si errorem qui sibi obieciatur, ipsi se aduersari testetur: & in quo defecisse uisi sunt, uniuersalis ecclesiae fidem profiteatur: & capillum nigrum, cogitationem scilicet illorum, autoritati ecclesiae asticae (ut aiunt) humiliter subiaccientem, recludet eos septem diebus.

Superius cum de moribus ageretur, recludi hominem diximus, quia illic in opere cohibetur. Eadem & nunc ratio est, cum ad fidei causam uentum est. Nam & illum iure includi dixerim, qui admonitione & doctrina pastoris sui, ne errorum deua sequatur, legitimas fidei metas transire prohibetur. Septenaria uero inclusio, eiusdem peruersitatis (ut supra) uacationem designat.

Et die, inquit, septimo intuebitur. Hoc ipsum quippe, quod errorem sibi obiectum publice detestari, quod autoritate ecclesiasticam se suscepisse professi sunt, non pertinens amplectendum, sed diligentius perscrutandum est: & maxime ab his qui familiarius illis adherent, ne forte impietate secreto laudent, quam publice damnant.

Si non creuerit macula, id est, si suspicione sui erroris nulla significatione ille qui discutit, auxerit: & capillus sui coloris est, ut uidelicet ex uerbis illius dephedi non possit, quod cogitatio ipsius colorē pietatis abiecerit. & locus plagae carni reliquae aequalis, dum scilicet perseuerat homo sicut prius, in eo etiam super quo infamatur, nihil aliud profiteri, nisi quod communis fides habere cognoscitur: radetur homo abique loco maculae.

Hic moueri lectorem existimo, quid cause, quae ueratio sit, cum homo iste radi praecipitur, cur locus maculae relinquatur, cum macula potissimum existimaretur radenda, ut quod notabile fuerat, sic ab homine auferretur. Sed nouit quid loquatur spiritus sanctus. In Moralibus beatus Gregorius de octoginta loquens uiris, qui uenerunt de Sichem rasi barba & scissis uestibus: Barbam, inquit, radunt, qui sibi de proprijs uiribus fidutiā subtrahunt. Et in hoc itaque loco, ut tam capitis quam barbae ratione tractemus, homo in cuius capite aut barba macula apparuit, uidelicet qui de tantis rebus aut, errasse agnitus est, aut certe erroris non contemnendam infamiam incurrisse, radendus est utique, & edicto ecclesiae stricto subtrahenda facultas, ne infirmo adhuc ingenio tanta mysteria discutere praesumat:

1. Cor. 4.

& patri doctrinis se conferat, nec noua cude re, sed eorum uestigijs studeat adherere. Locutus autem macula radi prohibetur, ut erroris sui memoria homini relinquatur. Radiē nanque & caput & barba, cum de diuinis homo tractare proprio sensu non sinitur. Relinquitur uero macula locus, cum quod in talibus iam ab errauerit, semper memor esse precipitur. Tanto magis nanque praesumptio illi retundit, quanto crebrius in ea desipuerit, seu certe minus sapiēter loquens ecclesia scandalizauerit, uidere compellitur. Radet ergo homo absque loco maculae, & includetur septē diebus alijs. Reclusio ista secunda, ut in moribus, ira & in fidei discussione, uoluntatis cohibet peruersitatem. Nouerit quippe qui historias ecclesiasticas legerunt, quoties haereticus ecclesiastica potestate perterritus, publice condemnabant errorem, quem in conscientia secreta proprio iudicio comprobabant. Manifestum hoc fiebat, mox ut potestas quae timebatur, aberat: mox ut euomendi ueneni tempus arripserat. Quisquis itaque ad plenam fidei integritatem reducit, sicut de oris confessione, sic admonendus est etiam de interioris fidei castitate: & quasi bis concluditur, diuino uoce pastoris & ab impietatis professione, & a sensus sui deprauatione cohibetur.

Si die septimo uisa fuerit stetit plaaga in loco suo, uidelicet si postquam sanctificatio interior diligentius cepit inuestigari, nihil agere aut loqui uisus est, unde criminis obiectioni suspicio creuerit, nec humilior carne reliqua, dum fides eius a communi fide non ualet inferior deprehendi, mundabit eum, id est, mundum pronuntiabit, locisque + uestibus, mundus erit.

Vestes lauantur, dum exterior infamia qua resperusus homo fuerat, per sacerdotalem probationem ab eo detegitur.

Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute, uidelicet si postquam a sacerdote quasi rectae fidei pronuntiatus est, rursus error illius se prodiderit, non quaeret amplius, utrum capillus in flauo colorem sit commutatus: quia aperte immundus est.

Nulla enim iam restat dubitas, quin leprosus deputandus, & a cetero fidelium reijciendus sit, qui immunditiae suae toties signa dedit. Porro si steterit macula, id est, si homo in errore suo non ultra perseuerauerit, nec suspicio ipsa, si sine causa infamatus est, certis desipientibus argumentis, ultra processerit, &

capilli nigri fuerint, uera scilicet humilitas, omni praesumptione sublata, in cogitationibus illius apparuerit, nouerit hominem esse sanatum, & confidenter eum pronunciet mundum. Mundus itaque est humano iudicio. Nam etsi quod lateat quod facer dotalis discussio penetrare non ualeat, hoc tamen sacerdos idē fiducialiter pronunciare potest, nihil se inuenire potuisse, quod sub lepra nomine debeat condemnare. Neque enim decet sacerdotis sententiam precipitem esse. Et absolueret quidem nonnullos cogitur, de quorum innocentia certus non est, dum scilicet eorum culpam manifestis indicijs probare non potest: condemnare autem neminem licet, cuius immunditia signis euidentibus non appareret. Vnde apte subiungitur:

¶ Ut sacerdos non sit temerarius in iudicio. Caput VI.



Vir & mulier in cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborē lucere in

cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris cādidī, & hominem mūdū.

¶ **V**T enim superius iam dictum est, in cute macula candoris apparet, cum in superficie uitae humanae aliquid cernitur, unde suspicio oritur. Si tamen albor idem deprehensus fuerit subobscurus, uidelicet si reatus qui in suspicione est, legitimis argumentis non dum fuerit comprobatus, damnari ex sola opinione homo non potest. Sciat itaque sacerdos non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum: ut pro certo nouerit quicumque iudicis locum tenet, accusatio nem quae probationibus destituitur, fuscare quidem hominis famam posse, nec tamen ad conuincendam hominis immunditiam sufficientem esse. Pronunciabit itaque sacerdos hominem mundum, quem non dum suo iudicio diffinire potest immundum. Vnde beatus Augustinus: Quod uides, ait, iudica: quod non uides, deo committe. Et quidam sapiens: Incesta, inquit, damnari nulla potest, nisi cui uiolatum est corpus. Incesta tamen est etiam sine stupro, quae cupit stuprum. Haec tenus de lepra quae a uiribus oritur, disputatum sit: nunc uero iuxta per cedentes diuisiones ad eam transiet oratio, quae a uirtutibus originem ducit.

¶ De lepra caluitij & recaluitij. Caput VII.

Tit. 1.



Lamat Apostolus & dicit: Omnia munda mundis, coinquata autem & immundis nihil est mundum. Idem de seipso testatur: Alijs sum odor mortis in uita. Hoc idcirco praemissimus, ne cui incredibile uideatur, si ex uirtutibus uitia oriri dicantur. Sicut enim diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: sic auersis a deo, etiam si qua bona sunt, uertitur in malum. Habes & in corporalibus multa similia. Alius ex cibo salutifero inordinate sumpto, pestem languoris incurrit: alius ueneno serpentis in medicamine ordinatae confectionis adhibito, languoris molestiam uincit. Oculos sanos radius solis illuminat, lippientes opprimit & excacat. Pari modo & uirtutum executio quae alijs acquirit uitam, alijs operatur perniciem. Superbia nanque uirtutis radix, mentem quam inuaserit, in omni labore suo corrumpit: & quicquid illa inuadente agit, etiam si esse uirtus ostenditur, non per hoc deo, sed soli uanae gloriae seruitur. Quanto uero amplius res uirtutis sine humilitate agit, eo latius ista dominatur. Mox cuncta quae ab alijs uel bene geruntur, displicent: & sola homini quae ipse uel praua egerit, placet. Semper aliena opera despicit, semper miratur quod facit: & quicquid egerit, egisse se singulariter credit. Hinc uirtus perniciosa efficitur, dum stultus per eam non curat proficere, sed & apud se intumescere, & melioribus incipit uidere. Sicut ergo lex manifesta reprobata sit, sic & eas uirtutes, quas fructu uoluntati uermis consumit superbia. Est tamen & alia ratio, cur bonae nostrae actionis apud supernum iudicem merces depereat: cum scilicet quod recte a nobis geritur, criminis admixtione fuscatur. Sunt namque nonnulli facultatum suarum erogatores indiscreti, qui cum omnia sua effuderint, necessitate cogente, raperent compelluntur unde & ipsi uiuant: & quid erogando more solito, liberalitatis laudem non perdam. Grata uero largitas esse non potest, dum quod alij tribuitur, subtrahitur alteri, dicente domino per prophetam: Ego dominus diligens iudicium: & odio habens rapinam in holocaustum. Haec tenus itaque legislator de corruptione differuit uirtutum: ab hinc uero quaedam lepra singularis in manibus habetur, deprauationem tractabit uirtutum. Sequitur:

Rom. 8.

¶ **V**ir de cuius capite capilli fluunt, caluus ac mundus est. Et si a fronte ceciderint pili, recaluafter ac mundus est. Nota ex quo uirtutes tractari incipiunt, non

Isa. 61.

hominem, sed uirum nominari. Quid sit autem caluitium aut recaluitium, iuxta literam discutendum est. Caluitium est ergo cum capilli de capite fluunt, nulla capitis parte nudata, sed quaquaersum caesarie attenuata. Recaluitium uero iuxta legem intelligitur, cum de uidentibus capillis frons denudatur: & facies uultusque humanus ad contemplationem eorum quae apposita sunt, liber efficitur. Porro caluitij significatio, si scripturarum reuoluamus seriem, in diuersa refertur. Cum enim per Isaiam minatur dominus, quia decalua bit uerticem filiarum Sion: & per Micheam domui Iacob loquitur, dicens: Decaluae & tonde re super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut aquila, quia captiui ducti sunt ex te: satis apparet, quid per capillos seu per decaluationem intelligendum sit. In Isaiam nanque superfluus cultus filiae Sion, per capillos exprimitur: per decaluationem quoque, eiusdem superfluitatis expoliatio designatur. Vnde ibidem subiungitur: In die illa auferet dominus ornatum calceamentorum & lunnas & torques, & cetera quae deinde multipliciter enumerantur: quae omnia uelut capillum ornatu, in uertice filiae Sion radices habuisse, id est, ex superbia illius processisse, intelligimus. In Michea quoque per capillos filiorum, populi illius multitudo exprimitur, in quibus regni ipsius decor aspicietur. Horum captiuitas in caluitio designatur, sicut & eadem lectio satis exprimit, cum dicitur: Dilata caluitium tuum sicut aquila, quia captiui ducti sunt ex te. Aquilae nanque caluities non in una corporis parte, sed in toto (ut auit) eius corpore dilatatur. Sic & populi illius multitudinem non ex portione una, sed ex integro captiuitas tulit. Sunt & aliae caluitij figure: sed nos ne longius digressum faciamus, ad ea quae nobiscum faciunt, stylum conuertimus. Christum in loco caluariae crucifixum, Mat. 27. euangelica tradit historia. Eliseus quoque propheta, eo quod caluus esset, ab insipientibus pueris derisus est. Ascende caluae, ascende caluae. Sunt & aliqui psalmi, qui filijs Chorae intitulantur. Chore autem interpretatur caluitium. Est itaque caluities laudabilis, quae sanctorum peculiaris est. Meminisse debemus mulierem illam, quae pedes dominicos unxit unguento, & capillis capitis sui terfit. Capilli quippe superfluunt corpori. Et quod ait beatus Gregorius, abundanter terrena substantia, nisi capillorum speciem tenet? Quae dum ad usum necessitatis superfluit, etiam absca non sentit. Horum itaque capillorum iure laudatur immunitio, cum ex abundantia praesentium nonnulla nobis subtrahimus: & Christi pedibus, sanctis uidelicet qui membra eius sunt, & adhuc in terra uersantur, ea ministramus. Si quis uero perfectus esse cupiens, uendat omnia quae

Caluitium.

Isa. 3.

Mich. 1.

Isa. 3.

Michi. 10.

Aquila caluities.

Mat. 27.

Luc. 23.

Mar. 15.

Ioh. 19.

4. Re. 2.

Ps. 141.

43. 44.

45. 46.

47. 48.

83. 84.

86. 87.

Luc. 7.

uestibus suis

**Mat. 19.** habet & det pauperibus, & iuxta preceptum  
**1. Tim. 6.** apostolicum, habens uictum & uestitum, his  
 sit contentus: hic aciem uultus sui ad uidenda  
 quæ dei sunt, terrenarum facultatum obum-  
**Mat. 6.** bratione nudauit: & primum quærens regnū  
 dei, ab intuitu suo omnia ista remouit, solāq;  
 cælestia mentis suæ oculis proponit. Adhæ-  
 rent tamē ei, sed in posterioribus, capilli: dū  
 non uoluptas, sed necessitas quædam sugges-  
 rit prouidenda, sine quibus transigi uita negt  
 humana. Qui tamē (ut diximus) capilli retro,  
 non ante sunt: quia sequuntur fugientem, &  
 detinent etiam nolentem. Hanc lex nobis re-  
 caluationem, id est, secundam monstrat cal-  
 uitium, cum non sparsum de capite fluunt ca-  
 pilli, sed à fronte cadunt uniuersi. Dicitur er-  
 go: Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus  
 ac mūdus est. Et si à fronte ceciderint pili, re-  
 caluaster & mundus est. Vtraq; enim uirtus  
 est, & cum plus, & cū minus homo sibi sub-  
 trahit, Christoq; impendit: sed amplior illa,  
 quæ renunciatione integra perfectionem sibi  
 acquirit. In utraq; autem uitāda est ea quā  
 diximus, & superbiæ pestis, & alienæ com-  
 mixtio læsionis. Nam placere deo non pote-  
 rit liberalitas, quæ aut ex uanæ laudis appeti-  
 tu procedit: uel quæ hinc alios dando leuat,  
 hinc alijs rapiendo dolorem parat. Vnde &  
 subditur:

**Sin autē in caluitio seu in recaluatio-  
 ne albus uel rufus color fuerit exor-  
 tus, & hoc sacerdos uiderit: conde-  
 mnabit cum haud dubie lepræ quæ  
 orta est in caluitio.**

Hic de reclusionē illa septenaria prorsus  
 tacuit, non ob aliud sane, nisi quod in superi-  
 oribus satis eam expresserat. Dicit itaque cal-  
 uitij lepram condemnandam fore, nec tamē  
 ante examinationem: sed postquam manife-  
 sta fuerit, & signis euidētibus declarata. Exa-  
 minationem quippe de qua tacuit, subintel-  
 ligēdam reliquit. Porro in blanda uisione al-  
 bedinis, blandimenta supra ostendimus ex-  
 primi uoluptatis. Rubescens uero color sangui-  
 neam habet speciem, & malitię iniuriarumq;  
 præfert imaginem. Hæc duo itaq; præcipue  
 in facultatum distributione cauenda sunt: in  
 anis libido gloriæ, & crudelitas rapinarum.  
 Nam de uana ostentatione quod per eam ele-  
 emolyne nostræ depereant, & in eua-  
**Mat. 6.** gelio testatur, dicens: Cum facis elemosinā,  
 noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ  
 faciunt. Amen dico uobis, receperunt mer-  
 cedem suam. Quam uero omnia quæ de rapi-  
 nis offeruntur, execrabilia sunt apud deum,  
**Eccl. 34.** in Ecclesiastico legitur: Dona iniquorum re-  
 probat altissimus, nec in multitudine sacrifi-  
 ciorum eorū propiciabitur peccatis. Qui of-

fert sacrificium ex substantia pauperum, qua-  
 si qui uictimat filium in conspectu patris sui.  
 Romanæ eloquentiæ autor, in libris de offi-  
 cijs cum de liberalitate tractaret, eadem sen-  
 sit, à Christiana quidem alienus fide, sed non  
 à Christianis morib; penitus alienus. Ait er-  
 go: Sunt autē multi cupidi splendoris & glo-  
 riæ, qui abripiunt alijs, quod alijs largiantur.  
 Id autem tantum abest ab officio, ut nihil pos-  
 sit officio esse magis cōtrariū. Nihil em̄ est li-  
 berale, quod non idem iustum. Videre etiam  
 licet plerosq; nō tam natura liberales, quā  
 quadam gloria ductos, ut benefici uideātur,  
 facere multa, quæ proficisci ab ostentatione  
 magis quā à uoluntate uidentur. Talis au-  
 tem simulatio uanitati est cōiunctior, quā  
 aut liberalitati aut honestati. Vt ergo de his  
 interim taceā, quæ nobis sacra ministrat scri-  
 ptura, etiam ex uerbis gentilis istius fati ap-  
 parere existimo, quæ sit alba, quæ rufa macu-  
 la, quæ in caluitio (id est, in facultatum expo-  
 sitione) cauēda sit: quamq; mox ut sacerdos  
 prehenderit, iubetur hominem cōdemna-  
 re haud dubie lepræ: ne scilicet prælata uir-  
 tus in specie, dubitetatem reprobādi mali ua-  
 leat afferre. De lepra autem quæ in corpore  
 quoquomodo notatur humano, ista suffici-  
 unt. Quicquid enim de uestiū lepra post hæc  
 tractabitur, licet ad hominem per mysteriū  
 referatur: quantum tamen ad literā spectat,  
 in re potius insensibili quā in homine repe-  
 ritur. De eo itaq; qui leprosus iudicatur, & ex-  
 tra castra fuerit eiētus, qualiter ibidē se ha-  
 beat, priusquam ad cætera lex transeat, pau-  
 cis declarat. Sequitur:

**¶ De habitu leprosi. Caput VIII.**



**V**icunq; ergo ma-  
 culat⁹ fuerit lepra,  
 & separatus ad ar-  
 bitrium sacerdotis,  
 habebit uestimen-  
 ta dissuta, caput nu-  
 dum, os ueste contactum, cōtamina-  
 tum ac sordidum se clamabit: omni  
 tempore quo leprosus est & immū-  
 dus, solus habitabit extra castra.

**P**rima quæstio hic animū pulsat, quæ ra-  
 tio sit, ut leprosi habitus sui forma tra-  
 datur. Nec de illis nunc ago, quos literę lega-  
 lis decretum ob corporalem infirmitatem à  
 populi consortio sequestrabat. Illi enim for-  
 litan ægritudine sua pondere humi iores &  
 summiiores effecti, facile his quæ sibi præ-  
 cipiebantur, obaudiebant. Qui uero spiritu-  
 alis morbo deprauatus est, ut aut infir-

delitatis merito, aut propter morum prauita-  
 tem à fidelium sit sequestratus consortio, cer-  
 tum est illum ecclesiasticis legibus non tene-  
 ri: ac per hoc quicquid sibi impositum fue-  
 rit, facile contempnū iri. Si enim hmōi homi-  
 nes catholicorū patrum præceptis se subde-  
 rent, primo in hoc obedientiæ suæ uirtutem  
 ostenderent, ut nec fidei nec iustitiæ regulā  
 uiolarent. Qui uero in fidei diffinitione, in iu-  
 stitiæ executiōe, ecclesiæ autoritatem post-  
 ponunt, qui fidelium communionem non re-  
 cipiunt: quomodo sperari poterit ut in uesti-  
 bus disfluendis, in nudatione capitis, in oris  
 etiam operimēto, principum nostrorum de-  
 creta suscipiant? Animaduertendum est itaq;  
 q; qualiter à nostris ipsis etiam nolentibus,  
 & uestimenta eorum disfluantur, & caput nu-  
 detur, & oris iniquitas oppiletur. Scimus au-  
 tem quia cuiuscunq; uestes disfluuntur, cor-  
 pus exponitur. Porro corpus in scripturis so-  
 let intelligi, quædam conuersationis humane  
 cōpositio, seu bona seu mala, ex diuersis ope-  
 ribus tanquam, ex membris uarijs compagi-  
 nata. Habes in euangelio, dicente domino:  
 Lucerna corporis tui est oculus tuus. Quic-  
 quid enim à nobis recte geritur, pia intentio-  
 ne illuminatur. Et in parte contraria, ut de-  
 struatur (ait Apostolus) corpus peccati, ut il-  
 tra non feruiamus peccato. Corpus itaq; le-  
 prosi discooperitur, cum eius iniquitas reue-  
 latur. Caput nudatur, cum peruersitatis il-  
 lius origo & radix exponitur. Fecerunt hoc  
 doctores catholici, ut Augustinus Mani-  
 chæorum, Donatistarum, & in ecclesiasti-  
 cis historijs alij patres, Pauli Samosatani di-  
 uerforumq; hæreticorum mores, superbi-  
 am, crudelitatemq; publicantes, quibusue  
 occasionibus ab ecclesia se segregare præ-  
 sumperint, declarantes: non aliena delecta-  
 ti infamia, sed ut quoscunq; possent, ab impi-  
 orum consortio sequestrarent. Sic enim he-  
 bat, & quod in hoc loco subiūgitur, ut lepro-  
 forum clauderentur ora, dum scilicet omni-  
 bus confabulationem eorum execrantibus,  
 propinandi ueni facultas subtraheretur.  
 Contaminatos autē ac sordidos se clamant,  
 quicunq; sanctorum societatem relinquunt:  
 & si non sua confessione, certe operum suo-  
 rum manifestatione. Nisi enim operando nō  
 nulli loquerentur, & esset in eorum actibus  
 quidam fermentus, quo fideles uel infideles sei-  
 pso pronunciarent, non dixisset de quibus-  
 dam Apostolus: Constitentur se nosse deum,  
 factis autē negant. De leprosi itaq; est eor-  
 um tacet lingua, eorum tamen postquam in  
 hominū notitiam peruenerūt, clamant ope-  
 ra contaminatos ac sordidos esse: qui dum  
 impietatis suæ affectionem non deserunt, à  
 sanctitatis & pacis communione recedunt.  
 Contingat ergo illis quod nouissime subiū-

fertur, ut quandiu leprosi & immūdi sunt, so-  
 li habitēt extra castra: & adimpleatur in eis,  
 quod principi reproborum omnū per Isaiā  
 prænunciatur: Quasi cadauer putridum non  
 habebis consortium. ut dum ab uniuersis eo-  
 rum societas detestabilis iudicatur, soli pere-  
 ant qui ad salutem redire detestantur. Restat  
 ut etiam de lepra uestium, quod dominus do-  
 nauerit, differamus. Sequitur:

**¶ De lepra uestium uel pellium. Cap. IX.**



**V**estis lanea siue li-  
 nea, q; leprā habu-  
 erit in stamine at-  
 que subtegmine  
 aut certe pellis,  
 uel quicquid ex  
 pelle confectum  
 est: si alba aut rufa macula fuerit in se-  
 cta, lepra reputabitur, ostendeturq;  
 sacerdoti.

**C**VM in plerisq; locis, imo pene ubiq; fa-  
 ctis appareat, legem spiritualiter intelli-  
 gendam esse, dum ea læpius loquitur, quæ ni-  
 si ad mysteriū relata fuerint, insipida prorsus  
 & fatua sentiunt: nescio tñ si alicubi aptius q;  
 in hoc lepræ tractatu, ubi uestis leprosa, &  
 sicut sequētia cōtinent, domus leprosa intro-  
 ducit. Vt em̄ huic literæ cōpendiosa obuiem  
 rōne, cū ea discutitur hoīs immūditia, p̄ quā  
 diuino iudicio reprobetur, nulla p̄ter p̄ctūm  
 poterit inueniri: quia hoc solū est, qd homiē &  
 deo inimicū, & diuinis legibus reddat cōtra-  
 riū. P̄ctm uero dici nō potest, nisi in rōnabili  
 creatura deprauatio uolūtatis. Cū nāq; in re  
 materiali aliquid corrūpitur aut cōsumitur, da-  
 mnū quidē plangitur, sed reatus stolidæ illi  
 creaturæ nequaquā ascribitur. Sola ḡppe (ut di-  
 ximus) natura illa, in cuius arbitrio positū est  
 ut recte agat si uelit, tūc peccat, cū p̄pria sp̄o  
 te ad appetitū iniquitatis deflexerit. Quæ autē  
 sine sensu ē, nec ad sui custodiā deliberādi sui  
 cepit arbitriū: etiā si corrupta fuerit, nō ei im-  
 putat, nec reatuus eius ascribitur. Qualiscunq;  
 igitur fuerit creatura insensibilis, p̄ctū cōtagiū  
 quod ignorat, hoī rationabiliter sese utēti nō  
 importat. Vestis itaque tinctis aut aliquo firmi-  
 li corrosa, quam lex uestiū lepram noiare ui-  
 det, non hoīem immundum facere, sed hoīs  
 immūditiam poterit significare. Legislator  
 tñ q; de uestibus agit: & qd dicere intendat,  
 carnalibus abscondit. Hoc est em̄ uellū quo fa-  
 cies illi obūbratur: & carnalis Israel, quantū  
 maiestatis ille confabulator in uerbis suis ha-  
 beat claritatis, noīdū contēplatur. Sed cum  
 trāsierit, inq; ad Christū, auferetur uelamē.  
 Nos igitur q ad Christū transiimus, si sp̄m  
 eius accepimus, de quo scriptū est, sp̄s omnia  
 in iij

Is. 14.

Peccatū

Quando peccetur

2. Cor. 13.

1. Cor. 2.

Albe. lo.

Rubedo.

Mat. 6.

Eccl. 34.

Cicero-  
nis laus.

1. Off. 16.

ibidem.

ibidem.

Mat. 6.

Rom. 6.

Questio.

Tit. 1.

scrutatur: non sumus contenti literæ cortice, sed quid boni in scripturæ medullis reconditum sit, diligentius indagemus. Dicit itaque: [ Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine atq; subtegmine. ] Vestis quæ corpus operit, & frigus ab eo repellit & nuditatem. Vnde & decorem nobis confert & utilitatem, dum corpus calefaciēs, eius operit turpitudinem. Sed in re tã necessaria, quantum mali per nostram incuriam soleat oriri, lex non tacet: dum in stamine atq; subtegmine, ipsius lepram considerare nos admonet.

Psal. 131.  
iustitia

Vestis igitur nostra, opus iustitiæ est, dicitur in Psalms: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Hæc namq; vestis & honori pariter nobis est & utilitati, quibus & honestam foris comparat famam, & intus coram deo fouet conscientiam. Porro quædam lanea, quædam autem linea intelligenda est. Linum quippe lana subtilius est. Cum igitur spirituale aliquid operamur orantes, meditando quoque & lectiõni operam dando, quasi lineã ueitẽ induimur. Cum autem ad corporalia descendimus, palcentes esurientes, potantes sitientes, nudo uestitum, peregrino præbentes hospitium, & corporeis sensibus obnoxium est quicquid operamur, quasi lanea sunt quibus operimur. In utroq; autem genere uestimentorum, flamen à subtegmine discernendum est. Stat namq; intentio nostra, cum ad deũ erigitur, cum cælestis regni desiderio ad futura extenditur. Hoc uestis nostræ stamen est. In subtegmine uero operum instantia deputabitur, quibus sub hac intentione diuersis temporibus insudatur. Hæc quippe more subtegminis diuersa subinde petit latera, nũc in dexteram cõtemplationis, nunc uero in actionis sinistram se transferens. Porro stamen rectæ intentionis, idem (ut dictum est) in omnibus perseverat: dum quicquid aut corporaliter aut spiritualiter operamur, sub hoc proposito agimus, ut diuinam gratiam assequamur. Cum uestibus autem lex & pellem adijcit, & quicquid ex pelle conficitur. Per pelles itaq; quæ non nisi mortuis animalibus extrahuntur, mortificatio carnis intelligitur. Ex his uero pellibus multa conficiuntur utilia: quia per carnis mortificationẽ & castitas corporis, & mundi cõtemptus, & ut paruo sit homo contentus, acquiritur. In uestium igitur tam lanearum quam lineãrum stamine & subtegmine, in pelle & in omni quod ex pelle cõfectũ est: si macula alba uel rufauerit exorta, lepra reputabitur, ostẽdeturq; sacerdoti. Quæ sit alba uel rufa macula, quæq; superiora recolare uoluerit, non nostram hic rursus explanationem expectabit. Alba siquidem inanis gloriæ, rufa malitiosæ figuram tenet inuidiæ. Per inuidiã enim nonnulli usq; ad effusionem alieni sanguinis accesserunt. Vnde fra-

Matth. 25.

Stamen.

Subte-  
gmen.

Macula  
alba.

Macula  
rufa.

tres Ioseph uidentes eum, dicebant: Ecce formiator uenit: uenite, occidamus eum. Et de Christo Iudæi: Quid facimus, inquit, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eum. Et quasi quodam rationis fucõ conceptam colorantes impietatem, expedire asserunt, ut unus homo moriatur, & non tota gens pereat. In istamine ergo uestis nostræ macula alba uel rufa apparerit, cum intentio deprauata, nõ iam diuinum fauorem, sed humanam appetere incipit laudem. Ex hac namq; protinus & rufa exoritur, cum gloriam pro qua mēs stulta æstuat, alijs abundantius conferri nõ sine suo dolore cõsiderat. Hac duplici uero peste stamine corrupto, ad subtegmen quoq; eadem pertingit corruptio: quia quicquid praua intentione geritur, domini testimonio prauum esse probatur. Si enim oculus tuus nequam fuerit, totũ corpus tuũ tenebrosum erit. Idem & de pelle sentiendũ est, siue de his quæ ex pellibus fiunt. Si em abstinẽtiã uel castitatem uel frugalitatem, quæ est uoluntaria paupertas, appetitus laudis propriæ, ac perinde liuor aliena, se supponerit: si nullo uirtutis obice repulsus, mentem possederit: lepra est quæ uirtus esse existimabatur, & huiusmodi ostendendus est sacerdoti. Sequitur:

**Qui consideratam recludet septem diebus.**

Septem diebus uestis leprosa recluditur, cum uirtutum nostrarũ corruptio admonitiõne sacerdotali cohibetur, ne p̄gre diatur amplius: imo si fieri potest, deficiendo ad fabbatum quietis pertingat: & mentem cui in quietudinem peperit, quietam esse permittat. Et die septimo rursus aspiciẽs, si creuisse deprehenderit, lepra perseverans erit.

Tanq; diceret: Post oẽm diligentia adhibitã, si nihil se p̄ficere intellexerit, sed hominẽ cõceptã p̄uersitatis q̄tidie augmentũ cape, sciat hæc leprã p̄seuerantẽ eẽ. Vñ & subiungit: **Pollutum iudicabit uestimentum, & omne in quo fuerit inuenta: & idcirco comburetur flammis.**

O sententia non exponenda, sed timenda. Ecce eadem consummatio est deprauatæ uirtutis, quæ illecebrarum carnalium aut inuidelitatũ. Ad eundem redit finem superba cõtinentia, & carnaliũ uoluptatum immunditia. Quid namq; impijs & cõtaminatis in fine dicẽdũ est? Ite maledictũ in igne æternum. Nihil aliud de uestimẽto leproso, i. de uirtute corrupta & in morbo suo perseveranti, hoc in loco reperies. Pollutum (inquit) iudicabit uestimentum, & omne in quo fuerit inuenta: &

Genes. 37.  
Iohã. 11.

Matth. 6.

Matth. 15.

idcirco comburetur flammis. Sequitur: **Quod si eã uiderit nõ creuisse, præcipiet & lauabũt id in quo lepra est.**

Non creuit lepra, cum hominis superbia ad admonitionem p̄storis deficiens, ultra non procedit. Quapropter iubet sacerdos, ut uestis in qua lepra apparuerit, diluatur: & homo qui pro uirtutibus suis primo se extulit, iam humiliatus reconcilietur, & à pristina infamia liberetur. Sed quid postea?

**Recludetq; illud septẽ diebus alijs.**

Multi sunt qui tanta efferuntur superbia & inuidia succenduntur, ut occulare morbum suum non ualeant: sed nunc loquendo, nunc operando, quid intus patiantur, cõtãtis manifestant. Admoniti tamen nonnũquam correctos se exhibet, ut nec superbe suas uirtutes iactare, nec innocentes proximos lædere præsumant. Quæ illorum conuersio et si laudanda, ut præmissis, non tamen ex integro amplectẽda est. Forsitan namque pestis quæ exterius apparere nõ sinitur, adhuc in conscientia secreta clausa retinetur. Recludẽda est igitur uestis & alijs septem diebus, iuxta quod superius de leprosis disputatum est: quia non sufficit correxisse ea quæ exterius parent, nisi & illa corrigantur, quæ interiorus latent.

**Et cum uiderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse se lepram, immundum iudicabit & igne comburet, eo quod infusa sit in superficie uestimenti, uel per totum lepra.**

Nihil simile in superioribus lepræ generibus sancitur. Vbiunque enim qui leprosus existimabatur, recludi iussus est, post reclusiõnem si stetit lepra & non creuisse uisa fuisset, mundus homo sacerdotali pronuntiabatur iudicio. Nunc autem etiam lepra non crescente, si pristina facies in uestimento reuersa non fuerit, immundum iudicatur, & comburendum decernitur. Quæ igitur hæc sit decretorum differentia, perquirendum est. Supra namq; illam lepram diximus non creuisse, cum homo post peccatum quietens, malis suis ultra non addit: & morbus in eo deficiens, nullam perseverantia suæ significationem ostendit. Nunc autem cum de uestimento agitur, & post reclusionem etiã lepra non crescẽte, si facies pristina reuersa nõ fuerit, immundum iudicatur, aliter intelligẽdum est lepræ incrementum. Sunt enim nonnulli elatione (ut diximus) & inuidia corrupti, qui dum reprehensioes aliorum uertuntur, & in sermone uicant iactantiam, & eis quibus inuidet, non præsumunt inferre mole-

stiam. Quasi ergo sub obseruatione & reclusionẽ facerdotis creuit lepra, dñi latens perniciēs nec ore nec opere amplius se p̄dens, quasi defecisse putat. Si tã facies pristina nõ reuertitur reuersa, id est, si conscientia interior ad debita humilitatẽ & p̄ximorũ dilectioẽ non fuerit reuocata: immundũ est uestimentum, & ignibus mancipandũ. Virtus quippe deo placere non poterit, quandiu superbiæ mens licet hoc ipsum dissimulet, simulatibus subiacet. Licet enim proximi nõ ledas, si in corde tuo latent illi odio habẽas, non est uirtus m̄suetudinis, sed uelamentũ furoris. Lege beati Iohannis epistolam: Non, ait, q̄ occidit fratrem suũ, homicida est: sed qui odit fratrem suũ, homicida est. Ergo si non creuerit in uestimento lepra, i. si homo seipsum obliuauerit, ut nec loquatur amplius, nec faciat, unde superbus aut inuidus notari ualeat: respiciat tamen conscientiam, & omnimodis laboret, ut à peste qua infecta fuerat expietur, & in pristinam formam restituatur. Alioquin immundus erit & igni obnoxius. Immundũ, inquit, iudicabit eum sacerdos, & igne comburet. Vbi notanda locutio est, igne comburet, id est, comburendum prædicet: sicut & superius, contaminabit eum, id est, contaminatum pronuntiabit. Ac deinde: [Eo quod infusa sit in superficie uestimẽti, uel per totum lepra.] Quid est quod dicitur, in superficie uel per totum? Si enim dixisset, in superficie per totum, non esset quæstio. Nunc autem sic dictũ est, uel hoc uel illud: tanquam ista duo contraria sint, nec utrunq; simul esse possit. Item cum de lepra partis agitur, quæ crescere poterat, & ampliora spacia occupare, nec tamẽ creuit: quomodo dicitur qd per totum diffusa sit? Notandum igitur quod per totum, nõ ad uertem referendũ sit: sed ad solam, in qua lepra apparuerat, partem. Dicitur enim per totum lepra diffusa, eo quod non sufficiens solam eiusdem partis corripuit, sed interiora quoq; ipsius penetrauerit, ita ut nec lota ad faciem pristinam redire potuerit. Dicit ergo: Eo quod infusa sit in superficie uestimenti lepra. Et quasi corrigens quod dixerat, & addens quod defuerat, uel per totũ, inquit. Hoc enim & in hominibus reperitur. Sunt enim nonnulli, qui quales sunt, tales uideri refugiunt. Linguam cohibet, continent manus: nec tamen fieri potest, ut occultetur prorsus qd in corde habetur. Scriptum est enim: Ex uisu cognoscitur uir. Amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis, denũtiant de illo. Et Salomon: Sicut in aqua respicendũ uultus perspicientium, sic corda hominũ manifesta sunt prudentibus. Lepra itaq; ista in superficie apparet, cũ ex hominis uultu morbus eius deprehendit: interiora q; eius sibi uedicans, quasi per totum diffunditur. Sequit:

I. Iohã. 3.

Ecc̄l. 19.

Pro. 27.



Sinautem obcurior fuerit locus leprae postquam uestis est lota, abrum pet eam, & a solido diuidet.

Locus leprae intelligitur, quodcumque illud est quod homini superbiendi materiam praebuit. Quidam enim abstinentia, si ceteris praecius mentis frequentent: alij eloquentia, si in ecclesia uerbum facientes, auditoribus placeant: alij uero extolluntur honoribus: & omnino quicquid illud est in quo ceteris excellentior quis apparuerit, nisi custos sollicitus humilitatis suae fuerit, materiam ei elationis attribuit. Si igitur tale illud est quod rationabiliter possit ad tempus subtrahi, si locus leprae fuerit subobscurus, ut sacerdos incertus nec condemnare eum praesumat, nec de sanitate illius adhuc certitudinem teneat: expedit hominem ut manere eodem priuetur, & quali manu uel dextro pede absciso, seruet corpus suum ne gehennae tradatur. Legistator noster, quem papa Gregorio attestante, spiritu omnium iustorum plenum fuisse didicimus, qualiter huic capitulo concludat, non rabeo. Artifices, inquit, si sunt in monasterio, cum omni humilitate faciant ipsas artes, si permiserit abbas. Quod si quis ex eis extollitur pro scientia artis suae, eo quod uideatur aliquid conferre monasterio, hic talis euellatur ab ipsa arte: & denuo per ipsam non transeat, nisi forte humiliato eum iterum abbas iubeat. Hoc est quod lex praecipit, locum leprae quae in ueste apparuit, a solido diuidi & abrumpi: ut quicquid illud est unde homo extollitur, si potest subtrahi, subtrahatur. Ac deinde:

Quod si ultra apparuerit in his locis, quae prius immaculata erant, lepra uolatilium & uaga, debet igne comburi.

Ve patrum testatur autoritas, superbia est quae prima hominem corrumpit, & nouissima ab eo recedit. Difficilis quippe eius curatio est. Ex contrariis etenim saepe exoritur causis. Videbis hunc pro diuitia ruinam affluentia, alium pro contemptu superbientem. Hunc fusca uestis, illum purpura & byssus extollit. Hic eloquentia tumens, omnes mutos & elingues iudicat. Ille taciturnitatem habens, cunctas de loquacitate condemnat. Superbia ergo est, ut diximus, quae postquam mentem possidere ceperit, uix extirpatur: nam frequenter inde augmentum capit, unde minui credebatur. Ecce enim praecipit lex, ut postquam in uestimento lepra apparuerit, locus leprae a solido diuidatur: & quicumque superbus deprehensus fuerit, ei (si fieri potest) elationis materia detrahatur. Inuenies tamen qui nihil hac diligentia remedij consequatur. Nam si forte pro abstinentia gloriatur, subtracta ei ieiunandi facultate, tumet cogitatione, dum se tanta uirtutis attendit quem reprimi opus sit: alios uero tam dissolutos & desides, quibus etiam stimulis additis, uix canonica continentia persuaderi possit. Dicit itaque in corde suo, quod phariseus ille dicebat: Non sum sicut ceteri homines, nec sicut publicanus iste. Item si pro doctrina sua elatus, docendi priuetur officio: sola, cuius sibi conficius est, instatur scientia: & si quis loco ipsius hoc opus susceperit, quicquid dicere potuerit, parumpendit. Haec est igitur lepra uolatilium & uaga, quae hinc euulsa, alibi protinus oritur: & sedes mutans, nullam certam occupat in qua extirpetur. Haec ergo condemnat lex, dicens: quia postquam deprehensa fuerit, debet igne comburi. Sequitur:

Si cessauerit, lauabit ea quae pura sunt secundo, & munda erunt.

Post secundam reclusionem, in qua mentis humanae secreta discutierunt: post particulae in qua lepra apparuerat, euulsionem si nulla amplius in locis alijs macula emergerit, secundo lauandus est homo: ut iam scilicet non sola eius innocentia comprobetur, sed & in conscientiae arcano, a superbiae peste liber esse credatur. Quod enim uoluntati eius obuiatum est, & ab eo quod facere disponebat, reuocatus est: quod ab officio sibi commissio depositus, si aequanimiter per omnia susceperit iubentis imperium, non paruum ueracitatis affectum argumentum. Complens uero legislator ea quae de lepra morbo praemiserat:

Ista est, inquit, lex leprae, uestimenti lanci & linci, staminis atque subtregminis, omnisque supellectilis pellicae, quomodo mundari debeat uel contaminari.

Terminata iam lepra singulari, terminum quoque nonus iste liber accipiet, nam lepra infidelitatis quae populorum multitudines peste sua frequenter infectit, ad praesens differatur, praemissa leproso mundatione, ad quam nobis exurgendum est: & ut tractatum egregium operosius explicemus, quantum gratia inuenit, elaborandum.

Matt. 18. S. Benedictus.

Lucas 11.

Lucas 7. Lucas 24. Matt. 8. Lucas 7.



De emundatione leprosi. Cap. I.

VM INTER cetera magnalia, quae rum fulgore mortalium oculis reuerberabat ille propheta magnus, hic enim tunc temporis dominus Iesus appellatus est, potens in opere & sermone: tactu potentis dexterae etiam lepram a corporibus humanis excluderet, eos quos emundauerat, legitur ad sacerdotes misisse, & ut munus quod praeeperat Moyses, offerrent, praecipisse. Quod inter tot debiliu curationes cur solis leprosi impositum sit, ratio sepe queritur: sed difficile ab his legis notitia non habent, inuenitur. Quia autem quae sit lepra spiritualis, in legalibus umbris iam perpeximus, puto ad huius rei indaginem facile pertingemus. Docuit enim lex, nullum leprosum deputandum cuiuscumque criminis conscium, nisi qui peccati sui poenitentiam non gerit, sed in peccandi deliberatione consistit. Huiusmodi autem a castris eijci, & a populo dei sequestrari praecipit. Quam tamen separationem sacerdotali commisit iudicio, ut tanta contumelia non statim afficeretur, quemcumque uulgaris opinio infamasset, sed quem certa & legitima examinatio sacerdotum leprosum deprehendisset. Sicut autem separationis, sic & reconciliatio potestas eiusdem attributa est. Iustum siquidem erat, ut qui de morbo iudicabant, de sanitate quoque iudicarent: & quorum diligentia creditum fuerat, ne quis excluderetur immerito, ad eorum etiam cautela pertineret, ne quis reciperetur indignus. Hanc legem dominus Iesus soluere noluit, sed potius adimpleuit, dum discipulis suis ligandi & soluendi potestatem attribuit. Milit itaque ad sacerdotes leprosos, non utique emundandos, haec enim solius dei uirtus est, sed iam emundatos: tantum ut eorum sanitas, iuxta quod lex constituerat, sacerdotum testimonio probaretur. Sic & Lazarum iam quatuordecim annis, postquam de monumento uocans suscitauit, & ille ligatis manibus ac pedibus profert: discipulis ut eum soluere, imperauit. Sola igitur separationis ac reconciliatio religio, quae sacerdotum respiciebat iudicium, ut leprosi post emundationem sacerdotibus ostenderentur, exegit: quia sine quorum (ut diximus) examine non poterat excludi, sine eorum

Job. 11.

RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER DECIMVS.

testimonio non fuerant recipiendi. Claudii uero & caeci & similes quique, quae pro huiusmodi infirmitate ab hominum societate non fuerat sequestrati, recepta iam sanitate, sacerdotali sententia non opus habebant reconciliari. Ait ergo dominus leproso: Vade, ostende te sacerdoti: & offer munus quod praecipit Moyses, in testimonium illis. Iam ex tunc magister ille & dominus futuris haereticis obuiabat, & Manichaeos reuincebat. Ipsi quippe legem & euangelia contraria esse dixerunt, & deo legis dominum Christum diuersa sensisse, dogmatizare praesumpserunt. Dominus autem (ut praemisimus) legi testimonium praestat, & antiquas Moysi traditiones sua auctoritate confirmat. Offer, inquit, munus quod praecipit Moyses in testimonium illis. Lex enim sancta, ut ait Apostolus, cuius etiam precepta carnalia suis temporibus fuere necessaria. Sed de munere quod praecipit offerri Moyses, quo ritu antiqua illa leproso celebra batur emundatio, a modo tractandum erit. Cuius mysterium si a nobis ut dignum est, indagari & explanari potuerit: manifestum credo futurum, neminem ab animae suae lepra posse liberari, qui non ea quae praecipuntur, spiritualiter implere studuerit. Sequitur:

Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Hic est ritus leprosi, quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem. Qui egressus est castris, cum inuenerit lepram esse mundatam, accipiet ei qui purificatur, ut offerat pro se duos passeris uiuos, quos uesci licitum est, & lignum cedrinum, uermiculumque & hyssopum.

Notandum prius, quod dicitur leprosus ad sacerdotem adduci, cum sacerdotem potius ad eum egredi necesse sit. Venit itaque usque ad locum aliquem extra castra, quo accedere nondum mundato licitum est: illucque sacerdos ad eum egreditur, de sanitate illius iudicaturus. Mystice quoque egressus iste intelligendus est: quae toties sacerdos ut leprosos consideret, de castris exit: quoties pastor quilibet, seposita interim filiorum uidentia, reconciliationi eorum qui a bonorum exulabant consortio, curam impendit. Egressus ergo sacerdos est castris, cum inuenerit, inquit, lepram esse mundatam. Nota sicut supra diximus, sacerdotem non lepram mundare: sed tamen cum mundata inuenerit, suo hoc testimonio

Matt. 8.

Roma. 7.

LEVITICI caput XIII.

confirmare. Sed nec locutio prætereunda est, quod lepra mundari dicitur, cum homo potius à lepra mundetur. Sacerdos uero noster tunc lepram mundatam inuenit, cum affectu peccandi deposuisse, & ad meliora propositu conuertisse hominem qui leprosus fuerat, deprehendit. Quia ergo iam correctius agendi deliberatione suscepta, instruendus est uti que, qualiter & à malis declinare, & uiam rectitudinis tenere oporteat: præcipit sacerdos in primis, ut offerat pro se duos passeris uiuos, quibus uesci licitum est, & lignum cedri num, uermiculumq; & hyfopum. Certu est, hanc spiritualis lepræ esse originē, cum carnalibus concupiscentijs homo subiugatus, mundum diligit, & diuina præcepta postponit. Tunc uero ab eadem lepra se exiit, cum uoluptatibus suis resistere, & mundum uincere contendit. Sed nemo uiribus suis opus tantum sufficit adimplere, testante scriptura ac dicente: Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Et quis est, inquit, qui uincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? Ergo ab hac fide incipiendum est, & à filio dei spes uictoriæ concipienda. Ipse enim recipientibus se dedit potestatem filios dei fieri, ut nati ex deo, uincant mundum. Ita que humanitas filij dei, in qua pro nobis pater factus est, & credenda à nobis, & charitatis affectu suscipienda est: per quem etiam re is uenit, de uictis & pstratis uictoriæ, mortalibus uitæ æternæ spes attributa est. In uno ergo passerum, quos leprosus iubetur offerre, ipsum intellige: quia & ipsius uox in Psalmo habetur, Vigilauit & factus sum sicut passer solitari? in tecto, & passer inuenit sibi domum, quod scilicet æternum celi redemptor noster intrauerit habitaculum. Hyfopus que cum passere offertur, fides nostra est. Hyfopus namq; cum sit herba humilis, radicibus hæret in petra, & interiora nostra mundare consueuit. Si petram quæris in qua fides nostra radicata est, ab Apostolo audies: Petra autem erat Christus. Scriptum est etiam, fide mundans corda eorum. Cedrus quæ ad altate tollit, spei nostræ designat certitudinem: quæ non terrena & transitoria, sed cælestia & semper mansura nobis repromittit. In uermiculo q ignei coloris agnoscitur, flamma dilectiōis exprimitur. Offert itaq; homo passerē unum uiuum cum hyfopo, cū Christum pro nobis hominem factum, & hic primum cum mortalibus uiuuisse, & nunc apud patrem credit immortaliter uiuere. Iungit uermiculum, cum illum diligit: sed & lignum cedrinum, si de eo præsumit. Sed quoniam scriptu est, Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu: ipse quoq; dominus nos admonet, dicēs: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: iustu ē, ut q deū, ppter se credit hu-

I. Ioh. 5.

Iohann. 1.

Vnus passerum.

Psal. 101. Psal. 83.

Hyfopus.

I. Co. 10. Act. 15. Cedrus.

Vermiculus.

Phil. 2.

Matth. 11.

militari, ipse etiā humiliari studeat, & Christo se p humilitatē conformās, primo passeri quasi secundum iungat. Humilitas namq; siue paupertas sanctorum per passerē solet designari, sicut in Psalmo de cedris (id est, potestatibus huius seculi, quas deus in sancta ecclesia plantauit) scriptum est: Illic passerēs nidificabunt, quia scilicet pauperēs Christi, à diuitibus huius mundi necessaria uitæ percipiunt. Sed non est prætereundum, quia cum duos passerēs offerri præcepisset, addidit: quos uesci licitum est. Primus quippe passer ad cibum non est idoneus, si fides nostra de Christo p uersa sit, ut illum aut hominē purum, aut deum sine homine, nec uere passum nec uerē à mortuis suscitatum, quod Manichæis placuit, fuisse sentiamus. Qui uero nō alium Christum, sed quē apostolica tradit doctrina, suscepit: quasi passerem offert quo uesci liceat, quia fidei reuerentia diuinum sibi fauorem conciliat. Secundi quoq; passeris facienda est distinctio. Sunt enim nonnulli, qui Christi humilitatem paupertatemq; Christi imitari uidentur, sed simulare hoc faciunt. habitu quippe despecti, mētē supbiunt: & possessiōibus mundanis attenuati, magnos se locupletesq; uirtutibus æstimatione sua considerant. Scriptu est autem: Immundus est apud deum omnis qui exaltet cor. Si igitur uolumus secundum passerem esui dominico idoneū reddere, humilitas quæ foris hominibus exhibetur, etiā coram deo in mente seruetur: quoniam beati pauperes spiritu, non censu, & quia humiles spiritu saluabit dominus. Quisquis igitur & per fidem rectam, & p humilitatem uerā domino reconciliatur: quasi in utroque passere placens, nihil exhibet quod respuatur. Quid autem de primo passere, imo de utriusq; agendum sit, sequentia nos docebunt. Et primum (inquit) de passeribus, immolari iubebit in uase fictili super aquas uiuentes.

Vnum ē passeribus sacerdos iubet immolari, cum prædicat mortem Christi: cum docet, ut qui modico quāam angeli p nobis minoratus fuisse creditur, pro nobis etiam immolatus credatur. Immolatur quippe Christu, qui immolatum credit. Inde legimus in uolumine Regum, uirum quendam de filijs prophetarum dixisse ad socium suum in sermone domini: Percute me. Qui cum nolisset eum percutere, ait illi: Quia noluiſti audire uocē domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cumq; paululu recessisset ab eo, inuenit eū leo atq; percussit. Res plane admiratione digna. Ne enim humanæ ascriberes insaniam quod homo se percuti rogat, propheta est de quo ista narrantur, & in sermone domini loquitur. Postremo quantum in hoc facto my-

Psallos

Matth. 5. Psal. 33.

\* Hinc

Psal. 8. Heb. 2.

3. Reg. 10

sterium lateat, subsequens iudicta demonstrat. Qui enim noluit eum percutere, recedens ab illo, a leone percussus ē. Quis ē igitur iste filius prophetarum, nisi Christus dominus, descendens de progenie Iudæorū? Ait namq; Apostolus: Quosq; patres & ex quib; Christus secundum carnem, q est deus benedictus in secula. Hic itaq; dū humanam formam assumpsit, totum genus humanum sibi consociauit. Omnibus itaq; præcipit ut eum percutiant, uidelicet ut pro sua salute percussus erit credant. Qui uero eum non percussit, nec pro redemptione nostra percussum crediderit, recedens ab ipso, per infidelitatem à leone percutietur, de quo scriptum est: Ad uersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Inuenies & hanc locutionem in Apostolo, ubi ait: Ne dicas in corde tuo, quis ascēdit in cælum? Hoc est Christum deducere. Aut quis descendit in infernū? Hoc ē Chm à mortuis reuocare. Si igitur ille Christum deducit, i. deponit, q ascēdit nō credit: & à mortuis reuocat q quis ad inferos illum descendisse non æstimat, manifestum est quia percutere renuit, q percussum non credit: percutit uero, qui credit. Iubeat ergo sacerdos immolari e passeribus unum, ut homini qui super fidei integritate imbuatur, dominicam insinuet passionē: per quā pro nobis immolatus, lepræ nostræ deterſit putredinem, sicut scriptum est: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sed ubi immolabit passer istes in uase fictili. Quid autē uas fictile, nisi Christi corpus, quod terrenum de uirgine sumptis accipiendum est: In hoc autem mori pro hominibus homo uoluit, qui in suæ diuinitatis essentia mori non potuit. Et addidit lex: Super aquas uiuentes. Quas uiuentes aquas, nisi scripturarum fluentia intelligimus? Verba, inquit dominus, quæ ego loquor uobis, spiritus & uita sunt. Itemq; Qui credit in me, flumina de uentrē eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Si igitur spiritualis gratia aqua uiua est, eademq; ex domini uerbis hauritur, patet quod aquæ uiuentes in scripturarum fontibus reperiantur. Istæ sunt aquæ q egredientes uidentur Iezechiel propheta de sublimine tēpli. Quæ cū primo in latas tēpli dextrū descēdissent, deinde ad plana deferri cursum suū direxerunt, & postremo de eis dē dē: Ois aīa uiuens quæ serpit quocunq; uenerit torrens, uiuet: & sanabitur & uiuent omnia, ad quæ uenerit torrens. Templum quippe dei omnis ecclesia est, à primo iusto usque ad extremum. Limen uero templi, sensus historicus est in scripturis: quia per fidem historiarum ueteris quā noui testamenti, intramus templum dei, & incorporamur populo dei.

Roma. 9.

1. Petri. 5.

Roma. 10.

Apo. 1.

Vas fictile.

Ioh. 6.

Ioh. 7.

Lez. 47.

Templū dei. Limen tēpli.

Sub hoc autem limine allego: quæ cū Christo reuelante cœpit exponi, torrens ipse doctrinæ spiritualis in dextrum protinus latus se contulit, quia gētem Iudaicam unius ac ueri dei culturæ deditam, apostolica primo prædicatio uisitauit. Illis deniq; repellentibus, ex maxima parte atq; contradicentibus, torrens iste redūctus ad gentium humilitatem descendit: & plana deferri nostri irrigans, animas repentes & terrenis cupiditatibus inhærentes uiuificauit, & cælestē desiderium nobis infudit. Præcipi at ergo sacerdos, ut super aquas uiuentes passer immoletur, id est, ut iuxta scripturarum autoritatem dei filius passus credatur. Super aquas etenim uiuentes passio ipsius consummata est, quando prænuntiationi prophetiæ rerum exhibitio superaddita est: & hoc effectus ostendit, quod sermo prædixit. Hoc & ipse dominus in die resurrectionis suæ discipulos admonēbat, dicēs: Hæc sunt uerba quæ locutus sum uobis, cū adhuc essem uobiscū, quia necesse est impleri oīa q scripta sunt in lege Moysi & prophetis & Psalms de me. Et aperiens illis sensum ut intelligerent scripturas. Sic, inquit, scriptum est, & sic oportebat pati Christu, & resurgere à mortuis die tertia. Quid manifestius? Ecce passer iste super aquas uiuentes immolatur: quia iuxta qd de eo per legē & p prophetas prænuntiatu fuerat, Christus dominus moritur. Quid uero utilitatis de morte ipsius peccatores consecuti sunt, sequentia nos docebunt. Nam subditur:

Alium autem uiuum cum ligno cedrino & cocco & hyfopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui immundus est, septies, ut iure purgetur: & dimittet passerē uiuum in agrum ut auolet.

O beatus sanguis, cuius asperſione lepra nostra mundatur: cuius redemptione, qui captiuus fuerat, liber dimittitur, cuius tactu mortui suscitantur. Ecce immolato passere primo, alius uiuit, quem immolati sanguis contingit. Leprosus quoque septies eodem asperſus, iure mundari perhibetur: & passer uiuus qui uiolenter prius detinebatur, post intinctionem sanguinis, ut in agrum liber auolet, relaxatur. Viuit enim passer secundus, dum primus immolatur: quia per Christi mortem uiuificatus; fidelis spūs ad uitā resurgit, & eo moriēte, spes nobis redditur uitæ æternæ. Hoc etiam in agni paschalis immolatione factis expressum est. Quartadecima quippe luna ad uesperam celebratur: cum recepta luminis sui plenitudine, sole iam occidēte, ipsa in oriente consurgit. Porro sol iustitiæ, Christi

Act. 15. et 28.

Luce. 24.

Exo. 12.

fius: luna uero, ecclesia est. Nonne igitur ex  
 tunc fatis evidens fidei imago oculis oppone-  
 batur inuentiū, dum sub tempore paschalis  
 illius obseruationis, in qua agni nostri iā san-  
 guis mystice fundebatur, & utroque poste alfo  
 duo parietes separati prius ab alterutro,  
 sub una fide coniungebantur: sanguine quo-  
 que eodem in limine posito, & superliminari  
 alperfo, summis ima, & terrenis caelestia con-  
 ciliabantur? Cum igitur hoc tempore etiā in  
 caeli luminariibus fitus ille obseruaretur, ut  
 sole occidente, luna plena confurgeret: nōne  
 manifeste dabatur intelligi, quā moriēte Chri-  
 sto, qui uerus agnus & sol nobis est indefici-  
 ens, ecclesia ipsius ad uitam cōsurgeret: & eo  
 quasi mortis tenebras subeunte, illa luminis  
 amissi & cognitionis diuināe damna repara-  
 ret? Præcipit ergo lex, ut uiuus passer in san-  
 guine tingatur passeris immolati, tingatur au-  
 tem cum ligno cedrimo & cocco & hyfopo:  
 quia spūs noster tūc primum uiuere incipit,  
 cum sacramenta dominicāe passionis pia fide  
 susceperit. Tingitur uero cum illo & hyfo-  
 pus, cum fides nostra super tātis mysteriis in-  
 formatur. Tingitur lignum cedrinum, cū ois  
 spes nra in redemptoris nri sanguine ponit.  
 Tingitur etiam coccus, cum ex recordatiōe  
 passionis dominicāe, & erga ipsum & ad in-  
 uicem charitas in nobis amplior excitat. Vt  
 enim ipse testatus est, maiorem hac dilectio-  
 nem nemo habet, ut animā suā ponat quis p  
 amicis suis. Quam charitatis nimietatem per-  
 pēdens Apostolus, cum hoc ipsum comme-  
 morasset, dicit: Christus Iesus qui mortuus  
 est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexterā  
 dei, qui etiam interpellat pro nobis: quasi tin-  
 gens in hoc sanguine cocci suum, id est, amo-  
 ris intimi flammam erga dñm suum, ex bñfi-  
 ciorum ipsius contemplatione uehementius  
 succēdens: Quis, inquit, nos separabit à cha-  
 ritate Christi? Tribulatio an angustia? Sed &  
 Iohannes in epistola sua, cū prēmisset quod  
 filium suum unigenitum miserit deus in hūc  
 mundū, ut uiuamus per eum, continuo subiū-  
 xit: Charissimi, si sic deus dilexit nos, & nos  
 debemus inuicem diligere. Tingitur uero  
 in sanguine passeris immolati cū uiuo passe-  
 re cocco, lignum cedrinum & hyfopus: cū  
 de morte redemptoris fides nostra imbuū,  
 spes p eā roboratur, & charitas excitat. Præ-  
 cipitur deinde ut sanguine eodē ille qui im-  
 mundus ē, septies aspergatur, ut sic iure pur-  
 getur. Septenarius numerus spiritui sancto  
 consecratus est, propter septiformē eius gra-  
 tiam, cui etiam remissio peccatorum ascribi-  
 tur. Ipse est enim qui dimittit, ipse qui uenia  
 dignos nos facit. Accipite, inquit dominus,  
 spm sanctum. Et continuo subiicit: Quorum  
 remiseritis peccata, remittunt eis. Hanc disci-  
 puli potestatem habere nō potuissent, nisi spm

1. Joh. 15

Rom. 8

ibidem

1. Joh. 4

1. Joh. 20

sanctum prius accepissent. Itē spiritus ipse de  
 ctus est spūs gratiæ & precum. Et Aposto-  
 lus: Quid enim oremus sicut oportet, nesci-  
 mus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gem-  
 itibus inenarrabilib⁹. Ergo nec aliena pec-  
 cata dimittere quisquam sine spū sancto, nec  
 sua digne flere poterit, aut ueniam promere  
 ri. Septenarius itaque ut diximus, quia eodē de  
 dicatus ē, remissionem quæ per eum fit, solet  
 significare. Beatus Petrus cum de dimittēda  
 fratris offensa dominum interrogasset, si for-  
 te septies esset relaxanda, audiuit: Non dico  
 tibi usque septies, sed usque septuagies septies.  
 Vnde & Lucas euangelista post ipsius domi-  
 ni baptismi, in quo reatuum nostrorum fa-  
 cta est abolitio, generationem illius sursum  
 uersus usque ad ipsum deum, per septuaginta  
 septem enumerauit personas. Habes & Na-  
 aman Syrum, qui ut à lepra sua mundaretur,  
 in typum baptismatis quo peccatorū lepra  
 abluitur, septies in Iordane lauari iussus est.  
 Multa quoque & alia reperies, quæ tibi hoc se-  
 ptenarij sacramentum demonstrant. Homo  
 igitur qui immundus fuerit, sanguine passe-  
 ris immolati septies aspergitur: quia quisque  
 lepra spirituali fuerit obfessus, si sanari desi-  
 derat, sine Christi sanguine nec ueniam con-  
 sequi, nec à peccatis suis poterit purificari.  
 Vnde Apostolus: Quem, inquit, posuuit de-  
 us propiciatorem per fidem in sanguine ipsi-  
 us. Et in epistola ad Hebræos: Si enim sanguis  
 hircorum & taurorum & cinis uitulæ asper-  
 sus, inquinatos sanctificat ad emundationem  
 carnis: quāto magis sanguis Christi, qui per  
 spiritum sanctum semetipsum obtulit imma-  
 culatum deo, emundabit conscientiam nostrā  
 ab operibus mortuis, ad seruendum deo ui-  
 uenti: Dicit itaque: Asperget sacerdos illū qui  
 immundus ē, septies. Ad didicitque: Vt iure pur-  
 getur. O sanctitas, o potentia sanguinis hui-  
 us. Non satis fuerat dixisse, per eius asper-  
 sionem mundari leprosum: nisi ad maximā eius  
 commendationem adderetur, & iure mūda-  
 ri. Sunt em̄ ut ait beatus Augustinus quidā,  
 qui se putant ad contemplandū deū uirtute p-  
 pria posse purgari, quos ipsa superbia maxi-  
 me maculat. Nullū enim uitium est, cui ma-  
 gis diuina lege resistatur. Obmutescat ergo  
 falsa philosophia, quæ per sacra sacrilega, &  
 per eas quas teletas appellat, purgationem  
 deceptis promittit. Nullus iure leprosus pur-  
 gatur, nisi qui sanguine passeris huius asper-  
 gitur: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata  
 mundi. Et sup quē uideris spm descendentē &  
 manentē sup eū, hic est qui baptizat in spū  
 sancto. Hic est lapis qui reprobus ē ab ædi-  
 ficantibus, qui factus est in caput anguli: &  
 nō est in alio aliquo salus. Nec enim nomen  
 aliud est sub cælo datū hoībus, in quo opor-  
 teat nos saluos fieri. Hic uos pterire non pot-

Zach. 11

Rom. 8

Matt. 18

Luc. 9

4. Reg. 5

Rom. 8

Heb. 5

Exo. 2

Zach. 9

August.

Ioh. 1

ibidem

Matt. 21

Psal. 117

Act. 4

sum literę sectatores, qui Moysen istū adhuc  
 puerū existimatis, & in ficella scirpea ac bi-  
 tuminata illū concluditis. Respondete mihi  
 quæso, interrogo uos quæ ratio sit, ne quæ  
 parua res agitur, cum lepra mundatur: quid  
 igitur causa est, ut minus uisimo uolatili tantū  
 tribuatur, ut si sanguine illius leprosus asper-  
 sus fuerit, iure mundari dicatur? Moyses iste  
 omni Aegyptiorum sapientia eruditus, imo  
 (quod potius in eo admirandum est) tantam  
 apud deum familiaritatem adeptus, ut cum  
 eo deus facie ad faciem loqueretur, sicut lo-  
 qui solet homo ad amicum suū: Moyses in-  
 quam, qui ardente Sinai, cacumen montis  
 ascendere, qui nebulam in qua erat deus, so-  
 lus potuit penetrare: nunquid delirasse uo-  
 bis uidetur, & inepta quedam ac puerilia  
 nobis conscripsisse? Quæ enim natura, quæ  
 medicinæ ars hoc docuit, ut aduersus lepram  
 sanguis passeris quicquid esset possit? Aut quæ  
 unquam morbum tantum, tali antidoto cura  
 uit? Addo etiam quod nec lepra hic curari di-  
 citur, sed homini iam sanato, ut sanguine pas-  
 seris aspergi debeat, imperatur. Vt quid hoc?  
 Quæso, qua ratione? qua utilitate? Nonne li-  
 tera ipsa se destruit? & insipidā prorsus sup-  
 ficiem gerens, ad mysticā intelligentiā inui-  
 ros nos etiam renitentesque cōpellit? Vos ta-  
 men Moysi sapientiam ad terrā deponitis, &  
 celestes sensus in arcto (ut supra diximus) cō-  
 cluditis: dum in uerbis tanti uiri nihil aliud  
 sanguinē passerum, caudas arietū, pecoriūque  
 uiscera cogitatis. Ne igitur indignemini, si  
 hūc à uobis expositū atque piectū, Pharaonis  
 sibi filia uendicauerit, si in paternā domū ac  
 regale palatū illū assumpserit. Ecclesia quip-  
 pe de gentibus Moysen quæ uos quasi paruū  
 lū abhincitis, grandem habet: & quod carnali-  
 ter ab eo dictum existimatis, ipsa spiritualiter  
 uidet: quodque uobis quasi terrā sonat, ipsa in  
 cæli leuat. Hoc & ppheta sanctorum Zachari-  
 as ante prædixerat: Emath, inquit, in ter-  
 minis dñi, & Tyrus & Sidon, assumpserunt  
 quippe sibi sapientiam ualde. Sed ad propo-  
 situm redeundū est. Asperget, inquit, sacer-  
 dos illum qui immundus est, septies, ut iure  
 purgetur: ac deinde, & dimittet passerem ui-  
 uum in agrum ut auolet. Agrum, bonorum  
 operum exercitiū, & laborem deo dicatū in-  
 tellige. In hunc agrum auolare nō pot, quis-  
 quis cupiditatibus suis tenetur ligatus, quem  
 iugum premit inimici, cui facultas non sup-  
 petit sese expediendi. Sed quid dicit Isaias?  
 Cōpurescet iugū à facie oī. Vnde & Apo-  
 stolus: Vbi spiritus dñi, ibi libertas. Et domi-  
 nus in euangelio: Qui credit in me, flumina  
 de ventre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem  
 dixit de spiritu, quem accepturus erant creden-  
 tes in eum. Passer uero uiuus in sanguine tin-  
 gatur passeris immolati, cum spiritus noster

fide passiois dominicæ sanctificatur. Creden-  
 do autē in Christum, spiritum accipit liberta-  
 tis, ut à seruitute liberetur iniquitatis. Si em̄,  
 inquit, uos filius liberauerit, uere liberi erit-  
 tis. Sequitur:

1. Joh. 8.

Cumque lauerit homo uestimenta sua,  
 radet omnes pilos corporis, & laua-  
 bitur aqua.

Lauat homo uestimenta sua, cum iam pec-  
 catorum præteritorum remissione percepta,  
 ac bene agendi libertate recepta, quiescens  
 agere peruerse, & bene facere consuescens,  
 exteriorē suam cōuersationem sanctificat.  
 Per pilos uero corporis, in hoc loco opa car-  
 nis intelligenda sunt. Ex carnalibus quippe  
 concupiscentiis oriuntur, & leuitatis super-  
 fluitatisque arguuntur, sicut de quibusdam per  
 prophetam dicitur: Telas aranę texuerunt,  
 & quia non est inuentio operū ipsorum. Vñ  
 & ab Apostolo opera mortua nūcupatur,  
 quod scilicet eadem nullus in futuro remu-  
 neratiōis fructus subsequatur. Pili ergo cor-  
 poris raduntur, cum opera inutilia quantū  
 possibile est, amputantur. Sed & hō ipse post  
 uestimentorum suorum ablationem aqua la-  
 uatur, si operibus illicitis à quibus se exteri-  
 us obseruat, in conscientię secreto cōsensum  
 non præbeat. Post hanc autē mentis & corpo-  
 ris sanctificationem, quid de homine isto lex  
 præcipiat, audiamus.

Isai.

Pili,

Isa. 59.

Hebr. 6

Purificatus, inquit, ingredietur ca-  
 stra, ita duntaxat, ut maneat extra ta-  
 bernaculum suum septem diebus.

Homo iam purificatus, castra ingreditur:  
 cum in sanctorū societatem, à qua prius me-  
 rito suæ iniquitatis fuerat eiectus, recipitur.  
 Sed quid est quod in castra receptus, adhuc  
 à tabernaculi sui mansionē excluditur? Taber-  
 naculū ergo uniuscuiusque, sua cōscientia est.  
 De hoc tabernaculo per Psalmistā dictū est:  
 Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis us-  
 que ad domū dei. Hoc tabernaculū quā admi-  
 rabile sit, nullus agnoscit, qui nondū illuc in-  
 trauit. Ibi quippe etiā domus dei cōstruitur,  
 quia postquam ab amore uisibiliū homo seipsum  
 receperit, purgata iā cōscientia ipsius, diuini  
 tatis etiam tēplum efficit. Nunc autē uix ali-  
 quē reperies, qui ad cor suū redire & secum  
 ualeat habitare. Illicunt nos concupiscentiæ  
 nostrę, & per corporis sensus ad exteriorum  
 uoluptatē nos pertrahunt, ut semper aut tali-  
 bus inhærere, aut talium phāstomatibus mē-  
 te occupare delectet: ipsa autē quæ apud se sit,  
 nequē attendere. Inuenies ergo quæ plurimos, qui  
 cum sint fide integri, humilitate deuoti, pur-  
 gati iam nō solum à criminum perpetratiōe,  
 sed etiam ab huiusmodi liberatione: qui in  
 super pilos corporis sui raserunt, quia super

Psal. 41

1. Joh. 2

2. Cor. 5

Ioh. 7

1. Joh. 20

Act. 4

flua quæq; à uictu, à uestitu, ab ipsis q; adificiorum parietibus amputauerunt, circa ipsa tñ necessaria assidue occupantur: & in sensibus suis eneruiter recumbentes, quæ sunt in terna spiritus delectamenta, aut uix, aut nunq; in hoc corpore manentes experiuntur. Ad has uero delicias quæredas & possidendas, Psal. 36. Psalmista nos inuitat, dicens: Inhabita terrâ, & pascaris in diuitiis eius. Mens sigdem nostra & domus est, dum inhabitatur: & terra est, dum exculta frugibus ditatur. Inhabita ergo, inquit, terram tuam. Ac si diceret: Post politis exterioribus occupationibus, excolere mentem tuam: & id bonum cura, quod uetu frate fit melius. Terra enim mentis tuæ si agricolam sui follicum inueuerit, si à uitiorū sentibus fuerit emundata: possessorem suum no uaq; quadam dulcedine saginabit, & fructuum hubertate spiritualium locupletabit. Vnde quidam sapiens: Primum, inquit, augmentū compositæ mentis existimo, posse consistere & secum morari. Hic etiam amicum suum ad has diuitias exhortans, fundamentum bonæ mentis asserit, si non gaudeat uanis. Ac dein de: Existimas, inquit, me detrahere tibi multas uoluptates, qui fortuita sub moueo. Imo contra nolo tibi unquam deesse lætitiā, uo lo illam tibi domi nasci. Nascitur, si modo in tra te ipsum sit. Fac oro te charissime, qd unū te potest præstare felicem. Diffice & concu ca ista quæ extrinsecus splendent, & de tuo gaude. Quid est aut, de tuo? De te ipso & tui optima parte. Ad hoc ergo gaudium, atq; ad eā de qua agimus tabernaculi habitatiōe, q ordine puenire possumus, Salomon nos edo cet, dicens: Præpara foris opus tuum, & dili genter exerce agrū tuum, ut postea ædifices domum. Sicut enim in hac leproforū emun datione paulo ante ostendimus, primo exteri or conuersatio nostra, iuxta legis diuinæ di sciplinam cōponenda est: deinde ager mētis à uitiosis affectibus expurgandus, ut tandem serenata iam conscientia ac pacificata, dele ctabilem in interiori nostro cōmorationē in uenire possumus. Licet em̄ neminem lædas, quandiu in pectore feruerit iracundia: licet nō forniceris, quandiu carnis tuæ stimulis inci raris: licet neminem uerbo deprimas, nec ho noris locum tibi assumas, quandiu tñ elatiōe pulsaris, & inanis gloriæ flatibus agitaris, nō dū adepta interna tranquillitate, domū apud te nō inuenis in qua ualeas req̄escere. Septem igitur diebus iuxta legis decretū hō iste, qui emūdatur, manet extra tabernaculum suum: quia donec purgata mēte & sedatis perturba tiōibus ad sabbatū trāquillitatis pertingat, ta bernaculū nō p̄bet ei sua cōscientia in quo re quiescat. Postumus in hoc sabbato non solū spiritus tranquillitatem, sed & operum corpor alium uacationem accipere, sicut scriptū

Psal. 36.

\* argumē  
tina

Pro. 24.

est: Vacate & uidete quoniam ego sum deus. Itemq; Sapientiam scribe in tēpore ocij: & qui minoratur actu, percipiet eam. Quis quis enim curas exteriores à se curabit abci dere, hic recipere seipsum, & locum admira bilis ingressus tabernaculi, deum apud se po terit inuenire. Sequitur: Et die septimo radet capillos capitis, barbamq; & supercilia, ac totius cor poris pilos. Quod septem diebus p̄cepit legislator ma nere hōiem extra tabernaculū suū, iā supra in purificatione mulieris perierit oñdimus non sic accipiendū, qñ septimo die taberna culū ipsum intrare non possit. Nam & lepro sus q̄ septē diebus recludi iussus est, septimo considerabatur: & si lepra non creuisset, li ber dimittebatur: & in Numeris tacto cada uere, septē diebus homo immūdus eē phibe tur, q̄ tñ die septimo per aquā asperisionis mū datur. Cum igitur & in p̄senti loco homo q̄ à lepra sua sanctificatur, septē diebus à taber naculi sui māsione arcetur, intelligēdum est, illum usq; ad diem septimā sub hac lege tene riū septima tñ, completo quod lex hieri iu ber, ad tabernaculum suum reuocari. Quid ē autem quod lex fieri præcipit? Vr̄ radat hō mo capillos capitis, barbamq; & supercilia, ac totius corporis pilos. lūat hic repetere, quod superius etiam commemorauimus. Be atus Gregorius cum de uiris Sichein loque retur, q̄ rasi barba ueniebant de Samaria: Bar bam, inquit, radunt, qui sibi de pprijs uirib; fidutiā subtrahunt. Si igitur in capillis qui de capite fluunt, subtilissimæ ueritatū intelli gunt inquisitiones, q̄ de mente p̄cedunt, ra debat capillos Apostolus cum diceret: Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis q̄ si ex nobis, sed sufficientia n̄ra ex deo est. Si in barba uirtus exprimitur, hanc Psal mista radabat cū diceret: Diligam te dñe uir tus mea. & q̄a memorabor iustitiæ tuæ foli us. Magnæ ergo perfectionis argumentū est, si homo post multos scientiæ uirtutisq; pro fectus, totum deo applicet, non sibi: ne si for te se aliquid esse existimat cū nihil sit, seipsum decipiat. Scriptum est em̄: Vx qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobis metipsis prudentes. Et Salomon: Habe fidutiā in do mino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudē tiæ tuæ. In oibus uis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Homo itaq; iste rasis ca pillis, rasiq; barba, supercilia quoque radere iubetur. Quid autem in supercilijs, nisi super bia designat: Vñ à quodam dictum est: Non est necesse superbis assidere liminaribus, & graue supercilium & contumeliosam etiam humanitatem pati. Parabile est & appositum, quod natura desiderat. Qui igitur capillos,

Psal. 48.  
Ecc. 38.

Num. 9.

Iere. 41.

2. Cor. 3.

Psal. 17.  
Psal. 70.

Gal. 6.

Iai. 5.

Pro. 3.

Gene. 8.

qui barbam radit, consequenter & de super cilijs id ipsum facit: quia qui nec operis uir tutem, nec ingenij subtilitatem sibi attribuit, superbiēdi materiam à se amputauit. Restāt pili corporis, qui cum in prima purificationis die iam rasi essent, hic iteq; radi præcipiuntur: nimirum aliud in prima, aliud in septima die portendentis. Ibi enim operum carnaliū le uitatem, hic aut uitiōforū affectū impor tunitatem, & cogitationum inutilium super fluitatem designant. Iustum quidem est, ut qui conuersionis suæ initio exteriora sua cō ponens, hominibus irreprehensibilis appa ruit, iam ad sabbatū spūale perductus, intus se p̄babilem deo per sanctam meditationem studeat exhibere, & ab affectuum carnalium perturbatione mentem liberam conseruare. Scriptum est enim: Ego sapiētia habito in cō filijs, & eruditus inter homines cogitationibus. Itēq; Spūsanctus disciplina effugiet fictū, & auferet se à cogitatiōibus quæ sunt sine in tellectū. Notandum tñ quod pili radi præci piuntur, non euelli. Quantalibet nanq; homi nem uirtus sanctæ conuersationis euexerit, adhuc ei de uetustate uitæ nascit, quod & to lerandum, & quotidie pro uiribus amputan dum sit. De hac uero ratione pilorū, iterum Moyses præcipit, dicens: Leuitæ radāt oēs pilos carnis suæ. Ut enim ait beatus Grego rius, q̄ in obsequijs diuinis assumitur, debet ante dei oculos à cunctis carnis cogitatiōi bus mundus apparere. Sed de lepro isto re liqua prosequamur. Et lotis rursus uestibus & corpore, die octauo assumet duos agnos im maculatos, & ouem anniculam abs que macula, & tres decimas similæ in sacrificiū, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Quod uestium & corporis iubetur lauti onem iterare, qui à prima die corpus cum ue stibus abluerat, ampliorē sanctificationē tam actū q̄ cogitationū illi; insinuat. Qui enim ad sabbatū tranquillitatis puenit, cui iā taber naculi in quo contēplatione diuina p̄suatur, aditus patet, iste contēplatione uirtutis subli mitatem adeptus est. Sex etenim dies ad acti uam pertinent uitam, septima ad contempla tiuā. Vbi q̄ differentia habēda sit, quidā ex do ctoribus satis cōgrue expressit, dicēs: Habet actiua profectum, contēplatiua fastigium. Hæc facit hōiem sanctū, illa p̄fectū. Merito ergo die septima primæ conuersationis lauacrū geminatur, ut perfectior sanctitas designe tur. Inuenies aliquid simile etiam in Genesi. Sexcentesimo, inquit, primo anno, in primo mēse, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram. Et aperiens Noe tectum arcæ,

aspexit: uiditq; quod exiccata esset superfici es terræ. Ac deinde: Mense secūdo, septimā & uicesima die mensis, arefacta est terra. Ita dixit in secundo mēse arefactam terrā, quasi oblitus esset quod in primo eam iam dixerat exiccata. Quod ergo bis arefactam pronun ciat, eiusdem ariditatis augmentum in notuit. Multa reperiuntur in scripturis simi lia. Sed nos quod cōcipimus prosequētes, quæ subiecta sunt, discutiamus. Die, inquit, octa uo assumet duos agnos imaculatos. Quid octauus dies, nisi nouā uitā designat? Octo narius quippe numerus resurrectioni conse cratus est, p̄pter resurrectionē dñicam quæ octaua die cōpleta est. Est autē resurrectio pri ma, de q̄ dicit Apostolus: Sicut Christus resurrexit à mortuis p̄ gloriā patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Octaua ergo di es intelligitur, post q̄ hō & mente & corpore renouatur. Idem in purificatione parietis re pies. In hac autē octaua qd offerri iubeat, attē dedū est. Assumet, inquit, duos agnos imma culatos, & ouem anniculam absq; macula. Si in agno innocentia, quid in duobus agnis ni si eiusdem innocentia geminatio accipienda est, ut à læsiōe proximi non solas manus hō contineat, sed nec huiusmodi desiderium, ut uel ab alio lædatur proximus, admittat? Ouis uero annicula absq; macula, munditia carnis est, consuetudine longa ad perfectionem p̄ ducta, & quæ aliorum criminum admixtiōe non sit deprauata. Sunt enim nonnulli casti tate præditi, qui aut superbia, aut auaritia, aut aliquo simili corrumpuntur. Hi licet oēs offe rant, nō tñ ouis ipsa ut absq; macula sit, obser uant, dū ex alio latere secum gerunt unde dis pliceant. Iubetur quoq; cū agnis & oue tres similæ decimæ offerri in sacrificiū. Quid ue ro in tribus decimis similæ, nisi fides trinitatis accipitur? Simila nanq; quia subtilis est, cogitationibus nostris assimilatur: quæ cū spi rituales sint, corporalibus sensibus subtrahū tur. Huius aut similæ trina & æqua mensura in sacrificium offertur: quia quictiue de pa tre & filio & spiritu sancto paria senserit, fi dei suæ reſtitutione sanctificatur. Notandum enim quod de eadē præcipitur simila, ut cō sperſa sit oleo. Non humanis quippe traditi onibus, sed spūsancti dogmatibus, fidei forma da nobis integritas est. Additur quoque & olei sextarius in oblatione istius. Græce uero oleos, ut ait papa Gregorius, misericor dia uocat. & quasi oliuæ liquor, ante dei omi potentis oculos misericordia fructus lucet. Eiusdem quoque olei mensura traditur, cum sextarius nominatur. Quæ enim discretio uel moderatio in largitiōe habēda sit, docet p̄di ctus doctor in pastorali libro, monēs cui, qñ uel quantum detur, diligentius esse confide randū: ne res quælibet uel ei detur cui non ē

Roma. 6.

Agnus.

Ouis at  
nicula

Simila  
tres deci  
mæ.

Gregoria  
us.  
Æleog



necessaria, uel tunc datur cū non est necessaria: ne plus ille accipiat cui minus fuerat datum, aut minus ille cui plus fuerat erogandum. Respicenda est etiā quantitas facultatis, ne ultra q̄ expedit effuso peculio, erogator indiscretus dum paupertatis pōdere deficiat, aut se doleat disperditū suū, aut cogatur rapere aliena. Homo igit̄ iste qui à lepra sua purgatur, cum duplici innocentia uoluntatis & operis, si iam conseruat corporis castitatē, si fidei tenet rectitudinem, etiā misericordiae operibus iubetur insistere, quia scriptum est: Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatū. Quia uero (ut diximus) eadem misericordia discretiōe moderāda est, oleum quod offertur, sub sextarij mēsurā redigitur. Sed qm̄ remedia leprae sunt quae tractamus, diligentiā lectoris iniungimus, ut singula singulis opponat: & qualiter sibi inuicē obuiant, considerare non negligat. Nā contra leprā cōbustura, seu etiam rufae maculae quae in ueste apparuit, agni geminatur oblatio: cōtra leprā hūleris, annicula ouis offertur. Lepra quoq; capitis, simulq; sacrificium opponitur. sed & illi quae in caluitio oriri solet, per quā liberalitas corrūpiē, certa mensura in olei oblatione praefixa medet̄. Haec cui cuiq; superiora nō exciderūt, facile patebit, nobis ad reliqua properādum est. Sequitur: Cumq; sacerdos purificans hominē, statuerit eum & haec omnia corā domino ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleiq; sextarium.

Quod coram dño in ostio tabernaculi cū oblatione sua leprosus statuitur, intelligēdū quia diuinā respectum gratiē tabernaculiq; caelestis ingressum, in omnibus quae agimus, cogitare debemus. De agnis uero qd̄ unus pro delicto offerri praecipitur, primo ad memoriam reuocandū est, qualiter lōge superius p̄ctm̄ à delicto distinximus: peccatū scilicet operi, delictū conscientiae deputantes. Scđo de agnis aduertēdū est, quod licet in octaua die cū iam hō totus exterior interiorq; renouatus est, simul offeratur, nō tñ simul utraq; innocentia munere diuino confertur. Primum est em̄, ut nec sermone nec actu p̄ximis molestus existas. dehinc illa animi māfuetudo, q̄ nō sub contumeliosorū conuicijs, non sub uiolentia raptoris, nec etiā sub manu percussoris tranquillitatis suae tenorē deserens, impatiētia stimulis agitur, multo labore, lōga cōsuetudine, in magno etiā perfectiōis amore cōquiritur. Diuersis igitur tēporibus (ut diximus) haec dux acquiruntur uirtutes, & una aliā praecedit tēpore, sed tñ nō immerito coniungitur in oblatiōe. Prima em̄ perfici nō potest, nisi sequatur & scđa: quia non est corā deo

plena tranquillitas opis, quā decolorat in cōspectu ipsius perturbatio m̄tūs. In octaua ergo q̄ septimā sequitur, uterq; agn̄ offertur: quia tunc iure diuinis obtutibus innocentia exterior p̄sentatur, cū adiuncta cordis mansuetudine ad legitimū modū p̄ducitur. In ipsa tñ quasi primus agnus dñi adhuc sola est, pro delicto offertur: delictū em̄, ut praediximus, in cōsciētia perpetratur. Delinquit itaq; qui licet p̄ximū nō ledat, ruinā tñ eius aut optat, aut in ruina illius exultat. Sed cū perturbatiōe aliqua uel iniuria sibi à p̄ximo illata, in hunc affectū ad tēpus inciderit: post qd̄ se fuerit reuerfus, & agnouerit delictū suum, nihil habet quod ueniā petens dño p̄tēdat, nisi qd̄ malū pro malo nō reddidit, quīs p̄ impatiētiā à dilectionis regula exorbitauerit. Innoctētia ergo operis, dñi adhuc mente delinquimus, ad placandū deū interim p̄sumitur: qm̄ ipsa impetrat ut & quod deest, qm̄q; perficiatur: & quod nondū sine offensa est, nō sit etiā sine misericordia. Offeret ergo, inquit, agnum p̄ delicto oleiq; sextariū. De olei sextario q̄li ter delicto obuiat, iā supra dictū est, testante scriptura: qm̄ aqua extinguit ignem, & elemosyna resistit peccatis. Sequitur:

Et oblati ante dominum omnibus, immolabit agnum, ubi immolari solet hostia pro peccato & holocaustū, id est, in loco sancto. Sicut enim pro p̄cto, ita & pro delicto ad sacerdotē pertinet hostia. Sc̄ta sanctorū est.

Haec omnia iā superius in tractatu earūde hostiarū explanata sunt, cur scilicet in loco holocausti hostia pro p̄cto siue pro delicto soleat offerri, id est, in loco sancto: cur ue ad sacerdotē utraq; pertineat, & sancta sc̄torū dicta sit, q̄ scire desiderat, illic requirat. Sed q̄ sequantur, uideamus.

Assumensq; sacerdos de sanguine hostiae quae immolata ē pro delicto, ponet super extremum auriculae dextrae eius qui mundatur, & super pollices manus dextrae & pedis.

Habet haec hostia sanguinē, sicut apertius ostensum est, ubi eā q̄ pro p̄cto offertur, tracta uimus: quia unusquisq; q̄ plangit se in creatoris conspectu uolūtate noxia deliquisse, uel adhuc affectione peruersa cōtaminari, quasi sanguine cruentat, dū dolore & tristitia afficitur. Cruciatos q̄p̄ mētis & lachrymā q̄ ab oculis plangentis p̄fluunt, sanguis animae sunt. Quicūq; uero adhuc imperfectus ē, & cōtrarijs fatigatur affectionibus, timēdum est ne malorum persuasiōibus corrūpatur, & gressus illius a recto itinere defleat̄. Quē enim interioris sua impugnat concupiscentia,

citius subijcēt, si hoc ipsum lingua persuadeat aliena. Quod meruens psalmista, dñm precabatur, dicens: Dñe, libera animam meā a lahijs iniquis & a lingua dolosa. Itemq;: Gressus meos dirige secundum eloquiū tuum, ut non dñetur mei omnis iniustitia. Cōtra hoc aut̄ utrūq; periculū, cordis contritio pro munitione est. Qui enim lapsus interiores nō negligit, qui scit plangere quod uel in corde delinquit: hic non facile labijs iniquis assensum praebet, ut a tramite aetatis operis gressum declinet. Vñ quidam ex patribus: Luctus, ait, duplex est, quia & operatur & custodit. Manus uero & pes hoc loco in eandē significatiōe occurrunt. Manus siquidem ad actionē, pes ad gressum refertur. Quae est aut̄ uia nostra, nisi operatio nostra: Operando em̄, siue ad deum, siue ad infernum tendimus. Porro in manu & pede pollices sanguine tinguntur, eo qd̄ inter alios digitos principales sunt, & ad operandum siue incedēdum aptiores. Sed & hi dextri eliguntur, ut quid in nobis huius sanguinis tactū seruandum sit, apertius designetur. Vias enim quae a dextris sunt, nouit dñs: puerq; uero sunt, quae a sinistris sunt. Bonae igitur in nobis conseruanda, mala autē extirpanda sunt. Vnde in psalmo scriptum est: Dñs protectio tua super manū dexterā tuā. Tingatur ergo sanguine hostiae dextera auris, tingatur manus & pes dextere: quia mens quae ad audiēdā diuinā praecipit iam auditū applicuit, quae in uia iustitiae iam pedem posuit, si motus intimos quibus impugnatur, nō negligit: si quod uel solo affectu iniquitati appropinquet, non sine luctu attendit: eodem lamento aurē suam obturat, ne praua suadentem obaudiat: cōsolidat etiam gressus suos, ne a recto tramite deuians, ad iniquitatē cursuum suum reflectat. Sequitur:

Et de olei sextarii mittet in manū suam sinistra: tingetq; digitū dextrum in eo, & asperget septies cōtra dñm.

Quod oleum in manū sinistram mittitur, significat quod opera misericordiae non nisi in praesenti uita necessaria habebuntur. Quid (inquit papa Gregorius) per sinistram, nisi uita praesens: quid uero per dextram, nisi perpetua designatur? Vnde scriptum est: Laxa eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In sinistram itaq; manū sacerdotis oleum ponitur: quia haec mortalitas nostra sicut sola nouit miseriam, sic sola mutuat à nobis expectat misericordiam. Sed licet sinistra manus oleū habeat, dextere tñ, nō sinister, digitus in eo tingitur: quia misericordia q̄ in praesenti indigentibus exhibet, in sinistra quidē materia & tēpus accipit operandi, sed dextere est omne qd̄ laborat: quia nō praesentē, sed futurā retributionē expectat. Septies uero

ro oleū contra dñm aspergit, quia elemosyna peccatorū remissionē operatur. Septenarium q̄p̄p̄ numerū remissionis sacramenti tenere, in hac eadē leprosi emidatiōe paulo ante ostendimus. Quia uero misericordiae uirtus non tñ p̄ctā diluere, sed etiā uirtutes sufficit cōseruare, apte de oleo eodē subiungit: Quod autem reliquum est olei in leua manu, fundet super extrēmum auriculae dextrae eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dexteri, & super sanguinē q̄ effusus est pro delicto, & super caput eius.

Quod de sanguine hostiae iā p̄missum fuerat, sup̄ olei distributione recapitulat. Praecipitur nāq; ut sup̄ auriculā dextram, sup̄ pollices manus ac pedis dexteri, reliquiae illius fundant̄. Vbi intelligimus, qd̄ sicut cordis contritio, sic & pietas p̄ximis impēsa conseruat hominē: ne aut̄ linguae inique auriat, aut à recto itinere seductus, gressus detorqueat. Vñ scriptū est: Beatus q̄ intelligit sup̄ egenum & pauperē. Ac deinde: Dñs cōseruet eū. Filius q; Sirach: Elemosyna, inquit, uiri q̄si faculus cū ipso, & gratiā hoīs quasi pupillā cōseruabit. Qd̄ aut̄ etiā sup̄ sanguinē q̄ effusus est pro delicto, fundi praecipitur: sic accipiendū est, q̄ in aure, in pollicibus, ubi sanguis prius positus fuerat, ibi etiā oleū fundebatur. Qd̄ sequentiā manifestius declarabit. In hac autē sanguinis oleiq; cōmixtione, qd̄ nisi utriusq; cooperatio designat̄: Restat postremū, qd̄ etiā super caput hoīs oleū fundi praecipit. Vbi qd̄ aliud nisi extrema inuuit retributio, quae misericordiae debet opibus: & desuper ueniēs, totū hoīem gloria immortalitatis operiet. Filius Sirach postq; elemosynā cōmēdāns praemissit, q̄ gratiā hoīs q̄si pupillā cōseruabit, cōtinuo subiūxit: Postea uero surget, & retribuet illis retributionē unicuiq; in caput illorū. Dñs em̄ in fine surrectura, quae in hoc tpe quasi mortua & infructuosa uidebat̄. In psalmo q; qd̄ iā supra cōmemorauimus, cū testatus esset eū intelligit super egenū & pauperē, à dño cōseruandū: subiūxit, & beati faciet eū in terra. Tātus est igitur misericordiae fructus, ut ab hoīe crimina tollat, in hoīe donec custodiat, & in terra uiuentium beatum illum efficiat. Post haec de sacerdote subditur:

Rogabitq; pro eo coram domino, & faciet sacrificium pro peccato.

Quae sacerdos pro eo rogare praecipit, frequēs est in hoc uolumine, q̄tēs à commissis homines emundantur. In quo utiliter edocemur, nullum reum qui ueniam adipisci desiderat, sua satisfactiōe debere esse contentum: sed alios intercessores adhibere, aliorū interuentu diuinam sibi misericordiam recom-

Eccl. 3.

psal. 109. psal. 118.

Luctus duplex.

Pro. 4.

psal. 120.

Eccl. 3.

psal. 40.

Eccl. 17. et 29.

Eccl. 29.

psal. 40.

Gregori.

Canti. 2.

Iob. 42.

ciliare. Sic Iob pro amicis aduocat<sup>9</sup> accessit: & quod generale est, genus humanum nō nisi sanguine mediatoris propiciationem inuenit. De sacrificio uero quod pro peccato fieri iubetur, si iuxta literam aliquis requirat unde fieret, cum agnus primus iam pro delicto oblatas sit, secundus mox in holocaustum offerendus: nulla alia in his q̄ supra oblata sunt, uictima reperitur, præter ouem quæ duobus agnis adiuncta commemoratur. De ipsa ergo satis probabile est, hoc sacrificiū pro peccato solere fieri, maxime quia postquam oblata est, si non hic immolatur, nusquam de ea quando uel ubi immolata sit, inuenitur. Nos tamē in discussione mysterij, legislatoris uerbis cōtentos esse oportere existimamus, nec aliquid amplius inuestigandum. Nam ille utique si rerum significationibus cōferre quippiam iudicaret, postet dicere ouem illam anniculum in sacrificium pro peccato esse mandandam. Nūc autem rogabit, inquit, pro eo, & faciet sacrificium pro peccato. Ergo quod lex tacet, unde scilicet hoc sacrificium fieret, nemo discutiat: cur uero hoc loco fieri præcipiatur, diligens lector inquirat. Peccatū nanque ad opera diximus referendum. Superius autem à prima die expiationis leprosi istius, in ratione pilorum, in ablutione uestimento rum, peccatorū purgatio designata est. Subsequenter uero delictorum expiationē huc usq; tractauimus. Quid est ergo, qd post hæc omnia sacrificium pro peccato dicitur offerendum, nisi ut doceatur homo, postquam à peccatis mundatus, postquam à delictis sanctificatus est, etiam si iam cū Apostolo dicere possit, Nihil mihi conficius sum: præterita sua crimina ad memoriam reuocare, ut si in presenti non inuenit unde conscientia mordeatur, præterita recordās, & se in humilitate custodiat, & gratiarum hostiam illi, per quem inimici potestate euasit, offerat? Hinc enim scriptum est: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi. Apostolus quoq; qui ad tantum sanctitatis culmen perueuerat, ut confidenter diceret, nihil sibi conficius se esse: qualis tamē olim fuerit, nō sine gemitu recollit, dicens: Qui prius fui blasphemus & persecutor & cōtumeliosus: & quia nō sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Post peccatorum itaq; emundationē, post delictorū sanctificationē, adhuc pro peccato faciamus sacrificiū: ut quādiu hic lumus, semp̄ humilitatis materiā exquiramus: & aut presentiu cōsideratione, aut præteritorū cōmemoratione, mēti nra stimulos, qb<sup>9</sup> eius reprimat superbia, puideamus. Sequitur: Tūc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis su

I. Cor. 4.

Psal. 75.

I. Tim. 1.

I. Cor. 15.

is, & homo rite mundabitur.

In hoc holocausto secundus agnus immolabatur. Cuius libamenta, cum quibus illud in altari ponendum legislator decernit, portiones illæ sunt, quæ de singulis oblationibus in partem dñi sequestratæ, cum holocausto in altari cremabatur: ut de similitæ oblatione plenus pugillus sacerdotis, & adipēs de hostijs, p p̄ctō & p delicto. Hæc in opis hui<sup>9</sup> exordio plenius explanata, q̄ quæ fieri, inueniet. Holocaustum autem, totum incensum dicitur. Rite igitur homo mundari perhibetur, qui ad octauam perueniens, quasi in quadam resurrectionis nouitate constitutus, opere iustus, fide sanus, de motibus internis triumphans, superfluis quibusq; se spolians, bonus sibi, proximis benignus, totus mente & corpore sanctificatus est. Locum laboriosum & sudore plenū, domino ducente, transiuimus, nūciam diuitis emundatione tractata, de paupere q̄ restant, compendiosus exequamur.

De paupere qui non potest inuenire que præcipiuntur. Caput II.



Vod si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt: sumet agnum pro delicto ad oblationem, ut roget pro eo sacerdos.

Diuitias eē cordis multo magis quam pecunie, ostēdit qui ait: Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. Paupertatem quoq; illam ueram ac pessimā esse, quæ interiora depascitur, idē testatus est, subdens: Et nequissima paupertas in ore impij. Concinit hinc psalmista, qui cum beatū esse timentem dominum pronunciasset, de eodē intulit, dicens: Gloria & diuitiæ in domo ei<sup>9</sup>. Quo contra de diuitibus huius mundi: Diuites, inquit, eguerunt & esurierunt. Vnde itē in Ecclesiastico scriptum est: Substantia pauperis secundum cor eius. Tanquam diceret: Vnusquisq; qui in uirtutum acquisitione adhuc pauper est, non debet attendere quid habeat in arca, sed quid in conscientia. Substantia quippe hominis secundum cor eius æstimaanda est: & si cor illius uirtutibus abundat, diues habēdus est hō, licet parū illi uel etiam nihil in marsupio referuetur: si autē mēs eius à domesticis opibus inanis est, licet à fructu frumētū uini & olei sui multiplicet, pauper tñ sapiētū iudicio reputabitur. De huiusmodi itaq; pauperibus lex agens: Si, inquit, pauper fuerit, sumet agnū pro delicto. Diuite ergo illi uult intelligi, qui ad duos agnos, id est ad utriusq; innocentie, mentis & corporis oblationem, sufficiens est: pauperem uero, qui nisi unū offerre non præualer: quia licet à pro-

Ecc. 10.

Ibidem.

Psal. 111.

Psal. 37.

Psal. 4.

I. Ioh. 5.

Leuit. 18.

ximi laesione manus contineat, diuersis tamē perturbationibus & seipsum lædit, & aliorū læsiones affectat. Vbi & illud satis aperte declaratur, quod supra dictum est, duos agnos illos non eisdem ordinis esse uel merin. Ad primum siquidem nec paupertas insufficiens est: ad secundum uero, nisi diues, sufficiens nō est. Vnde & diues secundum in holocaustū obtulit: pauper autem quem holocaustum faceret, non inuenit. Iste itaq; quia mēte adhuc delingit, p delicto suo saltē unū offerit agnū ut roget pro eo sacerdos. Nam si nec unum habeat, ut scilicet nec actu nec affectu innocentiam custodiat, quis orabit pro eo? Quomodo propiciari poterit illi deus? Est peccatum ad mortem, ait Iohānes apostolus, pro eo nō dico ut roget quis. Hoc autem quale sit, lezechiel propheta nos instruit, dicens: Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris, & non erit uobis in ruinā iniquitas. Si enim iniquitas à qua per pœnitentiam conuertimur, non est in ruinam, nec ad mortem est. Vnde cōstat illam solam ad mortē esse, quæ pœnitentiæ satisfactioe nō tergitur. Hoc est ergo peccatum, pro quo ne mini rogare permittitur. Quisquis igitur ueniam impetrare, quisquis orationem sacerdotis sibi prodesse desiderat, cōuertatur ab iniquitate sua: & quiescens agere peruerse, innocentiam manuum suarū quasi primum agnū offerat: ut si in secundo adhuc inualidus est, & contrarijs affectionibus inquietatur, prima tamen oblatione quod in secunda peccat, faciat ueniale. Inuenies tamen superius in purificatione parientis, & in hostijs pro peccatis, nonnullos adeo pauperes, ut nec primum agnum manuum eorum inueniant, sola autē oblatione saluatos. Sed alia est extremæ horæ necessitas, alia uitæ adhuc prolixioris libertas. Cui enim uacat uitam corrigere, quādiu incorrectus permanerit, diuinam propiciationē non poterit obtinere. Dicit ergo: Quod si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt, sumet agnū pro delicto ad oblationem, ut roget pro eo sacerdos. De inde sequitur:

Decimamq; partem similitæ consperse oleo in sacrificiū, & olei sextariū.

De olei sextario idem pauperi quod & diuiti, iubetur: quia utriusq; misericordie fruct<sup>9</sup> pro facultati suarū mensura, necessarius esse cognoscitur. Sed qd est qd diuiti tres decimæ similitæ, pauperi uero una tantū decima in oblationē deputatur: Videtur ergo lex min<sup>9</sup> capiti infirmitati cōdescendere. Sunt enim plurimi in populo dei, qui trinitatis mysterium, quō pater & filius & spiritus sanctus, tres sint in personarum proprietate, unū in comunione substantiæ, capere nequeunt: qui tñ

si decimā similitæ oleo consperse offerat, ut iuxta spiritus sancti dogmata unū deum confiteantur & credāt: nec q̄ trinitatis unitatē apprehendere non possunt, contradicere illi aut contraria pronuntiare aliquatenus psumāt: hac sua oblatioe sanctificatur, dum & in his quæ capacitatis suæ sunt, recte de deitatis unitate sentiunt: & in his quæ intelligentiæ suæ modulum transcendant, de unitatis trinitate doctioribus non contradicunt. Sequitur: Duosq; turtures siue duos pullos columbæ, quorum sit unus pro peccato, & alter in holocaustum: offeretq; ea die octauo purificationis sue sacerdoti, ad ostium tabernaculi testimonij coram domino.

Quod oblatio duorum turturum, siue etiā pullorū colūbæ pauperibus conueniat, quorum manus ad agnum non sufficit, quia per se itæ innocentie culmen apprehendere non possunt: in purgatione parientis iā supra distulimus, lōge etiam superius in hostijs pro peccatis. Hæc quippe aues, quia gemitum pro cantu habēt, ubi in oblatione geminantur, duplicem planctum designant. Plangere siquidē debet homo, uel qd de præteritis reus est, uel qd in acquisitione uirtutū adhuc inualidus. His autem oblati, de sacerdote subiungitur: Qui suscipiēs agnum pro delicto & olei sextarium, libabit simul.

Nota, sicut iā supra ostendimus, agnū pro delicto cū olei sextario ubiq; cōiungit, uidelicet pro oblationis utriusq; uirtute consimili. Immolatoq; agno, de sanguine eius ponet super extremū auriculæ dextræ illius qui mūdatur, & super pollices man<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> ac pedis dextri. Olei uero partē mittet in manū suam sinistrā, in quo tingēs digitiū dextræ manus, asperget septies cōtra dñm: tangetq; extremū auriculæ dextræ illius qui mūdatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto. Reliquā autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, ut placet pro eo dominum.

Hæc oīa cum in oblatione diuitis iā explanata sint, non sunt hic iterū repetenda. Quō tñ lex ibidē super sanguinē hostiæ oleū fundi præcepisset, hic declarat, dicens: Tanget extremū auriculæ dextræ illius qui mūdatur, et pollices man<sup>9</sup> ac pedis dextri in loco sangui-

nis qui effusus est pro delicto. Sequitur: Et turturem siue pullum columbae offeret, unum pro delicto, & alterum in holocaustum, cum libamenti suis.

De turturibus siue pullis columbae, unus pro delicto, alter in holocaustum offertur: cum mens reatus sui conscientia stimulat, sacrificio spiritus contribulati, deum sibi propitiu facere nititur: & quod a perfectione longe adhuc absit, non sine merore perpendens, desiderio illius tora succenditur. Neque enim meritorum fastidium mox ut desideramus, adipisci ualeamus. Velle (ait Apostolus) adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Inscrutabilia quippe super nos sunt dei iudicia, de quo scriptum est: Qui facit ueris pondus, & aquas appendit mensura. Itemque Apostolus: Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Felix ergo cui ab Aegypto uitiorum liberato, & in solitudinum mansionibus (id est, in profectuum gradibus) constituto, ad perfectionis patriam non dico peruenisse, hoc enim in hac uita rarissimum est, sed saltem aspirasse concessum est. Omnibus uero oblati, complens legislator quae de paupere isto proposuerat:

Hoc est, inquit, sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationem sui.

Sequitur lepra domus, quae sola superius in generibus leprae tractanda super fuit.

De lepra domus. Caput III.



Locus est dominus ad Moysem & Aaron, dicens: Cum ingressi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo uobis in possessionem, si fuerit plaga leprae in aedibus, ibit cuius est domus, nuncians sacerdoti & dicet: Quasi plaga leprae uidetur mihi esse in domo mea.

Notissima est historia, terram Chanaan filijs Israel datam in possessionem. Eiecit quippe dominus a facie illorum gentes illas, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Nec tamen in eis tunc temporis impletum est, quod Abrahae promissum fuerat: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Neque enim benedicti gentes illae a femine Abrahae, sed exterminari meruerunt. Semen autem Abrahae Christus est, cui per psalmistam a patre dicitur: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Iste itaque discipulos suos in ter-

ram Chanaan, id est, in nationes gentium introduxit, & eliminata gentiliu sacrorum spurcitia, Christianae religionis sanctitate quaqua uersum diffudit. Vnde & ipsi apostoli in psalmo gloriantur, dicentes: Dominus excelsus terribilis, rex magnus super omnem terram, subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Christus igitur dominans a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum: gratiae gentibus attulit benedictionem, qui prius Iudaeis dederat legis austeritatem. Et nunc benedicuntur in ipso omnes tribus terrae, omnes gentes magnificanc eum. In hac ergo terra Chanaan, id est, in ecclesia quae per omnes nationes diffusa est, in aedibus etiam filijs Israel lepra obseruare iubent. Porro lepra aedium, ut in praecedenti libro iam praebat est, corruptio fidei intelligit: non in una qualibet singulari persona, sed in populi multitudine & hominum aliqua congregatione. Dicit itaque: Si fuerit plaga leprae in aedibus, ibit cuius est domus, nuncians sacerdoti & dicet: Quasi plaga leprae uidetur mihi esse in domo mea. In domo sanctae ecclesiae nonnulli quasi in propria, multi uero quasi in aliena uersantur. Quidam namque filij, quidam serui inter habitatores illius deputantur. Et scriptum est: Seruus non manet in domo in aeternum. Quicumque igitur in illa parietes, sarcunt, nec tamen quod ad ea pertineant, moribus ostendunt: multa ibidem corrigenda uident, & corrigere negligunt. Isti dicere non possunt, quod in psalmo filius unicus loquitur patri: Zelus domus tuae coedit me. Si igitur in domo ecclesiae, in his filij non censentur Christiano, & fidelium turbis annumerantur, lepra apparuerit, & aliquis fidei contrarius error emerit: ibit cuius est domus, quem si cura mordet huiusmodi, qui pro statu matris ecclesiae sollicitus, quicquid in ea corrumpi deprehendit, quasi proprium plangit: ibit ergo cuius est domus, & nunciabit sacerdoti. Meminisse namque debemus, leprae examinem (sicut iam supra tractatum est) sacerdotali iudicio referendum. Ibit ergo cuius est domus, nuncians sacerdoti, & dicet: Quasi plaga leprae uidetur mihi esse in domo mea.

At ille praecipiet ut efferant uniuersa de domo, priusquam ingrediatur eam, & uideat utrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quae in domo sunt. Mirum uidetur, cur antequam domus lepra ad liquidum deprehensa sit, ea quae in domo sunt, praecipiantur efferri. Nam si ingrediente sacerdote, domus ipsa leprosa non apparuerit, uasa illius contaminari non poterunt: si uero de lepra eius cohsiterit, quod praedest quod ante sacerdotis ingressum uasa caed efferuntur? Neque enim sacerdos ingrediens lepra intulit: sed quae reperit, suo testimonio declarauit. Quid igitur

Psalm. 46.

Psalm. 71.

Ibidem.

Aedium lepra.

Iob. 8.

\* faciunt

Psalm. 68.

ture causae est, ut uasa quae in domo leprosa fuerant, ante sacerdotis introitum non contaminentur: quae autem illo intrante reperta fuerint, contaminari dicuntur. Differemus ista, prout domino donante poterimus. Uasa namque homines intelligendos, docet nos Apostolus, dum quosdam uasa irae, alios uero nominat uasa misericordiae. Vnde & ipse uas electionis diuino dictus est testimonio. Sciendum quoque, omnes qui in iudicio discutuntur, ut manifestus eorum seu culpa, seu innocentia clarescat, omni denudandos esse patrocinijs. Neque enim in ecclesiastico iudicio hoc agitur, ut homo laedatur: sed aut eius absolutio quaeritur, si dignus est: aut correctio, si reus. Nemo igitur quemlibet amicicum, nec ipse homo seipsum contra salubris disciplinae remedium tueri debet: sed sit ut spontanea peccati confessio, aut innocentiae simplex ostentio. Saepe namque contingit, ut reorum culpa aliorum defensionibus absconderentur, ita ut nec argui nec corrigi potuissent, sicut de diabolo scriptum est: Corpus eius quasi scuta fustilia, compactum squamis se praemittibus. Vnde uni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. In corpore quippe diaboli, peccatores quique quasi squamae sunt, & obdurate, & coniunctae. Quos enim similis reatus sociat, concordia pertinacia etiam defensionis peruersa constipat, ut de facinoribus suis alterna se inuicem defensione tueantur. Quorum pestiferam concordiam adhuc apertius subdidit, dicens: Vnde alteri adhaerebunt, & tenentes se nequaquam separabuntur. Qui enim diuini corrigi poterant, iniquitatum suarum pertinacia uniuersa perdurant. Nam sicut esse noxi um solet, si unitas desit bonis: ita perniciosis est, si non desit malis. Peruersos quippe unitas corroborat, dum concordat: & tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. Sacerdos itaque domum intraturus, & de illa examen habiturus, antequam introeat, uasa iubet efferri: ne post ingressum suum si domus leprosa apparuerit, eadem necesse sit uasa contaminari. Domus autem, ut supra iam diximus, fidelium congregatio est. In hac quasi lepra uidetur, cum pars aliqua populi circa fidem errare deprehenditur. Ad quos cum sacerdos errorem illorum examinationis accedit, uasa de domo eiecit: quia quoscunque potest, ab eorum societate disiungit. Bonum est enim, ut domus nuda remaneat: ut scilicet homines qui impietatis suae suspicionem fecerunt, nullis patrocinij fultis, aut rei, aut innoxij certa discussione clarescant. Efferuntur autem uasa ne immunda fiant: quia qui cuiusque prauitatis alienae patronus extiterit, eiusdem particeps effectus, a societatione liber non erit. Septuaginta longe aliter capitulum hoc transulerunt: quod tamen qualiter ad eundem sensum

Rom. 9. adu. 9.

Iob. 41.

Ibidem.

\* cont. agi one

redeat, delectat attendere. Sic igitur se habet eorum editio: Praecipiet sacerdos detegere domum, & non florebit in omnem domum. Tunc autem iubet domum detegi, cum ab his qui cognouerunt, quantum mali in hominibus deprehensum sit, facit omnibus innotesci. Sic quippe fit, ut caeteris blasphemiam exhiberentibus, & ab eorum comunione resiliuntibus, in omnem domum non effloreat, uidelicet omnem multitudinem morbi eiusdem suspicio non afficiat. Quod nihil est aliud, nisi quod nostra habet translatio. Dum enim domus detegitur, uasa de illa efferuntur: quia dum impietas hominum a fide aberrantium aperitur, pietas fit delium ab eorum fauore & conuenientia separatur. Sequitur:

Intrabitque postea, ut consideret domum lepram. Et cum uiderit in parietibus illius pallorem quasi ualliculas siue ruborem deformem, & humiliorum superficie reliqua: egredietur ostium domus, & statim claudet eam septem diebus: reuersusque die septima, considerabit eam.

Eadem in examinatione leprosa domus, quae superius in hominum lepra repetita sunt. Nam & humana lepra eiusdem signis demonstrata est, albore scilicet, pro quo hic pallor positus est, & rubore, & specie leprae ipsius superficie reliqua humilior. Notandum uero quod in hominibus ubi signa ista deprehensa fuissent, de ueritate leprae omni dubitatione postposita, homo huiusmodi ad sacerdotis separabatur arbitrium. Vbi uero in pilis pristinis apparebat color, & plaga ipsa non uidebatur reliqua carne inferior, tunc homo recludebatur septem diebus, septimo uide licet aut morbi sui, aut sanitatis certitudinem praebiturus, secundum quod lepra uel creuit se uisa fuisset, aut in loco suo stetit. Nunc autem postquam ad domorum lepram uertum est, aliter se habet examinatio. Praecipitur enim, ut si in parietibus diuersus color apparuerit palloris aut ruboris, & locus leprae humilior superficie reliqua, quasi adhuc de corruptione ipsius dubitari possit: tunc domus claudatur, & illa septenaria expectatione discutatur. Videtur itaque ista domus reclusio non hoc intendere, ut morbi ipsius ueritas elucescat, quippe quae iam praecedentibus signis euidenter apparuit: sed utrum etiam ipsa quae iam uera innotuit lepra, curari possit, probatum ire. In parietibus etenim domus pallor uideatur, cum aliqui deprehenduntur in populo, spiritus sancti calorem & dilectionis fraternitatem uitaletm perdidisse colorem. De quibus Iudas apostolus in epistola sua loquitur, dicens:

\* humilior

*Iude. 1. f* Hi sunt qui segregant fementipfos, animales, spiritum non habentes. Iohannes quoque: Rogo, inquit, te domina, non tanquam mandatum nouum scribēs tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus inuicem. Omnis qui recedit & nō permanet in doctrina Christi, deum non habet. Manifestum est ergo, qui ab ecclesie unitate recedunt, quasi pallorem incurrere, dum uitam quæ deus est, amittunt, & spiritu sanctum à mētibus suis excludunt. Vnde & *Apo. 6.* in Apocalypsi post equū album, in quo corpus dominicum seu uniuersalis ecclesia figurata est: post rufum, in quo gentilis furor, & in fidelium neces exarsit, expressus ē: postquā etiam niger prodijt, cuius fessor in manu strateram acceperat, per quem intelligitur eadē gentilitas, adhuc quidem ignorantie suæ tenebris, & idololatriæ spurcitijs denigrata: sed ne in mortibus priorū solita debaccharetur licētia, freno diuinæ moderationis repressa: ipsi uidelicet principibus iam fidei iugo suppositis: pallidus demum hæreticorū forma, qui tunc temporis emerferunt, processit. In quo ut etiam ruborem agnosceremus, quæ lex in parietibus pallori continxit, mox ibidem subditur: quia qui sedebat super eū, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est ei potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ. Diabolus namque mortis nomine dignus, qui hæresiarichis, pallido scilicet equo suo, præsedit, quique innumeros populos infero destinatos, per eorum peruersa dogmata post se traxit, sequendi in Christi ecclesia per quatuor mundi partes potestatem accepit. Norunt qui historias legerunt, quanta sub imperatore Constantio, sub Valente, in Aphrica quoque sub Vandalica persecutione, catholica pietas ab Arrianis perpeffa legatur: adeo ut prima gentium crudelitas, mitis quodam modo atque humana, in illius cōparatione creditur. Per pallorē itaque qui in parietibus notatur, in cordibus hæreticorum charitas extincta: per ruborem uero, quem deformē lex nominat, malitia accensa signatur. Locus autem lepræ reliqua superficie humilior, erroris illorum impietatem insinuat: quæ scilicet ad fidei nō occurrit integritatē, sed infra uniuersalē se deprimēs professionē, cōm superficiem non adæquat. His igitur compertis, sacerdos domum egreditur, cum ab illa perueritate se dissentire testatur. Hanc etiam claudit, cum omnibus obtemperantibus sibi, ne hominibus illis communicet, interdicat. Dominus namque quæ clauditur, nec ingrediendi exclusus, nec egrediendi inclusus tribuit facultatem. Sacerdos itaque domus istius tanquam aditum obserat, dum & his qui ab impiorum societate alieni adhuc sunt, ne illuc accedat,

& his qui intra illam continentur, ne progrediantur ulterius, aut in suo errore amplius perseuerent, diuina autoritate denunciat. Claudunt autē domus septem diebus, quæ dato pœnitentiæ spatio hoc, sacerdos expectat, si forte cognito reatu suo, hominū illa multitudo ab impietatis suæ presumptione quiescat. Cum uero post indultum temporis spatium, si quid forte circa illos profecerit inquit, quasi die septima lepram eius djudicaturus, ad domum accedit. Quid igitur? Si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proijci eos extra ciuitatē in loco immundo.

Crescit lepra, & reatus erroris augetur, cū etiā post admonitionem sacerdotale in eodē perseueratur. Sacerdos tamen nondū debet quiescere, sed omnia tentare remedia, si forte quolibet modo peruentibus possit subuenire. Iubebit ergo erui lapides in quibus lepra apparuit, ut erroris doctores per quos plebs illa deprauata est, & à quibus impiū dogma processit: ab eorum quos deceperunt, societate faciat separari. Sicut em̄ sunt lapides electi, qui in cœlesti edificio collocantur, quos etiam in epistola sua Petrus apostolus alloquitur, dicens: Et uos ipsi tanquam lapides uiui superedificamini: sic sunt & lapides caliginis, ex quibus & per quos domus hæc ruinosam constituitur. Qui etiam lapides extra ciuitatem proijciuntur in loco immundo, cum ecclesie communionem priuati, abiecti & immundi omnibus habentur. Iubebit ergo erui lapides in quibus lepra est, & proijci extra ciuitatem: ]

Domum autem radi intrinsecus per circuitum, & aspergi puluerem rasuræ extra urbem in loco immundo, lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domū.

Litura domus, per quam parietis ipsius superficies uniformis efficitur, doctrinæ typus est, per quam corda multorum sub unius fidei aut erroris facie rediguntur. Vñ in Amos scriptum est: Ecce, inquit, dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cœmentarij. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Amos? Et dixi: Trullam cœmentarij. Et dixit dominus: Ecce ego pono trullā in medio populi mei Israel, non adijciam ultra superinducere eum. Iste quippe murus quis sit, docet nos in Canticis Christi sponsa, dicens: Ego murus, & hubera mea quasi turris, ex qua facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Sancta namque ecclesia quādiu idola pro deo coluit, pacem cum deo uero habere non po-

*Ephe. 2.* tuit. Postquam uero, ad eius cultum conuersa est, reperit pacem cum eo, per eum qui est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ergo iam cum creatore suo in pacem rediens, quæ prius inimicis suis exposita fuerat, murus effecta est: quia quoscumque ad se congregare potuit, forti munitione uallauit. Hic autem murus litus aspicitur, quia sancta ecclesia doctrinæ apostolicæ uniformitate uestitur. Super quem etiam dñs stare perhibetur, ut fidelium suorum æternus habitator, & in labore præsentis benignus cooperatore esse credatur. Inde est quod etiam trulla cœmentarij in manu illius apparet, ut gentium fides non homini exterius loquenti, sed deo ascribatur inuisibiliter operanti. Vñ Apostolus: Dei, inquit, agri cultura, dei ædificatio estis. Porro hanc trullā in medio populi sui dñs se positurum, i. depositurum minatur: ut more fatigati cœmentarij, ab eius iam ædificatione desistant, qui doctrinæ suæ gratiam cum gentibus contulit, iudejs subtraxit. Hæc ideo dicta sunt, ut in litura leprosus domus, non nisi prauū dogmatis supinductionem intelligamus. Sacerdos itaque euulsis lapidibus in quibus lepra est, eis scilicet qui impietatis autores se præbuerūt, a populo dei separatis, ipsam domū radi intrinsecus per circuitum præcipit: cum quicquid falsitatis seductorū cordibus adhæserat, in singulorum conscientijs delendū insinuat. Sed & puluerem rasuræ extra urbem in loco immundo iubet aspergi, cum terrenū illū sensum pro immundo habendum, & ab ecclesiastica pietate decernit extraneum. Lapidēs uero alij pro his qui ablati sunt, reponuntur: cū doctores ueritatis qui hæresiarichis succedat, ad plebis correctionem fidelium sollicitudine procurantur. Sed & domus ipsa alio linitur luto, cū deterfa falsitate, populus ille doctrina ueritatis imbuitur. Sequitur: Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra litata, ingressus sacerdos, uiderit reuersam lepram, & parietes asperfos maculis: lepra est perseuerans, & immunda domus: quam statim destruent, et lapides eius ac ligna atque uniuersum puluerem proijcient extra oppidum in loco immundo.

Vtiliter deprauatę plebi consulit, si ipsam medicinam uelit recipere, cum prauitatis subtrahuntur autores: cum quæ sit in dogmatibus eorum impietas, & quæ sit catholice fidei pietas insinuat. Si tamen uenerit illius corruptione semel infecta, in infidelitate sua permanere decreuerit, & post admonitionem sacerdotalem, post omnem curam sibi adhi-

bitam, ad id quod prius fuerat, reditum fecerit, lepra ista perseuerans est, & immunda domus. Destruent ergo eam omnes pieratis cultores, cum destruemdam illam & diuino iudicio subuertendam absque dubitatione credentes, hoc etiam suo testimonio confirmabunt. Tale est illud, quod de uitulo saginato pater ille familias seruis suis præcepit, dicens: Adducite uitulū saginatum, & occidite. Occidite, ait beatus Augustinus, id est, occidium prædicare. Et Iob: Si lotus fuero quasi aquis niuis, tamē sordibus intinges me, id est, intinctum ostendes. Destruent igitur domum illam, & lapides ac ligna atque uniuersum puluerem, proijcient extra oppidum in loco immundo. Lapidēs ac ligna, sicut iam superius tractatum est, homines sunt fragiles, siue fortes, ex quibus congregatio illa constat. Hi itaque si sanæ doctrinæ non acquieuerint, cum puluere uniuerso, cum terrena uidelicet & stulta opinione sua, extra oppidū proijciuntur in loco immundo, cum ecclesie communionem priuati, abiecti & immundi ab omnibus iudicantur. Quia uero non illi soli rei sunt, sed & omnes qui eisdem se contulerint, recte subiungitur: Qui intrauerit domum quando clausa est, immundus erit usque ad uesperam. Et qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit uestimenta sua.

Intrat domum leprosam tempore quo clausa est, qui hominibus mente corruptis uel ad horam consentit, quādiu accessum huiusmodi sacerdotalis autoritas interdicit. Dormit uero in ea & comedit, qui quasi de eorum pietate securus, doctrinis etiam illosum imbendum se tradit. Intrans ergo, lege qua in libro octauo de immundis tractatum est, immundus erit usque ad uesperam, donec scilicet uoluntas peruersa in eo occuberit: dormienti uero ibidem & comedenti, etiam lauacrum necessarium est, quia pœnitentiæ remedio sanctificandus est.

Quod si introiens sacerdos, uiderit lepram non creuisse in domo postquam denuo litata est, purificabit eam reddita sanitate.

Mirum si de domo tantum materiali loqui legiflator intendit, quod huiusmodi parietibus sanitatem reddendam astruit. Cum igitur sanitatem aut morbum nominat, quod nō de lapidibus, sed de hominibus loquatur, ostēdit. Domus enim ad quam post nouam lituram lepra reuersa non fuerit, reddita sanitate, purificatur: quia homines qui morbo infidelitatis prius ægrotabat, si salubrem admonitionem receperint, & ueræ fidei integritate



ve percepta, in illa permāserint, ab errore suo sanctificatur. Quid tamen pro emundatione sua offerre debeant, adhuc sub domus istius imagine subinfertur:

Et in purificatione, inquit, eius sumet duos passeris, & lignum cedrinum & uermiculum atque hylopū: & immolato uno passere in uase fictili super aquas uiuas, tollet lignum cedrinum, & hylopum, & coccum, & passerem uiuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis uiuentibus, & asperget domū septies, purificabitque eam tam in sanguine passeris in aquis uiuentibus, & in passere uiuo, lignoque cedrino, & hylopo, atque uermiculo. Cumque dimiserit passerem auolare in agrum libere, orabit pro domo, & iure mū dabitur.

Cum eadem in purificatione domus offerri præcipiuntur, quæ pro purificandis hominibus superius oblata leguntur: satis apparet, domum in hoc loco hominum formam tenere: & quicquid super illa dicitur, ad homines referendum. Est tamen quod hic quasi diuersum appareat, ubi passer uiuus cum hisque pariter in sanguine tinguntur immolati, etiā in aquis uiuentibus tingi præcipitur: quod superius non inuenitur. Sed si ad memoriam redeat, per aquas uiuentes sacram scripturam, per passerem immolatum, Christi passionem intelligendam: quisquis in sanguine passeris huius tingitur, aquis etiam uiuentibus inferitur: quia huius nostræ crucifixum Christum sanctarū tradit autoritas scripturarum. Vtraque ergo tinctio ab inuicem diuisa non est: quæ dum istis mens eruditur, ad illam credendam fides imbuitur. Reliqua, quia paulo ante exposita sunt, iteratam expositionem non exigunt. Ad omnium uero clausulam quæ de lepra per legislatorē dicta sunt, & a nobis duobus uoluminibus tractata:

Ista est, inquit, lex omnis lepræ & percussuræ, lepræ uestium & domorū, cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ, & in uarias species coloribus immutatis, ut possit sciri quid mundum uel immunum sit.

Quod dictum est, omnis lepræ & percussuræ, non sic accipiendum est, tanquam aliud sit lepra, aliud percussura. Et, quippe copulatiua particula, in hoc loco potestatem suam amittit. Neque enim post lepram aliud adiungit, sed lepræ potius species exponit. Notat hanc locutionem beatus Augustinus in Exodo, ubi legimus, & compositiones & oleum unctiois, & compositionem incensi. Non, inquit, compositiones aliquas extra debemus accipere. sed cum dictum esset, & compositiones, per conuersionem copulatiuam non aliud adiunxit, sed quod dixerat, exposuit, ut sciremus quas compositiones: & oleum, inquit, unctiois, & compositionem incensi. Simili modo & de lepra complens legislator: Ista est, inquit, lex omnis lepræ, cuius etiam genera distinguens, subdidit. Et percussuræ, lepræ uestium & domorum, & cætera. Percussuræ uero illam intelligimus, quam superius combustionem nominauit. Percussura est enim, que libet læsio ab exterioribus illata. Vnde scriptum est: Egressus sathan, percussit Iob hunc pessimo. Sed & primogenita Aegypti a domino percussa leguntur. Quæ utraq; percussio non baculo, non gladio facta est: sed morbi molestia, siue mortis sententia, diabolo tentante, dominoque iudicante immissa, uti que percussura nominata est. Iure igitur & ista percussura dicitur, cum igne admoto corpus hominis læditur. Erumpentes autem papulæ, ipsa huius lepræ est. Cætera, sicut supra posita, eisdem nominibus sunt repetita. His igitur super lepra tractatis, & ante littus ultimum iam littore apprehenso, dicimam hic ponimus metam: gratias illi referentes, qui dedit in mari uiam, & abscondita produxit in lucem.

# RADVLPHI FLAVI

VIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER VNDECIMVS.

De uiro qui patitur fluxum seminis.  
Caput I.



INVS eruditus & negligentius intuentibus, dum superficiem scripturæ huius contenti sunt, & obtusa acie mysteria eius inuestigare non

possunt, uidetur scriptura eadem quasi quandam palæaram superfluitatē, plumarum uel leuitatem legētium studijs ministrare, dum multa aut inutiliter præcipiuntur, aut superfluo repetuntur. Idcirco arbitramur hoc conducibile legentibus fore, si dum sequentia tractanda aggredimur, tractata iam superius ad memoriam breuiter reuocemus: ut totius operis huius serie tãquam in corporis unius compage redacta, dum partium singularum ratio atque utilitas, quasi membrorum diuersorum efficaciam demonstratur, nihil ibi superuacaneum, nil superabundans intelligatur. Stultum est enim, ut stylus spiritus sancti, qui ubique etiam necessaria tanta breuitate perstringit, in aliquibus partibus suis effluere, & quasi nœnias quasdam texere æstimetur. Hactenus itaque legislator sic operis sui uarietatem disposuit, ut nunc sacerdotes, nunc populum, quæ singulos obseruatio maneat, edoceret. In sacerdotum namque consecratione, uestibus, unctio, specialis eorum sanctitas adumbratur: in reliquis uero hostijs, ciborum differentijs, lepræ quoque legibus, instruumur quibus obsequijs fideles deo placere ualeant: quos imitari, quos fugere debeant: rei quoque, qua satisfactioe reconcilientur: uel si in malis suis peccauerint, ut à fidelium confortio sequestrentur. Nunc uero ad eum qui fluxum seminis patitur, trãseundum est: in quo primum iuxta litteram de corporali immunditia, quam execrabilis apud deum sit, uniuersi pariter admonemur. Legimus enim, dicente Apostolo: quæ neque adulteri, neque fornicatores, neque immundi, regnum dei possidebunt. Ex quibus cum adulterium legitimi thori uiolationem, fornicationem uero, cuiuscunque personæ illicitam commixtionem intelligamus: in fluxu semi-

nis, immunditiam accipimus: cum aliquis scilicet ens & uolens, suæ carnis libidine sine tactu alterius inquinatur. Ista est quam Apostolus damnabilem perhibet: ab hac quicunque se alienum non fecerit, ipse se à dei regno in perpetuum alienabit. Hæc igitur quam detestabilis sit, lex quoque non tacuit: sed quicunque huiusmodi fuerit, tam lectum eius quam sedile, quælibet etiam propius admota, solo tactu illius contaminari decernit. Sed quoniam hæc in prima scripturæ ipsius facie cuiuslibet legenti occurrunt, & laboriosa expositione non indigent, ad indagandum mysterium nos potius cõferre debemus. Videtur enim propter doctores præsens legislatio inducta, qui uerbi dispensandi mysterium susceperunt. His exequendi officij magna cautela indicitur, dum fluxus seminis inhibetur. Semen quippe est uerbum dei. Quod cum sincere & ea quæ dignum est diligentia auditoribus ministratur, hæc de terra spirituali fructus cælestis colligitur. Considerandum namque est, quando uel quibus annuncietur. Quando, ut scilicet uerbi dispensator, non nisi opportuno tempore præbeat conferuis suis tritici mensuram. Quibus, uidelicet ne diuina mysteria contemptoribus referentur. Vnde & dominus apostolos instruit: Nolite, inquit, sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcēt eas pedibus suis. Hanc cautelam sibi imposuerat psalmista, qui dicebat: Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Itemque: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Peccant enim, qui in tempore diuina oracula non abscondunt: qui non pro captu suo, quid uel quibus loquantur, discernunt. Sunt quippe nonnulli, qui in doctrina sua non spiritualis prolis fecunditatem, sed laudis propriae quærunt uoluptatem. Hi igitur non personas, non tempora quibus loquantur, distinguunt: sed passim omnibus, mox ut ostentandæ scientiæ locum inuenerint, mysticos scripturarum sensus effundunt. De quibus per quendam sapiētem dicitur: Duæ species difficiles & periculose mihi apparuerunt. Difficile exiuit negocians à negligentia, & non iustificabitur caupo a peccatis labij. In negociatoribus quippe intelliguntur illi, qui doctorum uerbis illuminati, terrenorum contemptu mercantur exlestias in quibus uix aliquis strenuus inuenitur. De cauponibus uero omnibus notum est, quia postquam ementibus promptuarie ape-

1. Cor. 6.  
Eph. 5.

Exo. 13.

Job. 1.

Exo. 12.

Job. 3.

Luc. 8.

Luc. 12.

Matt. 7.

Psal. 38.

Psal. 118.

Ecc. 16.

rueant, non meretrix, non latro excluditur: sed omnis qui defert numinum, refert uinū. Caupo itaque non incongrue doctor intelligitur, qui doctrinam suam uenalem proponit: qui omnibus à quibus fauoris numinum accipit, spiritus sancti promptuarium in differenter exponit. Iste uero à peccatis labij iustificari non potest: quia dum auditori non utilitatem, sed gratiam querit, laudatorum suorum etiam uita fauoribus extollit: redarguentium autem nec uirtutibus parcat, dicente propheta: Mortificabāt animas quæ non moriuntur, & uiuificabant animas quæ non uiuunt. Talium ergo doctorum impuritate lex sub imagine corporalis immunditiae nobis in suauis, ita subiungit:

Reze. 13.

LEVITI  
a caput  
XV.

Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Loquimini filiis Israel, & dicite eis: Vir qui paritur fluxum seminis, immundus erit.

Gregori-  
us.

Providendum est (ait papa Gregorius) sollicita intentione rectoribus, ut ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimie & inordinate proferantur: quia saepe doctorum uirtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur. & autorem suum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ seruire auditoribus ad usum profectus ignorat. Unde bene per Moysen dicit: [Vir qui fluxum seminis paritur, immundus erit.] In mente quippe audientium semen secutiuræ cogitationis, est auditæ qualitas locutionis: quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in corde generatur. Qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur: quia multiloquus subditus, ex eo se inquinat, quod si ordinate promeret, plem rectæ cogitationis edere in audientium corde potuisset. Sequitur:

Nota.

Et tunc iudicabitur huius uitio subiacere, cum per momenta singula adhaerit carni illius atque concreuit foedus humor.

Tit. 1.

Testatur Apostolus omnia esse mundis munda: immundis autem, inquit, & coinquinatis nihil est mundum. Vertuntur enim res in contrarium, pro qualitate uitentium. Unde & apud Iob sacra eloquia, cum à quolibet hypocrita non recta intentione, nec ea qua decet sanctitate tractatur, terra lutique noian tur. Cõportat, inquit, quasi terræ argentum, & quasi lutum preparat uestimenta. Hæreticorumque (ut ait beatus Gregorius) argentum, id est, eloquium, terræ est comparatum: quia de scriptura sacra ut aliquid sciant, ex appetitu ter-

Iob. 27.

Hæretico-  
rum de-  
pistio.

renæ laudis elaborat. Qui etiam sicut lutum præparant uestimentum: quia fluxe & inquinabiliter ea quibus se tueri uolunt, scripturæ sacræ contextunt testimonia. Concinit etiam his legislator, qui loquacitatis (sicut in scripturarum tractatu) nimietatem, scedum humorem appellat, dum homo impudenter suam scientiam iactat, dum importunitate sua aures audientium lassat. Si, inquit, per momenta singula adhaerit carni illius atque concreuerit foedus humor. Non spiritui, sed carni hominis humor iste per momenta singula adhaeret atque concreuit: quia non spiritus impetum, sed carnalē hominis affectionem, dum aut lucris inhiat, aut audientium laudes captat, redundans ille ac superabundans sermo assidue comitatur. Sed iam de immunditia hominis huius lex lauius tractans:

Omne stratum, inquit, in quo dormierit, immundum erit, & ubicunque sederit.

In sede, fessi requiescimus: in lecto uero, sopori membra dare consueuimus. Sedes scæpe, lectum autem non nisi raro mutamus. Habet ergo stultus ille sedes multas, habet & lectum, quæ tamen omnia sua contagione commaculat. Fauoribus enim pascitur: & quoties illos adeptus fuerit, quasi post laborem inuita requie delectatur. Sed fauent illi extranei, multo magis uero ipse sibi. Lectus igitur ei est fauor proprius, in quo domesticam semper paratā, interioris conscientie sibi strauit paulationem. Porro sedes diuersas exterius inuenit, quoties ad capiendam ex aliorum laudibus uoluptatem, seipsum deponit. Lectus itaque & sedilia eius accessu polluuntur: quia dum uel suo uel alieno fauore superbus efficitur, ubique inuenit unde inquinetur. Quia uero homo huiusmodi non sibi soli nocet, sed prauitatis suæ exemplo etiam alios corrumpit, recte subiungitur:

Leclum.

Sedes.

Et si quis hominum tetigerit lectulum eius, lauabit uestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Si sederit ubi ille sederat, & ipse lauabit uestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Et qui tetigerit carnem eius, lauabit uestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum.

Tangit lectum huius peruersi doctoris, quisquis exemplo illius prouocatus, dum eandem superbiendi occasionem querit, erudit

Tangere  
lectum.

Sedere  
ubi alius  
sederit.  
Tangere  
carnem.

Vestimen-  
ta.

oni operam impedit. Sedit ubi ille sederat, qui gloriam illius emulatus, ad appetitum laudis alienæ, cordis ceruicem incuruat. Sed & carnem eius tangere, est pro adeptione concupite laudis, uigilanti studio moribus se illius ac iactantiae conformare. In uestimentis uero, sermonum motuumque uisibilium facies exterior intelligitur. Abluuntur ergo uestimenta, cum studium ostendendæ scientiæ, quo se prius homo deformauerat, contentiose efferens sua, deprimens aliena, modestius agendo corrigitur. Sed & ipse lauatur aqua, cum pristinis renunciatis desideris, à conscientie contagione mundatur. Sed quoniam laudis appetitus cui sponte succubuit, adhuc animi licet renitentem, sua delectatione laceffit: non plena statim contingit mundatio, sed mens quæ à prauo consensu iam lora est, usque ad uesperum tamē immunda asseritur, donec scilicet delectationum æstus in illa sopiatur. Sequitur:

Si saliuam huiusmodi homo iccerit super eum qui mundus est, lauabit uestem suam: & lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum.

Salina.

Iob. 7.

Caput.

Per saliuam, cælestis sapientiæ aliquando sapor intelligitur. Unde ad dominum loquens Iob, ait: Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutinam saliuam meam? Saluam namque in os ex capite labitur, ab ore uero ad uentrem ducitur cum glutitur. Caput autem nostrum diuinitas est, per quam existendi principium sumimus, ut creatura simus. Ex capite ergo saliuam ad os quidē labitur: ut uero ad uentrem usque perueniat, non glutitur: quia diuinitatis contemplatio sensum tangit, sed plene mentem non reficit: quoniam perfecte animus conspiciere non ualet, quod adhuc quia caligo corruptionis præpediit, raptim uidet. Sed quia per huius saliuæ tactum, per diuinæ scilicet sapientiæ participationem, nemo inquinatur: uidetur hic per saliuam, carnis prudentia, quæ mors ab Apostolo nominatur, quæ legi dei non subijcitur, intelligenda. Unde in Numeris cum Maria ob fratris distractionem lepra perfunderetur, rogante pro ea Moysē, respondit dominus: Nonne si pater eius spisset in faciem illius, debuerat saltem septem dierum rubore suffundi? Separatur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Quid per Mariam fororem Moysi, nisi synagoga, eidē tam carnis quam spiritus affinitate coniuncta, accipitur? Quis in Moysē, nisi CHRISTVS intelligitur? Hæc quia nota sunt, testimonijs non cingimus, ne in digressionem moram faciamus. Maria itaque

Roma. 8.

Num. 12.

Maria.

Moyses.

contra Moysen murmurat propter uxorem Aethiopsam: quia synagoga aduersus Christum indignatur, propter uxorem quam ex gentibus sibi assumpsit, ecclesiam. Doflet legales ceremonias CHRISTO docente, anti quosque ritus aboleri: uidet quod Christi opera, quæ per se tunc operatus est, uel adhuc seruus suos operatur, uerbis illius fidem faciunt: quasi non audet dicere, Moysi non est locutus deus: sed, Nunquid soli Moysi locutus est deus? Et uolens se tueri autoritate maiorum: Nonne, ait, & nobis locutus est deus? Nos, inquit, legem à deo accepimus, cuius adhuc instituta seruamus: nobis prophetia, nobis credita sunt eloquia dei: nescientes quia si legi prophetisque crederent, & Christum utique recepissent. Per legem enim & prophetas, Christus annunciat. Sed Maria lepra percutitur, quia synagoga infidelitatis suæ morbo contaminatur. Pro qua tamen Moyses rogat: quia patrum meritis, eiusdem plebis reliquæ suscepta fide saluatur. Dicitur tamen à domino: Nonne si pater eius spisset in faciem illius, debuerat saltem septem dierum rubore suffundi? Primus patres omnium, primus homo est. Hic sua industria diuinitatem se adepturum sperauit, aurem serpen-  
tenti accommodans: & contra uetitum credens, ut esset sicut deus, sciens bonum & malum. Sed hæc eius prudentia ad insipientiam ei conuersa est, confusione namque illi peperit repentinam, dum continuo morti additus, & pelliceam suam iam indutus, uocem irridentis audiuit: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum & malum. Hic igitur in faciem nostram spuit: quia stultæ huius præsumptionis suæ, qua contra deum se extulit, per quam spes inanes concepit, mani festum in nos pudorem transfudit: dum modo corporis nostri corruptione grauamur, dum in mortem labimur, dum in putredinem uermesque resoluimur. Quicumque tamen ad creatoris sui gratiam re ducuntur, non nisi septē diebus hoc suffunduntur rubore: quia post tempus mortalitatis nostræ, quod septem diebus uoluit, Christi sanguis ornat genas nostras, & pudoris nostri rubor detergitur. Inde est quod Maria septem diebus separata à castris, postea reuocatur: quia omnes qui ab infidelitatis lepra mūdant, & Christi gratiam indepti fuerint, post peregrinationis nostræ septenarium, in angelorum societatem recipiunt. Ex his ergo colligimus, quomodo saliuam immundi doctoris super eum qui mundus est, iaciatur: quando scilicet aliquis simplex & iustus, callida illius persuasione seducitur: & sapientiæ carnalis allegationibus pro

Aethio-  
pissa.

Num. 12.

Ibidem.

Roma. 8.

Iohann. 8.

Roma. 11.

Num. 12.

Gen. 3.

Ibidem.

\* fecula-  
ria

videm peruerſitatis ſocietatem pertrahitur. Si igitur mundari uoluerit, qui hoc modo cōtaminatus eſt, lauabit ueſtem ſuam: & lotus aqua immundus erit uſq; ad ueſperum. Hęc ſam ſupra expoſita ſunt, & idcirco repetēda non ſunt. Sequitur:

**Sagma ſup qd federit, immūdiū erit: & qd ſub eo fuerit q fluxū ſeminis patitur, pollutiū erit uſq; ad ueſperū.**

Sagma

Sagma dicunt fulcrum eſſe, uel aliquid ſimile, quod homini ſternitur ad ſedendum. Dixerat autem & ſuperius: Vbicunq; ſederit, immundum erit. Sed ibi de laudibus, ad quarum uoluptatē ſe homo deponit: hic uero de quibus libet hominibus, qui per ſtultū fauorē ſe illi ſubſternunt, agere uidetur: hoc enim & ipſe legiſlator inſinuauit, cum protinus ſubſelliorum immunditiam ad homines tranſtulit, dicens:

**Qui portauerit horum aliquid, lauabit ueſtem ſuam: & ipſe lotus aqua, immundus erit uſque ad ueſperum.**

Sagma portare.

Sagma quippe, ſiue aliquid aliud in quo immundus ſedeat, portare: eſt, fauores in quibus ille requieſcat, ſibi aſſumere: & cum ſtultitia illius redarguenda ſit, talem ſe, in cuius conuientia molliter ſedeat, exhibere. Quod igitur ſuperius omne in quo homo ſederit, immundum aſſeritur, ad eum referēdum eſt. Ipſe enim laudibus ſuis inquinatur. Nunc uero, quod ſagmatum & quorunq; ſimilium quæ illi ſedenſi ſuſtrata fuerint, immunditia declaratur, propter eos utique dicitur, qui laudibus eius ſe contaminant: peccant enim, cum quod reprehendendum fuerat, laudant. Dicitur ergo: Qui portauerit horum quippiā, lauabit ueſtem ſuā: corrigens uidelicet qd faciebat, & ab iniuſtis laudib; ceſſans: & ipſe lotus aqua, poſtquam ſcilicet reatum ſuum ſubſequentē ſatiſſactione diluere cōperit, immundus erit uſque ad ueſperum, donec ei diſplaceat quod ante placebat: & q prius quali lucebat coram eo, iudicio illius tenebroſus appareat. Quia igitur alij ſunt, qui ſe illi ſubſternunt more ſedilium, adulantes ei: alij tangunt illum uel lectum eius, dum ſponte ſua prauitatem illius imitantur: alios ipſe ſputo ſuo commaculat, quos prudentiæ carnalis perſuaſione ſupplantat: eſtat ut & illorum etiam quos immundus tangit, immunditiam exprimat. Sequitur itaque:

**Omnis quem tetigerit qui talis eſt, non lotis ante manibus, lauabit ueſtimenta ſua: & lotus aqua, immundus erit uſque ad ueſperum.**

Quis eſt quem tangit iſte doctōr immundus, niſi quem præmijs corruptum ſibi coniungit? Quasi enim alicui manum ut tangas porrigit, cui ſucratam humanitatem impendit. Solemus hoc dicere de prauis iudicibus, qui innocentiū cauſas peruertunt: Tactus eſt. Præmijs quippe corruptus, a iuſtitia declinauit. Dicitur ergo: Omnis quem tetigerit qui talis eſt, non lotis ante manibus. Datur homini pœnitentiæ locus, ſicut & ſequētia demonſtrabunt. Poſſe enim abluere manus, ſi uoluerit: id eſt, operū ſuorum per pœnitentiā ſordes deponere. Quod antequam faciat, quēcunq; tetigerit, tactu ſuo immundum reddit. Quem ergo tetigerit, lauabit ueſtimenta ſua: & lotus aqua, immundus erit uſque ad ueſperū. Hęc ſuperius iam ſæpe dicta ſunt. Quia uero nonnunquam qui præmia ſequuntur, contra ſuam conſcientiam alienam iniquitatem ſectantur: auſteriori pœnitentiā mundandi, & acriori medicamento curandi ſunt. Vnde & ſubditur:

**Vas fictile qd tetigerit, cōfringetur.**

**Vas autē ligneum, lauabitur aqua.**

Vas fictile, corpus humanum: uas ligneū, anima intelligendam longe ſupra oſtendimus. Et quidem per uas fictile, corpus humanum, quia ex terra eſt, congrue ſignificatur. Anima uero nonnunquam per uas æreum, quia immortalis eſt: nonnunquam per uas ligneū propter mobilitatem, in hoc uolumine deſignatur. Lōge enim lignum à metallis uel lapidibus diſtat in pōdere. Vas igitur fictile in reo confringitur, cum per pœnitentiā corpus arteritur. Vas autē ligneū abluitur aqua, cum abſq; ſui detrimento, anima pœnitentiæ dolore purgatur. Sequitur:

**Si ſanatus fuerit qui huiusmodi ſuſtinet paſſionem, numerabit ſeptem dies poſt emundationem ſui: & lotis ueſtibus ac toto corpore in aquis uiuentibus, erit mundus. Die autem octauo ſumeret duos turtures, aut duos pullos columbæ: & ueniet in cōſpectu domini ad oſtium tabernaculi teſtimoniū, dabitq; eos ſacerdoti. Qui faciet unum pro peccato, & alterum in holocauſtum: rogabitq; pro eo coram domino, ut emundet a fluxu ſeminis ſui.**

Hęc omnia tam in emundatione lepræ, q in alijs locis, plenius iā ſupra expoſita ſunt. Vt r̄ breuiter repetat̄, ſanaſ a morbo ſp̄iali

Vas fictile. lignum uas.

Fictile uas confringi. Vas ligneum abluū aqua.

Sanari a morbo.

quicquid ille ſit, q priſtinæ ſeruitutis iugū excutiēs, cōſenſum ſuū uitij ſubtrahit. Sed qm etiam inuitus inſeſtaſ patitur delectationes, quibus ſponte ſua prius ſuecubuit: uſque ad diem ſeptimam, donec ſcilicet tentationum feruor quieſcat, plenam nō cōſequitur mundationem. Tunc demum lotis ueſtibus ac toto corpore, ſanctificatiſ uidelicet operib; ac purgata conſcientia, in aquis uiuentibus, id eſt, in ſcripturarum fluentis, erit mundus. In ſcripturis quippe aquæ uiuæ reperiuntur: ad quas quicunq; acceſſerit, & præceptorum diuinorum rectitudini ſe conformauerit, tam corporis q animæ purificationem aſſequi poterit. Die autē octauo, die utiq; reſurrectionis, iam ſcilicet in nouitate uitæ ambulās, ſu met duos turtures aut duos pullos colūbæ, ut duplicem gemitum habere ſciat, ſiue pro malis quæ geſſit, ſiue quia in bonis diu ſterilis fuit. decet enim quamuis ſanctius iam uiuentem, priorem meminiffe, & præteritas offenſas deſlere, iuxta illud ſapientis: De peccato p̄cō noli eſſe ſecurus. Sumptis ergo duobus turturibus uel pullis columbinis, ueniet in cōſpectu domini, ut coram deo gemat, ad impetrandam miſericordiam ipſius: non coram hominibus, ut uanam ſanctitatis laudem acquirat. Ad oſtium tabernaculi teſtimoniū, ut patriæ cæleſtis præcedat ingreſſum: dabitq; eos ſacerdoti. Per prælatos etenim noſtros recōciliamur deo, ſicut Petro dictum eſt: Quodcunq; ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in cælo: ſiue per ſummū omnium p̄tificem Chriſtum, ſicut idem Petrus teſtaſ, dicens: Offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum. [Qui faciet unum pro peccato, & alterum in holocauſtum: rogabitq; pro eo coram domino, ut emundet a fluxu ſeminis ſui.] Cum nos deliquiſſe deſtemus, pro peccato unum turturē offerimus. Ex altero uero holocauſtum facimus, cum pro priſtina ſterilitate gementes, correctioris uitæ deſiderio noſmetipſos ſuccendimus. Hucusq; de homine qui fluxum ſeminis patitur, tractatum ſit: iam ſequentia uideamus.

Exil. 5.

Mat. 16.

1. Petri. 2

De legitimo concubitu. Cap. 11.



**V**ir de egrediatur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum, & immundus erit uſque ad ueſperum. Veſtem & pellē quam habuerit, lauabit aqua: & immunda erit uſque ad ueſperum.

Clamat pſalmiſta: Ecce in iniquitatibus cōceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Vnde intelligimus, concubitu uiri & mulieris in quo concipitur homo, licet legitimum inter eos thorus ſit, ſine p̄cō nō eſſe propter illā carnalis uoluptatis immunditiam, quæ neceſſario ibi contingit. Dicit ergo forſitan aliquis, huius delicti purgationē, hac legiſlatione moſtrari, ut expietur unius diei ſatiſſactione, quicquid ibidem offenſæ contractum eſt. Erit ergo contentus literæ ſimplicitate qui uoluerit. Noſtamen mouēt ob huius delicti emundationem, cur corpus, imo totum corpus abluū iubetur: cur ueſtis, cur maxime pellis, quæ aquam ſine ſui detrimento uix patitur, aqua lauatur. Neque em corporalibus lauacris, niſi ſub ſacramento ſantæ, à ſordibus ſuis anima mūdatur. Quapropter uidetur, præter illam intelligentiā quæ non inuſitilem literæ ſimplicitas nobis offert, altius aliquātulum fodiedū eſſe, & ad myſterium pertingendū. Pauloante nanque oſtendimus, quōſdam uerbi prædicatores fluxum ſeminis pati, quos lex deſignauit immūdos. Hinc igitur ad illos tranſitum facit, qui ex deo & coram deo loquētes, caſte uerbum annūciant, qui non ſuam libidinem, ſed matris eccleſiæ quæruunt ſecunditatem. Dicit itaque: [Vir de quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum.] Nota, & hunc de quo nunc agitur, & eū in quo fluxus ſeminis ſupra reprehēditur, uiros nominari. Ad doctōres quippe pertinent, quæ dicuntur: qui aut uirtutis prætendunt imaginē, aut uirtutis exhibent ueritatē. In coniuſtione uero carnali, uir & mulier una caro efficiunt. Porro in collatiōe ſp̄iali, doctōr & auditor in uno ſp̄i copulātur. Dū em ille ad loquēdū p̄cedit, iſte ad credēdū accedit: una ſides, eadēq; uoluntas in utriq; formaſ. Semē ego uerbi à doctōribus, imo p̄ doctōres ab ipſo deo in audientū mentes egreditur. Vñ per Petriū fidelibus di: Renati eſtis nō ex ſe-

Pſal. 50.

Mat. 19.

1. Petri. 1.

Iohan. 3.

1. Cor. 9.

Iſai. 40.

Iſai. 52.

Eccle. 19.

**Esai. 52.** ro decet laudatio. Vir igitur de quo semen uerbi diuini ad cœcundandas audientium mentes egreditur, lauabitur aqua omne corpus suum: ut scilicet iuxta possibilitatem fragilitatis humanæ, in omnibus suis actibus irreprehensibilem se studeat exhibere, cuius officij est, aliorum uitia reprehendendo corrigere.

**Roma. 2.** Turpe est enim ut qui prædicat non furandū, furetur: qui dicit non mœchandū, mœchetur: sacrilegiū faciat, qui idola abominatur.

**Pro. 20.** Quia tamen nemo est, qui possit gloriari castum se habere cor, & in multis offendimus omnes: immundus erit uir iste usque ad uesperum, id est, usque ad uitæ huius exitū. Nō igitur diuinum semen, cuius minister est, immundum eum reddit, sed immunditiam suā illi ostēdit. Dum enim pro ædificatione proximorum lectioni meditationiq; insistit, discernit diligenter cum ad docendum uenerit, quid horretur, quid arceat: quid laudatū, quid arguat perpetratum, studijsq; tam salubribus mens illustrata, perspicacius seipsam intuetur: multaq; apud se reprehensibilia deprehendit, quæ nunquam attenderet, nisi docendi necessitate ad hæc discutienda uigilare cœpisset. Conatur, quantum potest, irreprehensibilis apparere: sed sentit quæ quādiu corpore corruptibili grauat, quāuis sibi uelle adiaceat, nondum sibi conceditur ut perficiat. Immundus ergo manet homo usque ad uesperum, quia immūdam se esse intelligit. Alioqui dicuntur multi sani, fortes uel uidentes, nōn quia ita sunt, sed quoniam ita se esse existimant. Nō est, ait dominus, opus sanis medicus, sed male habentibus. Itē Iudæis loquens: Si cœci, inquit essetis, non haberetis peccatum, id est, si cœcos uos agnosceretis & fateremini, possetis saluari à peccatis uestris. Quod quia licintellexerit, protinus euidenter exposuit, dicens: Nunc autē dicitis quia uidemus, peccatum uestrum super uos manet. Non dixit, nunc autem uidetis: sed, dicitis quia uidemus: aperte insinuans cur cœcos eos prius negauerit, quod ipsi uidelicet suam non agnoscerent cæcitate. Huius locutionis exempla qui plura desiderat, relegat præcedentia: & in purificatione parientis, nō nulla similia tractata, ac de alijs locis comme morata, reperiet. Homo itaq; iste qui lotus, usq; ad uesperum immundus manere perhibetur: non solum corpus suum, sed etiam uestem & pellem qua indutus est, lauare præcipitur. Quid uero per uestem, nisi uirtutū ornatus: quid per pellem, nisi uitiorū mortificatio intelligitur? Vtraq; aithæc purganda sunt, ut nulla praua admixtione cōtaminentur. Itā supra quippe ostēsum est, & in ueste & in pelle, nisi adhibeatur diligentia, lepræ contagiū

posse oriri. Dum enim aut boni aliquid agimus, aut uitia nostra debellamus, hinc laudis appetitus latenter se inserit, inde alienarū uirtutum nos uexat inuidia: ex afflictione etiā carnis fomitem accipiēs; acrior insurgit iracundia. Doctor igitur, qui alios ædificare studet non tātum uerbō, sed maxime exemplo, si habet uestem, si pelle, lauet utranque: ut sicut erubuit nudus incidere, sic etiam caueat nuditatē suam sordidīs uestibus operire. Et uestis tamen & pellis, immunda manēt usque ad uesperum: quia quādiu uitæ huius uiam incedimus, indumēta etiam Iota, quam rualacunque pulueris susceptione scēdamus, Sequitur:

**Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua: & immunda erit usque ad uesperum.**

Pari sensu & hoc accipiendum est. Sicut enim qui uerbum prædicat, sic & qui prædicanti fidem accommodat, debet pro uiribus uitiorum sordes abijcere: & quoniam conatum illius nodum plenus sequitur effectus, corruptionem qua sub hoc corpore grauat, quotidie cum humilitate pensare. Sed quoniam de fluxu seminis doctores notauerat lex, consequenter etiam quid in auditoribus detestetur, insinuat.

De muliere menstruatā.  
Caput III.



**M**ulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur

De fluxu menstruo frequens in scripturis sermo habetur. Manifeste autem sicut in lepra, ita & in hoc corporis morbo lex figuratiua est. Vt quid enim fluxus sanguinis tā multipliciter exaggetat immunditiam, cum utique hoc naturæ infirmitas afferat, nō deprauatio uoluntatis? Sed mystice dicuntur ista: & in fluxu sensibili qui naturalis est, quidam spiritalis fluxus intelligitur, qui uitiosus est. Sicut ergo in sanguine uita corporis habetur, sic affectionibus suis anima uegetatur. Has enim si ad deum conuerterit, ut illū quærat, illum sitiat: quicquid etiam corporaliter operatur, p tām adeptiōe faciat, dicitur deo uiuere. Quod si p uaria desideria defluat, & affectus suos ad corporis uoluptates effundat, deo mortua ē, & uiuit mūdo, fluxūq; sanguinis patit, cuius uitalis motus, p dita naturalis sede, creatore uidelicet, q sol<sup>o</sup> amādus

est, derelicto, per uarias concupiscētiās spargitur. Hic fluxus enerves nos facit: & ne dia bolo præcipitanti resistere possimus, inuidiosos reddit. Quæcūq; enim inimicus in hoc fluxu reperit uiribus destitūtū, ad quæcūq; uoluerit illicita sine mora cōpellit. Hinc est quod per Ieremiā propheta de hmōiāia sub Iudæa specie dicitur: Omnes q quæerunt eā, non deficient: in mensis uis eius inuenient eā. Est & alius sanguinis fluxus, q in idololatria notatur: cū fides quæ uita aīæ est, si non integra deo conferuetur, p innumera deorū portenta dilabit. Ab hoc fluxu sub aduētū Christi gentilitatem sanandam, Isaias prænuiciabat, dicēs: Et contraminabis laminas sculptilium argenti tui, & uestimentum conflabis auri tui, & disperges ea sicut immūditā mentis struat. Egre dere, dices ei. Si igitur quis sit sanguinis fluxus, iā satis apparuit, qd de huiusmodi psona lex præcipiat, audiamus: [Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septē diebus separabitur.] Sicut superius per uirū doctor quilibet, à quo semē uerbi procedit, intelligitur: sic per mulierē hoc loco mens humana, quæ suscepto eodem semine grauidā est, designatur. Sed quia fluxus iste sanguinis affectu iterilitatem, ut fructus spirituales afferre nō possit: quādiu huiusmodi subiaceat passioni, separatur mulier septē diebus, donec scilicet sanguis fluere cesserit, secundū quod sabbati sacramentū pluribus in locis iā exposuimus. Vt enim de idololatria taceam, quæ manifeste hoīem à fidelium separat societate: quicūq; per immundā desideria defluit, nisi se pri<sup>o</sup> correxerit, in sanctorū qui deū diligunt, numero sortē nō accipit. Testat hoc Iohānes in epistola sua: Si quis, inquit, diligit mundū, non est charitas patris in ipso. Sed quid est, quod redeunte mense mulier fluxum istum pati perhibetur? Nempe quia sunt nonnulli, qui non assiduā huiusmodi sustinent passionē: sed p rerū accidentium uarietate, spiritūq; immundorū instigatione, tanq; lunæ subditi mutationibus, nunc immūdis desiderijs æstuant, nunc quasi quiescentes, meliora deliberant. Cum enim non adesse quod cupiant, nec auaro pecunia, nec fornicatori muliebris præsentatur illecebra, ad tēpus passio sopitur interior. Quod si subito occurat unde concupiscētia dormiens excitetur, si daemon q prius forte dissimulauerat, mentē stimulare incipiat: nulla est uirtus resistendi, sed continuo supductæ sanctitatis species abijciē, repetit sanguis cursum suum: & æstuantibus desiderijs, explendæ uoluptatis tempus acquiritur. Inde est quod quidam sapiens ait: Stultus ut luna mutatur. Sub hac uicissitudine mens constituta, q fluxu menstruo laborat: nec quādiu desiderijs immundis subternitur, debet

sanctorum præsumere societatem: nec uirtus cum se recolligit, & sui pœnitentiam gerit, debet in desperationis præcipitari uoraginem. Donec nāque uirtus & uirtum in nra mente sibi alternant, & uario euentu diuersis temporibus hominem sibi uendicant, incertum est cui tādē debeat uictoria: nec quousque sine declaretur, ullam in partem potest proferrī sententia. Dicitur ergo: [Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur.] De qua & subiungitur:

**Omnis qui tetigerit eam, immūdus erit usque ad uesperum.**

Tangit eam, qui immunditæ illius uel ad tempus se iungit. Tactus siquidem in trāsitu fit. Nam si familiaris quisquam accedat, & prauitatis illius consuetudinem faciat: nō tetigisse mulierem, sed cū illa coisse æstimandus ē. De quo postea sermo habebitur. Qui ergo tangit, uespera mundatur: quia tunc de mum ad munditiam redit, cum illicitus appetitus in eo refrigescit. Sequitur:

**Et\* in quo dormierit uel sederit diebus separationis suæ, pollutur:**

Lectus immundæ animæ, sicut paulo ante de eo qui fluxum seminis patitur, dictum est, sua conscientia est, in qua male secuta, negligentiaq; somno resoluta quiescit, porro sedes habet multas, uarias scilicet uanitates, ad quarum iucunditatem flexis cordis genibus, spiritusq; rectitudine incuruata, seipsam deponit. Sed lectum ipsa pollutit quia prauis cogitationibus & desiderijs illicitis, cubilis interioris sanctitatem amittit. Sedem quoque cōtaminat: quia dum rebus sensibilibus intemperanter utitur, eius luxuria agitur, ut res exterius adhibita, simplicē ei usum non ualeant exhibere. Omnia enim munda mūdis, immundis autem & coinquinatis nihil est mundum. Sed quia nonnunq; hæc eius immunditia etiam ad alios transit, recte subiungitur:

**Qui tetigerit lectulum eius, lauabit uestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit usq; ad uesperum. Omne uas super quod illa sederit, q quis attigerit, lauabit uestimēta sua: & lotus aqua, pollutus erit usq; ad uesperum.**

Lectulum mulieris huius tangere, est ex emplo illius, desiderijs immūdis mentē sub-



sternere. Sed & uas in quo illa federat, tangitur, cum similis in rebus materialibus intemperantia affectatur. Vtrique ergo iam respiscēti precipitur, ut uestimenta lauet; opera uide licet sua aut munda seruet, si nondum polluit; aut abluerē per pœnitentiā studeat, si corrupit. Ipse quoque lotus aqua, immundus manet usque ad uesperum; quia licet consensum uitij iam subtraxerit, si delectationes prauæ adhuc eum impugnant, mundari plene non potest, nisi conquiescat. Sequitur:

Si coierit cum ea uir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratum in quo dormierit, polluetur.

*Tangere mulierē.*  
Nam tactus in transitu fit: coire uero cū illa, est unum quodammodo cū illa fieri, longaque consuetudine immunditiam mentis illius, cōuersationisq; prauitatem, plene in se trāstūm dere. Qui igitur par est in reatu, nisi simili satisfactione non potest expiari. Immundus em non usq; ad uesperum, quod de tangente sanctum fuerat: sed iuxta mulieris ipsius immunditiam, septem diebus decernitur. Quod licet ad idem respiciat, quo & uesperæ comme moratio, ut scilicet terminetur peccatum, & à peruerso opere homo iam quiescat: in prolixiori tamen spatio hoc accipimus, quod iniquitas quæ usu in ueterata est, tardius remedium inuenit, nec nisi cum difficultate quiescit. Dicitur huius uiri etiam stratus immundus, quod & de subfellijs illius dici posset, lege quæ de muliere præmissa fuerat: sed satis erat de uno hoc dici, ut de cæteris idem daretur intelligi. His uero de fluxu menstruo præmissis, deinde subditur:

Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis, non in tēpore menstruali, uel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat: quandiu huic passioni subiacerit, immunda erit, quasi sit in tempore menstruo.

*Menstruus fluxus.*  
*Cōtinuus fluxus.*  
Paulo ante dictum est, fluxum menstruum dici, quod suborta aliqua occasione quasi luna recurrēte, passioni huic mēs humana subiaceat. Si autem promior sit ad peccatum, ut licet uolentiam tentationis non sustineat, materiam tamen delinquendi exquirat: non menstruo, sed cōtinuo fluxu laborat: ideoq; quandiu peccati deliberationē gerit, passio

nis suæ immunditiam non euadit. In qua & eadem quæ de menstrua præmissa fuerant, replicantur, cum subditur:

Omne stratum in quo dormierit, & uas in quo sederit, pollutum erit. Quicumq; tetigerit eam, lauabit uestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit usq; ad uesperum.

Sed de morbi remedio iam agendum est. Si steterit, inquit, sanguis & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ: & octauo die offeret pro se sacerdoti duos turtures uel duos pullos columbæ ad ostium tabernaculi testimonij: qui unū faciet pro peccato, & alterum in holocaustū: rogabitq; pro ea coram domino, & pro fluxu immunditiæ eius.

Hæc omnia quia proximam habent explanationem, eadem quippe super eo qui à fluxu feminis emundatur, tractata, imo post superiorum locorum tractatum commemorata sunt, liberam nunc nobis transeundi facultatem concedunt. Sequitur:

Docebitis ergo filios Israel, ut caueant immunditiam, & ne moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum quod est inter eos.

Si igitur tabernaculo illi parcendum à sordibus fuit, in quo boum omnīq; sanguis immolatis hostijs fundebatur: quanto magis loco illi deferendum est, in quo corpus & sanguis Christi quotidie consecratur, & mors unigeniti sub sacramento repræsentatur?

Ista est, inquit, lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu: & quæ menstruis temporibus separatur, uel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

Hac recapitulatione legislator præmissa claudit: cui etiam nos concinentes, undecimo uolumini finem damus. non quod iam præcedentium mēsuram expleuerit, sed sequenti materie dignitatem debitam referuamus. Sequitur enim ingressus in sancta pontificis, de quo incongruum ualde uidetur, ut alieni principij clausulam sortiatur.

# RADVLPHI FLA

VIACENSIS, IN LEUITICVM MOYSI, LIBER DVODECIMVS.

Gen. 47.

Iob. 5.

Ezech. 40.

Iob. 14.



*Presatio.*  
**L**IES PEREGRINATIONIS nostræ, puilli & mali. Homo enim ad laborē hic nascitur. & sicut scriptum est, graue pœdus super filios Adā à die exitus de ventre matris eorū, usq; ad diem sepulturæ in matrem omnium. Laborant ergo omnes, quanquā studijs disparibus & utilitate dissimili. Quidam nanq; carni suę student, concupiscētis illius seruientes, & eius curam etiā in desiderijs facientes. Hi igitur stulto conficiuntur labore, dum & corpus frangunt, & premūt animum curis, nec nisi spe momentaneæ uoluptatis. Alijs aduersus carnem res est, qui uitijs suis bellum indicūt: quibus grandis imminet sudor, grande certamen, dum contendunt ponere quod natū sunt, & per gratiam acquirere quod nunquā fuerunt, siue potius reformare, quod primū origine perdidērunt. Quis, inquit, potest facere mūdum de immūdo conceptū semine, nisi tu qui solus es? Hucusq; ergo legislator florū agones descripsit, quibus aut uitia sua mortificat, aut studijs spiritalibus se exercant: puniunt peccata præterita, & de cætero sanctiora proponunt: quibus etiam hoc iunctum est officij, proximis sollicitudinem impendunt, docent nescios, incautos instruit, arguunt peccantes: in malis suis perseuerantes, de castris sanctorum eijciunt. sed nec sui curam relinquūt, studentes discreti esse in silentio, utiles in uerbo: solliciti ut quæ prædicant uoce, impleat actione. Sed quia in laboribus non durat perseuerantia, nisi remunerationis expectatio consolatur: iustum erat, ut quibus cælestē indixerat pugnā, aperiret etiā quanta eis in cælestibus post uictoriam gloria referueret. De spe igitur nostra aucturi sumus, de spe, quam tu dñe Iesu miseris mortalibus tribuisti: tu æterna cælesti gloria, ac beata spes mortaliū, tu donas pœtoribus ueniam, infirmis uirtutē, pollutis sanctitatem. Tu promittis fessis requiem, mœstis lætitiā, morientibus uitam sempiternam.

Hebræ. 9  
Hebræ. 6  
Iob. 14.  
Tunos in illud cælestē sanctuarium præcessisti, ubi etiam nunc adstas uultui dei pro nobis: & quo ingressus es, illuc ancorā spei nos figere præcepisti. Ferto igitur magister opē, tantam materiam tractaturis: regem mētem,

& stylū compone, ut te duce sub legis palea triticum euāgelicū inuenire possimus, & generis humani lætitiā eloquio non dissimili proferamus.

*De ingressu pontificis in sanctuarium.*  
Caput I.



**L**ocutus ē dñs ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, quādo offerētes ignē alienū, interfecti sunt: & præcepit eis, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra uelum coram propiciatorio quo tegitur arca, ut non moriatur: ga in nube apparebo super osculum.

Scriptum est: Flagellato pestilēte, astutior erit sapiens. Et psalmista: Lætabitur iustus cū uiderit uindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Recte igitur reis interfectis, postq; in eorum transgressionem ultio diuina processit, patri qui remanserat, caute la indicitur, ne simili præsumptiōe mortem mereatur. Notandum autē, illum in hoc loco sanctuarij ingressum describi, qui scdm legis instituta, non nisi semel in anno, & hoc soli summo patebat pontifici. De quo Apostolus ad Hebræos loquens: Tabernaculū, inquit, factum est primū, in quo erant candela bra & mensa, & propositio panū, quæ dicitur sancta. Post uelamentū autē scdm, tabernaculum quod dicitur scdm scdm, habens aureum thuribulū & arcā testamenti circūctam ex omni parte auro: in qua urna aurea habens manna, & uirga Aaron quæ frondue rat, & tabulæ testamēti. Superq; eā cherubim gloriæ, obumbratiā ppiciatoriū. His uero ita cōpositis, in priore quidē tabernaculo semp introibāt sacerdotes, sacrificiorū officia consummantes. In scdo autē semel in anno solus pōtifex, non sine sanguine, quem offerebat pro sua & populi ignorantia. Quid igitur in istis mysterij cōtineatur, quis sit summus pōtifex, quod sanctuarium, cuius illi ingressus semel in anno conceditur, ostium intelligentiæ ipse nobis aperuit, cum subiunxit: Hoc significante spiritu sancto, nondum

LEUITI  
ei caput  
SVL

Pro. 19.  
Psal. 57.

\*fortia  
tur.

Hebræ. 9

Hebræ. 9

esse propalata[m] sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum: quæ parabola est, inquit, temporis instantis. id est, institutionis adhuc tempore illo perseveratis, iuxta quæ munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, nõ manufactum, id est, non huius creatiois: neque per sanguinem hircorum & uitorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Primum itaque tabernaculum, in quo sacerdotes quotidie ministrabant, qui tamẽ introeundi in sancta nõ habebant facultatem, ritum primi illius populi & ceremonias per Moysen traditas intelligimus: in quibus cum tunc temporis uersarentur ministri antiquitus constituti, interioris tamẽ cælestisq[ue] sanctuarii eisdem aditus negabatur. Vt em paulo ante audiuimus, nondum erat propalata sanctorum uia. Nul lus quippe ad cæli[m] mortalibus transurus, nisi per Christum est. Vnde ipse ait: Ego sum uia. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Christus autem in illis umbris figurabatur, non exhibebatur. Clausum igitur sanctuariu[m] fuit usq[ue] ad aduentum summi pontificis: quia munera illa & hostiæ legales sanctificare non poterant seruientem, nec aptum cælestibus exhibere. Nemo enim cælesti ascensu dignus est, nisi purgatus a peccatis. Peccata namq[ue] infernum potius spectant quam cæli: mortem meretur, nõ uitam: tormenta, non gloriam. Hæc autem auferre nõ potuit agnus ille paschalis, sed ille potuit, de q[ui] scriptu[m] est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Impossibile est, ait Apostolus, sanguine hircorum aut taurorum auferri peccata. Hic uero quia dilexit nos, lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Sumus ergo pontifex Christus sancta ingressus est, quia penetravit cælos: nec in sanguine alieno, sed per propriu[m] sanguinem. Factus est enim obediens patri usque ad mortem: propter quod & deus illi exaltauit. Porro potifex semel in anno illuc ingrediebatur: Christus autem semel in con summatione seculoru[m], ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblatu[s] est ad multorum exhaurienda peccata. Annus quippe in illo legali sacramento, omnium temporu[m] exprimit cursum. Sicut enim in prolixo seculorum circuitu omnia tempora consummantur, sic in anno cursus solaris ambitus expletur. Semel ergo Christus p[er] peccatis nostris mortuus est: profectusq[ue] in cælum, subiectis sibi angelis & potestatibus & uirtutibus. Sed si semel illuc introiuit, nõquam amplius

Heb. 9.

Iohan. 14.

expe-  
ctant

Iohan. 1

Hebra. 10

Apoca. 1.

Philip. 2.

Hebra. 9

Annus.

Roma. 6.

Heb. 9.

1. Petri. 3.

ad mortem rediturus, quomodo & solus? Vbi est igitur quod promisit, qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & ministrer meus erit? Itemq[ue] discipulis loquens: Si abiero, inquit, & præparauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum: ut ubi ego sum, & uos sitis. Videtur tamen solitudinem suam ostendere, cū alibi dicit: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Hoc igitur ad capitis corporisq[ue] unitatem referendum est, non ad personæ illius singularitatem. Ipsum enim dedit deus caput ecclesiæ, quæ est corpus ipsius. Verba apostoli sunt. Itaq[ue] ad Corinthios: Sicut corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt, ita & Ch[ri]s. Vos estis, inq[ui]t, corp[us] Christi, & membra de membro. Licet ergo corpus Christi caput suu[m] ad cælos sequatur, solus t[ame]n Christus est, qui cælesti gloria sublimatur. Itaq[ue] in persona summi potifex, cui secundu[m] legem sanctuarii patebat ingressus, omnis cum capite suo electorum ecclesia designatur. Nã & nobis per Petru[m] dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotiu[m]. Et Iohannes: Qui fecit nos, inquit, deo nostro regnum & sacerdotes. Quia igitur ad literam explanationem descendendum est, quæ de summo pontifice dicenda sunt, sic accipiamus, ut nos a persona illius alienos minime iudicemus. Ingre diemur enim in requie[m] nos qui credidimus, teste Apostolo, quia relinquitur sabbatim[us] populo dei. Locutus est ergo dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuu[m], ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra uelum coram propiciatorio quo tegitur arca, ut nõ moriatur: quia in nube apparebo super oraculum. Quantum ad literam spectat, præcipitur Aaron ut loco sancto deferat, & nunquam illuc ingrediti nisi congruo tempore præsumat, & præparatis antea quæ iubentur: quod in loco eodẽ diuina maiestas appareat, & corporaliter quãdam modo præsentia suam exhibeat. Alio qui moriturus esse prædicitur. Sed quoniã teste Apostolo hæc figuratim fiebat in illis, scripta sunt autem propter nos, quæ legali pontifici præcipitur, debet corpus ueri pontificis ad se referre, suamq[ue] ædificationem in eis quærere. Ingre diemur enim & nos sanctuarium, nõndum quidem re, sed tamẽ spe. Spe nanque salui facti sumus. Et sicut idem Apostolus ait, deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiscificauit nos Christo, & conuersificauit, & confedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Idem de hac spe nostra ad Hebræos loquens: Quam sicut ancoram, inquit, habemus animæ tutã

Ioh. 12.

Ioh. 14.

Ioh. 1.

Ephol. Col. 1.

1. Cor. 12.

Ibidem.

1. Pet. 2. Apoca. 1.

Heb. 4.

1. Cor. 10.

Roma. 8. Eph. 2.

Heb. 6.

& firmam, & incedentẽ usq[ue] ad interiora uelaminis, ubi præcurfor pro nobis introiuit Iesus. Intramus ergo iã in illud interius sacrarium: sed quõ intret, unicuiq[ue] perpendendũ est. Si em sine digno habitu intrauerit, morturus est. Spe namq[ue] sua frustrabitur cū ad re uenerit, & hæc mors illius futura est. Nõ ergo ingrediatur, inquit, omni tempore sanctuarium, quod est intra uelũ coram propiciatorio quo tegitur arca, quia in nube apparebo super oraculum. Intra uelũ est hoc sanctuarium, quia absconditum est ab oculis nostris. Oculus non uidit deus absq[ue] te, quæ præparasti diligẽtibus te. Inde dictu[m] est: quia quod non uidemus, speramus. Coram propiciatorio est, eodemq[ue] propiciatorio arca ibidẽ tegitur: quia sancta ecclesia quæ arca sanctificationis dei est, intus & exterius auro cooperta, tam corpore uidelicet q[ui] anima, in illa regione uiuẽtium gloria immortalitatis uersita, manifesto iã diuinitatis fauore lætatur: & protectionis supernæ clypeo defensata, inconcussa securitate perfruitur. Scriptu[m] est enim: Nescit hõ utrũ amore an odio dignus sit: sed omnia in posterum referuntur uicerta. Tũc uero coram propiciatorio futuri sumus, cū misericordias dñi in æternum cãntes, euidenter circa nos pietatis illius uiscera sentiemus. Vnde habes in Apocalypsi: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendentem de cælo, a deo paratã, sicut sponsam ornata[m] uiro suo. Et audiui uocẽ magnã de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cū hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse cū eis erit eoru[m] deus. Tunc igitur nobis in nube apparebit dominus, quia in suscepta humanitate, quamquam glorificata, non tamen euacuata, se uidentu[m] præbebit. Ad cõparationem quippe diuinæ substantiæ, quælibet creatura cuiuscunq[ue] excellentiæ, crassa quodãmodo & nubilosa uidetur. Potest etiã in nube intelligi, diuinæ uisionis profunditas. Maiestas quippe illa, nõ lo intellectu ad plenu[m] potest comprehendendi. Cum sit enim immensa & incircumscrip ta, creaturarum, quæ mensura & termino cohibentur, capacitatem transcendit. Habes manifestum Apostoli testimoniũ, quia pax dei oẽm sensum exuperat. Licet igitur ad beatu[m] tũc de us facie ad faciem uideatur, nubilosa tamẽ uisio illa dici potest, in qua nõ ex in regno quicquid diuinæ magnitudinis est, eorum notitia penetratur. Sanctuariu[m] itaque in quo deus uidebitur, in quo sancta ecclesia creatoris sui gratia recepta, sub alarũ illius protectione lætabitur, nullus inroeat: uidelicet spem introeundi nõ habeat, qui non antea se præparauerit. De præparatione uero qualis fieri debeat, sequentia docebunt nos. Non ingreditur, inquit, illuc Aaron,

1. Pet. 2. 1. Cor. 2. Roma. 8.

Psal. 131.

Eccl. 9.

Psal. 88.

Apoc. 21.

Philip. 4. 1. Cor. 13.

Roma. 8. Eph. 2.

Heb. 6.

Nisi hæc ante fecerit. Vitulu[m] offeret pro peccato, & arietẽ in holocaustu[m]. Tunica linea uestietur, feminalibus lineis uerenda celabit. Accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti. Hæc enim uestimẽta sunt sancta: quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur.

In persona Aaron, Christu[m] & ecclesiam, caput cum corpore intelligendum prædiximus. Ingressus ẽ ille sanctuarium: secutura sunt & membra caput sui, sed tempore præstituto. Sicut enim in Adam omnes morium, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine. Primitiæ Christus: deinde hi qui sunt Christi, in aduentu eius. In his ergo omibus quæ Aaron mystice obseruanda præcipiuntur, discernendum est, quid capiti, quid corpori cõgruat: quid allegoricum ibi sit, typũ habens utique futurorum: quid autem morale, Christianæ sanctitatis continens documentum. Offeret itaque (inquit) uitulum pro peccato, & arietem in holocaustu[m]. Allegoria hic est ad Christi mysterium referenda. In ipso nanque, q[ui] dicitur, impletum est. Ipse enim priusquam sanctuarium intraret, id est, antequam cælo corpus suum inueheret, uitulum obtulit pro peccato: quia seipsum obtulit immaculatum deo pro peccatis nostris in odorem suauitatis. Ipse est uitulus Libani, uitulus candidus, sanctitatis suæ excellentia omnem humanã excedens altitudinẽ, qui cornibus crucis suæ potestates acrias debellauit. De quo etiã in psalmo, cum de cedris Libani, id est, de principibus huius mundi, qui nitore gloriæ temporalis superbiunt, propheta loqueretur: Comminuet, inquit, eas tanquam uitulum Libani, cū uidelicet ad humilitatẽ Christi deponet eas. De hac autem eius oblatione, in secũdo huius operis uolumine, ubi sacerdos qui unctus est, pro peccato suo uitulum immaculatum iubetur offerre, prolixo tractatum est, qui uoluerit, illic requirat. Porro arietem Christus obtulit in holocaustum: quia dux optimus gregis sui, dum adhuc esset nobiscum, perfectam sequi uolentibus sanctitatis uiam ostendit. De qua eius hostia qui plenius scire desiderat, in sexto requirat uolumine: ubi filij Aaron in die unctiois suæ arietem consecrationis iubetur offerre. Sed de uestibus Aaron uideamus. Nos enim illẽ respiciunt, & morum nostrorum exigunt sanctitatem. Tunica linea (inquit) uestietur, feminalibus lineis uerenda celabit. Linum cum de terra nascatur, multo labore ac industria natiũ colorem deponit: & quem prius non

1. Cor. 15

Heb. 9.

Psal. 28.

Linum.

habuerat, candorem assumit. In lino ergo castitas intelligitur: quia caro nostra de immundo concepta semine, sine multa & spiritus & corporis afflictione, ad munditiæ honestatē nequaquam perducitur. Et tunica ergo linea, & feminalia linea ad idē referri possunt, propter geminam uirtutis ipsius operationem, quæ & suo decore nos ornat, & feminalium more, siquid inhonestum egimus, superdactō uelamine suæ sanctitatis occultat. Diximus tamen supra in uestimētis sacerdotum, per feminalia confessionem debere intelligi, eo quod honorem nostræ adiuuet castitatis, tegens uerecundiam immunditiæ præcedentis. Quid magis placeat, lectoris arbitrio referuamus. De castitate uero, quam necessaria sit uolentibus ingredi sanctuariū, in quo apparebit deus, Apostolus nos docet, dicens: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deū. Sequitur zona linea, quam idem significare arbitror, quod per balteum in uestibus pontificalibus diximus designari. Castitas quippe, ut ibi latius tractatum est, sine diligentia non potest conseruari. Cohibendus est enim uisus, ne per hanc fenestram mors intret in animas nostras, iuxta exemplum beati uiri, qui de seipso testatur, dicens: Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec cogitarem quidem de uirgine. Obrurandæ sunt aliquando aures, ne audiant sanguinem: quia testante beato Apostolo, corrumpunt mores bonos colloquia mala. Lingua etiam restringenda, iuxta illud cuiusdam sapientis: Turpia ne loquaris, paulatim enim perdit uerba discutitur. Itaque: Transibit sermo in effectum, si honesta loquamur. Zona ergo linea uestimentum tutiæ ad corpus astringitur, cum castimoniam uirtus diligenti sensuum obseruatione munitur. Quartum autem ornamentum, cidaris est linea, quæ capiti iubetur imponi. De qua quod mentis munditiam exprimat, iam supra in uestimētis pontificalibus disputatum est. Mēs quippe in hoīe p capite cōputat. Sicut em capite regit mēbra, sic dispositiō mētis actiōes nostræ subiungit. Quia igitur in nōnullis inuenit castitas corporis, nec est apud illos integritas mentis: malum nanque in uoluntate habent, quod aliqua difficultate impediti opere non exercent: iure post tunicam, qua corp⁹ tegitur, cidaris capiti superponitur: ut unusquisque qui castum se esse corpore gloriatur, super statu mētis suæ subtilis discutatur. Hęc enim, inquit, uestimenta sunt sancta, quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur. Dignum est itaque, ut à malis prius se per penitentiam abluat, qui superuenturis uirtutibus in se locum parat. Sequitur:

Heb. 12.

Lerc. 9.

Iob. 31.

Isai. 55.

1. Cor. 15.

Suscipietq; ab uniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum.

Primo cū hostias Aaron poneret q̄ ipsum singulariter respiciebant, uitulū & arietem illi assignauit. Nūc alias introducit uictimas, quas antequam offerat, præcipit ut à multitudine filiorum Israel eadem accipiat. Manifeste itaque post hostiarum Christi commemorationem, ad ea quæ nostra sunt, reuertens descendit, qui populus dei sumus, qui in multitudine filiorum Israel annumeramus. Obltulit Christus semetipsum pro nobis, cælos post modicum ascensurus: offeret & nos in fine patri suo, eadem nobis gloriam concessurus. Hunc nobis ordinem prescribit Apostolus: Primitiæ, inquit Christus, deinde hi qui sunt Christi in aduentu eius. Deinde finis, cum tradiderit regnū deo & patri. Tales igitur Christus hostias tūc à nobis accipiet, quales nos ei exhibuerimus. Nos enim hostiæ ipsæ erimus. Suscipiet, inquit, Aaron ab uniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & unū arietem in holocaustum. Res est nota quam loquar. Cum ad iudicium fuisi Christus uenerit, uniuersæ credentium multitudinis triplex fiet partitio. Quidam cū eo iudicabunt: quia teste Isaiæ, ueniet ad iudicium cum senioribus populi sui. Alij iudicabuntur, qui iterum in duas partes diuidentur. Alij ad dexteram stantur, alijs ad sinistram. Ad dexteram positus, enumerabitur eleemosynæ quas fecerunt: ad sinistram cōstitutus, enumerabitur crudelitas & sterilitas misericordiæ. Audient illi: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mōdi. Audient isti: Ite maledicti in ignem æternum, qui parat⁹ est diabolo & angelis eius. Hoc euangelij lux manifeste declarat, hoc legis umbra sub ænigmatum suorum figuris occultat. Legamus, & in sequentibus oīa reperiemus. Suscipiet ergo Aaron ab uniuersa multitudine filiorū Israel, arietem unum in holocaustum, cum Christus duces populi sui, eosq; qui perfectionis desiderio omnibus quæ sunt mundi, renunciauerunt, in hoc tempore tanquā aurum in fornace probatos, in holocausti hostiam accipiet: & postmodum cōfessus sui honore sublimans, ad iudicandum secum assumit. De hoc ariete, siue de his arietibus: nam & unus & multi sunt: unus, si fidei unitatem charitatisq; concordiam in illis artēdas: multi, si personarum proprietatem respicias: de his ergo arietibus loquitur per psalmistā ecclesia, dicens: Holocausta medullata offeram

I. Cor. 11.

Isai. 3.

Matt. 15.

Sapi. 5.

psal. 65.

tibi cum incenso & arietibus. Sic enim antiqua habet translatio. Sed nec hircos prætermisit, quos lex arietem copulauit, cum protinus adiunxit: Offeram tibi boues cum hircis. Inde beatus Augustinus, cum super hac ecclesiæ oblatione dissereret: Magni, inquit, arietes, magni boues. Quid illi forte cōfessunt aliquorum peccatorum, qui forte in ipso itinere lapsi & fauciati, per penitentiam sanantur? Nunquid ipsi remanebunt? Ne ipsi timeant, addidit & hircos. Adiunctione ipsa labantur hirci. Per se non possunt: adiecti bouibus, accipiuntur. Fecerunt eos sibi amicos de mammona iniquitatis, ut & ipsi recipiant illos in æterna tabernacula. Ergo isti hirci nō erunt à sinistris, quia fecerunt sibi amicos de mammona iniquitatis. Qui hirci erunt à sinistris? Quibus dicitur: Esuriui, & non deditis mihi māducare: nō qui peccata sua eleemosynis redemerunt. Habes euidenter duos hircorum genera, id est, duos hircos, quos lex cum ariete dixerat offerendos. Post iudicium nāque ordinem, reliqua multitudo quæ eorum expectat sententiam, diuersam sortē suscipiet: ut pars quæ peccatis suis renunciauit, & eleemosynis ea redemit, dexteram teneat, regnum post iudicij perceptura: pars quæ in peccatis perseuerauit, quæ pro eorū ablatione nunquam sollicita fuit, in sinistram transeat, cū diabolo & angelis eius in exterminium abitura. Vtraque tamen Christo offertur: illa, ut coronetur: ista, ut damnetur. Illa regi suo præsentatur, ut laboris peracti mercedem suscipiat: ista iudici exhibetur, ut tormentis adiudicata, congruam sibi uindictam sustineat. Suscipit ergo duos hircos pro peccato, cum ab uno pro transgressionibus suis recipit satisfactionem, ab alio expectat damnationem. Sequitur:

Ibidem.

Luc. 16.

Matt. 25.

Dani. 4.

Cumq; obtulerit uitulū, & orauerit pro se & pro domo sua, duos stare hircos faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonij, mittens super utrumque sortem, unam domino, & alteram capro emissario.

Notanda diuersitas hostiarum. Primo discernitur, quos Aaron offerre debeat, uitulū scilicet atque arietem: deinde subiungitur, ut alias à plebe accipiat. A principali itaque hostia, quæ alias sanctificat, quæ alijs meritū præstat, à uitulo uidelicet pontificis, ordinē sumit: ad illam redit, ac deinde aliarum dispositionē subnectit. Cum obtulerit, inquit, uitulū, & orauerit pro se & pro domo sua.

Res est non ignota fidelibus, Christum cum passioni appropinquaret, tam pro se quam pro familia sua preces patri obtulisse. Nam subleuatis oculis in cælum: Pater, inquit, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Itemq; Manifestaui nomen tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Hęc forma pietatis, hoc sacramentum dominicæ dilectionis, in Aaron exprimebatur, quum oblato uitulo, id est, ad altare applicito, & ad mactandum parato orabat pro se & pro domo sua. CHRISTVS autem pro suis agens, à mundo eos discreuit, dicens: Ego pro eis rogo, non pro mundo. Sunt uero inter suos quam plures speciē habentes pietatis, sed ueritatem illius abnegantes: qui dicunt ei, Domine domine: sed quæ dicit, non faciunt: quos ipse in fine negaturus est, dicens: Non noui uos. recedite à me qui operamini iniquitatem. Horū ergo lex quoque diuisionē faciens, oblato uitulo pontificis, qui pro peccato uidebatur offerri, docet alios esse, quibus hæc hostia ueniam acquirit: alios uero, quibus ob duritiam suam & cor impœnitēs, nil remedij cōferat. Post principalem nanque illam uictimam, duos hircos in ostio tabernaculi statuit. Omnes siquidem qui in ecclesia sunt, ingressum regni cælestis expectare uidentur: sed ille qui in synagoga deorum stat, etiam inter deos dñi dicat. Inde est, quod duo hirci coram domino in tabernaculi introitu stare dicuntur. Mittitur ergo fors super utrumque, ut sorte discernēte, unus domino referretur: alter emissarius deputatus, in exterminium eiciatur. Sortis autem interpositio, manifesta est diuina gratiæ commēdatio. Sicut enim ubi fors discernit, hominis deliberatio ociosa ē, dum pars utraque non sibi spectat, sed sortis examen expectat: sic in nobis omnibus qui natura sumus filij iræ, q sub iugo dæmonicæ nascimur seruitutis, non expectatur quis uelit exire, sed quæ supna clemētia uelit liberare. Non em uolētis neq; currētis, sed miserētis est dei. Nec hoc dicētes, humani arbitrij destruiuis libertatē. Libertas nāq; est homini, si cælitus adiuuetur: alioqui nulla ē, si gratia destituatur. Sine me, inquit dominus, nihil potestis facere. Iubetur ergo fors super hircos mitti, ac deinde subiungitur:

Iob. 17.

2. Tim. 3.

Matt. 7.

Matt. 25.

Roma. 2.

psal. 81.

Eph. 2.

Roma. 9.

Iob. 15.

Cuius fors exierit domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium, statuet eum ui

uum coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat illum in solitudinem.

Notandum quia hircus qui domino cedit, moritur cum pro peccato mactatur. Hircus autem qui uiuus coram domino statuitur, emittitur in solitudinem. Quicumque enim in parte domini transire deliberat, necesse est ut peccandi uoluntas in illo occumbat. Alioquin si peccato uiuit, si concupiscentias carnis suae mortificare contemnit: uiuus iudici presentabitur, ut in solitudine quam merita illius exigunt, emittatur. Solitudo nanque est terra te nebrofa, pro qua preatur iustus, dicens: Ne uadam ad terram tenebrosam, in qua semper tenebris horrore inhabitat. In hanc quippe terram exterminij a facie dei eiectus, a bonorum omnium consortio segregatus, solus cum corpore suo diabolus exiliabitur. Sicut enim Christus solus in caelo, sic diabolus solus in inferno. Unde sanctus uir nomine eum noctis designans: Sit nox, inquit, illa solitaria, nec laude digna. Itemque Isaias: Quasi cadauer, ait, putridum non habebis consortium, neque cum eis in sepultura. Electi quippe CHRISTO commortui, penitentiae & conuersationis sibi sepulturam parant, in qua a prauo opere quiescant. In cuius sepulturae beneficio sicut electis non adiungitur inimicus, sic nec electorum recipit consortium, cum detractus fuerit ad terram ultimam, ubi Assur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepultura illius. Ad hanc ergo solitudinem hircus iste mittitur, cum reprobis dicitur, in fine: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quod autem dicitur, statuet eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eum: preces istae, imprecationes intelligende sunt, sicut sequentia declarabunt. Notandum uero, quod necdum aut domini caperemur, aut emissarius eiecitur: sed stantibus utrisque in tabernaculi introitu, forte super eos missa, quid postea fieri debeat, inuestigatur. Oblato itaque uitulo potestatis, id est, ad altare admoto, & de hircis uno dominice uicimae deputato, recte subiungitur:

His rite celebratis, offeret uitulum: & rogans pro se & pro domo sua, imolabit eum.

Quod dicit eum uitulum offerre debere, & tam pro se quam pro domo sua orare, hoc etiam superius dixerat: sed repetit, ut congru-

entius & ex ordine sequentia iungat. Sequitur enim:

Assumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, ultra uelum intrabit in sancta: ut positus super ignem aromatibus, nebula eorum & uapore operiatur oraculum, quod est super testimonium, & non moriatur.

In libri huius exordio, cum hostias pro peccatis legislator describeret, hanc eandem hostiam, uitulum scilicet quem pro peccato suo pontifex iubet offerre, primam constituit. Multa autem ibi de hoc uitulo precepta sunt, quae more scripturarum hic praeterit: quae uero ibi taceretur, hic adiungit, quod enim ibi praecipitur, ut illato sanguine uituli in tabernaculum testimonij, & tincto in eo digito, aspergat septies contra uelum sanctuarij: ponatque de eodem sanguine super cornua altaris thymiama, reliquum etiam sanguinem fundat in basin altaris holocausti in introitu tabernaculi, hic omnino taceretur. De ingressu uero sanctuarij, de inferendo illuc sanguine cum oblatione thymiama, prima illa descriptio nihil habuit: nimirum tantae rei suus seruabatur locus, ut sigillatim tractaretur, & sui magnitudinem sacramenti, ipsa singularitate ostenderet. Cum enim primo legislator peccatis nostris remedia prouideret, & hostiarum uarietate ad impetrandam nobis ueniam multiplices satisfactionum uias insinuarer: sufficere uisum est, introducta hac uictima, si & propiciationis diuinae & angelicae reconciliationis mysterium in ea constare diceret: quod & factum est, cum sanguis eius septies contra dominum aspergendum, & altaris auri cornibus dicitur imponendus. Quaedam ergo (ut dixi) praeteritis, multa adijciens, eiusdem mysterij nunc plenius solennitatem exequitur: adolens super altare adipem, & comburendum uitulum extra castra, similiter in utrisque praecipiens. Ne quis tamen arbitretur, aliam nunc quam prius hostiam designari, dicatque quod de illa praecipitur, crebro in anno posse fieri, quoties pontifex deliquerit: ut scilicet sanguis uituli in primum tabernaculum feratur, aspergatur contra uelum, altaris auri cornibus imponatur: quod uero de ista dicitur, non nisi semel, ut uidelicet sanguis sanctuario inferatur: audiatur docente scriptura, nec ad altare aureum, nec in sanctuarium, nisi semel in anno, sanguinem licuisse deferri.

Et de sanctuario quidem, ea quae praemissa sunt, fidem faciunt. De altari uero, quanquam in exteriori esset tabernaculo contra arcam, uelo tantum interposito: quotidie nanque Aaron super illud adolebat incensum, mane & uespere: de ipso ergo, quaequam (ut diximus) extra uelum esset, docet nos scriptura, quod nisi semel in anno, sanguinis ibidem non fieret oblatio. In Exodo quippe cum de eodem altari loqueretur dominus ad Moysen, non offeretis, inquit, super eo oblationem & uictimam, nec libabitis liba: & deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguinem qui oblatas est pro peccato. Cum igitur & primo sanguis cornibus altaris imponit, & nunc intra uelum inferri dicatur, quod neutrum plusquam semel in anno fieri licebat: manifestum est, eandem ex utraque parte hostiam describi. Si itaque hoc satis iam constitit, ad proposita redeamus, & de uerborum eorundem explanatione tractemus. Assumpto, inquit, Aaron thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, ultra uelum intrabit in sancta, ut positus super ignem aromatibus, nebula eorum & uapore operiatur oraculum, quod est super testimonium, & non moriatur. Diximus superius, alterum esse sanctuarij introitum, qui iam in CHRISTO completus est, quando caelos ascendit, seu in animabus iustorum post corpus completus, corporibusque in fine complebitur: alium uero, qui nunc spiritaliter fit, cum regni haereditas illuc iam mente transeunt, quo post seculi consummationem etiam corpore transibunt. Electi quippe adhuc mortali carne grauati, intrant illuc merito, intrant desiderio, intrant spe, intrant contemplatione. Merito intrant, sicut Cornelio dictum est: Orationes tuae & elemosinae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Desiderio intrant, quia contentis praesentibus, illuc toto corde suspirant. Sitiuit, inquit, anima mea ad deum fontem uiuum: quando ueniam & apparebo ante faciem dei, intrat spe, quam quasi ancoram habent tutam ac firmam, & incendentem usque ad interiora uelaminis. Contemplatio uero non nisi paucos introducit, qui per spiritum illuminati, puritate mentis illuc rapiuntur: & licet sub arigmate, ex magna tamen parte quae sint futura gaudia, speculantur. Quam gratiam discipulis conferri precabatur Apostolus, dicens: Non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut deus domini nostri IESU CHRISTI, pater gloriae, det uobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitione eius, illumi-

natos oculos cordis uestri: ut sciatis quae sit spes uocationis eius, & quae diuitiae hereditatis eius in sanctis. Haec igitur omnia perfectiores perfectius assequuntur: quia quanto uerius terrenis renunciant, tanto ardentius caelestibus appropinquant. In his spes alacrior, mens ad contentandum subtilior: ampliora sunt merita, feruent erga deum ipsorum desideria. Hi sunt qui cum incensi oblatione sanctuarium ingrediuntur: quia gaudium beatorum quod indubitanter uenturum expectant, instantius ut ueniat, deprecantur. Dirigatur, inquit, oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Hoc est incensum quod arietibus assignatur, dicente ecclesia: Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. Principes nanque ecclesiae, & qui uirtutum donis specialius illustrantur: hi sunt, qui maxime precibus instant, ut bona repromissa quandoque percipiant. In thuribulo itaque Aaron, corda sanctorum intelligimus: quae prunis altaris implentur, cum sancti spiritus accipiunt gratiam. Quis est enim ignis altaris, nisi sacer ignis? De altari quippe holocausti supra praecipit dominus, dicens: Ignis in altari meo semper ardebit. Hic igitur ignis exterius ad concremationem holocausti, interius uero ministrabat, dum offerretur incensum. Alium non licebat assumi. Neque enim filij Aaron alia de causa occisi sunt, nisi quod ignem obtulerant alienum. Sacer ergo ignis, spiritus sanctus est. Deus enim non iter, ignis consumens est. Hic est ignis quem dominus IESUS misit in terram: & quid uolo, ait, nisi ut accendatur? Et quo magis de claretur quod dicimus, habes in Apocalypsi quod angelus cui data fuerant incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum super altare aureum, quod est ante thronum: accipit thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram. Angelus quippe magni consilij, per quem nostras orationes deo patri offerimus, thuribulum aureum de igne altaris impleuit: quia mentem humanam quam pro nobis assumpserat, auro iustitiae radiantem, spiritalis amoris facibus inflammauit. Misit & ipsum ignem in terram, cum eos quos de mundo sibi elegit, eiusdem gratiae participes effecit. Unde propheta Iezechiel terram hanc iam succensam aspiciens, ministros dei igni urenti comparat, dicens: Similitudo animalium & aspectus eorum, ut carbonum ignis ardentium, & uelut aspectus lampadarum. Quod ergo dicitur Aaron thuribulum de igne altaris impleuisse, maxime CHRISTI respicit potestatem: qui tamen CHRISTI sunt, & ipsi thuribu-

Psal. 140.

Psal. 65.

Leuit. 6.

Leuit. 10.

Heb. 10.

Luc. 12.

Apec. 8.

Isai. 9.

Ieze. 1.



lis suis sacrum imponunt ignem, dum studio impenso & orationis instantia, huius sibi muneris impetrant largitatem. Assumpto itaq; Aaron thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, ultra uelum intrabit in sancta. De hoc thymiamate in Exodo sic legitur: Dixit dñs ad Moysen: Sume tibi aromata, itaq; stēn & onycham, galbanen boni odoris, & thus lucidissimum: æqualis ponderis erunt omnia. Faciesq; thymiama compositum opere unguentarij, mixtum diligenter & purum, sanctificatione dignissimum. Cumq; in tenuissimum puluerem uniuersa contuderis, pones ex eo corā testimonio tabernaculi, in quo loco appareo tibi.

Huius etiam mysterium beatus Gregorius nobis insinuans: Thymiama, inquit, ex aromatis compositum facimus, cum in altari boni operis, uirtutum multiplicitate redolamus. Quod mixtum & purum fit: quia quanto uirtus uirtuti iungitur, tanto incensum boni operis sincerius exhibetur. In tenuissimū quoque puluerem aromata conterimus, cum bona nostra quasi in pila cordis occulta discussione tundimus: & si ueraciter bona sunt, subtiliter retractamus. Et pones, inquit, ex eo coram testimonio tabernaculi. quia tunc nimirum bona nostra ueraciter in conspectu iudicis placent, cum hæc mens subtilius recogitando conterit, & quasi de aromatis puluerem reddit. Aaron igitur thymiama compositum manu hausit, quia Christus potestatiue sibi uirtutes attribuit. In manu siquidem potestas intelligitur, sicut scriptum est: In manu eius omnes fines terræ. & multa similia. Vnicuique autem nostrum datur gratia iuxta mensuram donationis CHRISTI. Ipsi uero non ad mensuram dat deus spiritum. Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Cum patre igitur cuncta possidens, thymiama hausit manu: quia gratiarū abundantiam pro suo arbitrio sibi ipse concessit. Inde habes in Psalmis, quod dominus uirtutum pluribus in locis appellatus \* est. Non enim more nostro uirtutes mendicat quasi egenus, sed pro uoluntate sua distribuit eas ut dominus. Cum hoc autem thymiamate ultra uelum intrauit in sancta: quia meritorum suorum prerogatiua, omnem humanam angelicamve sanctitatem exuperans, patrem suum creatoremq; omnium deum, singulariter delectauit. Sed & nos quoque thymiama compositum manu haurimus,

Exo. 30.

Galbanum

Gregori.

Exo. 30.

Psal. 94.

Ephc. 4.

Iohan. 3.

Psal. 22.

58. 79.

\* sit

cum sub diuino adiutorio, labore proprio uirtutes nobis acquirimus. Quarum merito cum deo placemus, quasi cum thymiamatis fragrantia, ueteris discordiæ uelum transimus. Quia uero in incensum hoc thymiama hauriri præcipitur, exponit subsequenter: [ Ut positus, inquit, super ignem aromaticum, nebula eorum & uapore operiatur oraculum, quod est super testimonium, & non moriatur. ] Si recolis quis sit ignis, quem lex thuribulo iussit imponi, ignis sacer, ignis altaris: consequenter intelliges, cur super hunc ignem aromata poni præcipiantur. Perdunt quippe meritum suum, si ignem occupauerint alienum. Attende multos fortes, & ad malorum tolerantiam patientes: & ad apostolicis uerbis accedendum est, tradentes corpora sua ita ut ardeant: quia tamen sine charitate hoc faciunt, nihil illis prodest. Alij a uoluptatibus temperant, ut uix ipsa necessaria sibi indulgeant: exterminant facies suas, non nisi ut pareant hominibus ieiunantes. Quia ergo sine sacro igne uirtutis habent exercitium, deo placere non possunt. Eadem de iustitia prudentiæ intelligenda sunt. Videbis nonnullos sua singulis reddentes, abstinentes ab iniuria, tantum ne humanam incurrant offensam. Videbis eos solite prouidentes, non qualiter uitam æternam mercentur: sed qualiter diuitias, honores, gloriam assequantur. Isti ergo aromata sua alienis imponunt ignibus: quia in his omnibus quæ boni speciem habent, ambitionis & cupiditatis facibus agitantur. Necessariae sunt igitur prunæ altaris ad aromatum cremationem: ut nebula eorum & uapor sursum tendat, & oraculum operiat. Ignis quippe alienus, aromatum nebulam sursum non dirigit: quia cupiditatis æstus per omne quod agimus, intentionem nostram ad terram deponit. Qui uero ex amore diuino uirtutes concipiunt, ad caelestium promissorum beatitudinem desideria sua extendunt. Hæc est nebula quæ de aromatis confurgit, & oraculo operit. Nebula enim siue fumus, flammam solet præcedere. In nebula obscuritas, in flamma splendor apparet. Sic & desideria iustorum priusquam quo tendunt perueniant, quodam eos incere afficiunt: extorquent lachrymas, & quasi cuiusdā tædij tenebras oculis illorū offundit. Cum uero quod sperant adepti fuerint, cum uiderint faciem ad faciem, nebula ista in flammam conuertetur: quia deterfa tristitia, succedet gaudiū quod

Matt. 6.

Iohan. 16.

non auferet. Interim ergo intret Aarō sanctuarium, ut illuc iam mente præcurrat: impleat thuribulum prunis altaris, ut cor suum spiritus feruore succendat: ponat super ignem aromata, ut pia intentione uirtutibus studeat. Horum enim uapor oraculum operit, ut Aaron non moriatur: quia desiderijs suis lachrymisq; re gno caelorum uim faciens, petēdo, pulsando, uitam inuenit, & mortem euadit. Quid est autem, quod super testimonium oraculum esse perhibetur? Testimonium in hoc loco nihil aliud intelligo, quam tabulas testamenti, quæ in arca referuabantur. Vnde scriptum est: In arca autem non est aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Choreb, quando pepigit dominus fœdus cum filijs Israel, cum egredierentur de terra Aegypti. In his autem tabulis, decem uerba legis conscripta erant. Ideo dicebatur tabernaculum testimonij uel fœderis, sed & arca testamenti seu fœderis, quod scilicet præcepta dei ibidem clausa seruabantur, quibus pepigerat dominus cum Israel fœdus, dicens: Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiū de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & uos eritis mihi in regnū sacerdotale & gens sancta. Super hoc itaque testimonium, id est, super scripturam diuinam, cuius ueritatis deus testis, qui & autor est: debemus enim a parte totum intelligere: super hoc inquit testimonium oraculum est, quoniam omnem humanam mentem, omnem linguam superat illud quod promittitur, sicut scriptum est: Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Vnde & psalmista: In uerbo, inquit, tuo super speraui. Regina quippe Saba, uidelicet ecclesia gentium, cum ad Salomonem suum uenerit, & uiderit eum in gloria sua, maiora quam sperauerat, se reperisse confitebitur, dicens: Verus est sermo quem audiui in terra mea, super sermonibus tuis & sapientia tua: & non credebam narratibus mihi, donec ipsa ueni & uidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia & opera tua, quam rumor quæ audiui. His itaque super thymiamatis oblatione tractatis, consequenter etiam quæ de sanguine præcipiuntur, discutiamus. Hinc enim subiungitur:

Matt. 11.

3. Re. 8. uerit

Exo. 19.

Psal. 64.

1. Cor. 2.

Psal. 118.

3. Re. 10.

Tollit quoque de sanguine uituli, & asperget digito septies contra pro-

piciatorium ad orientem.

Hæc sanguinis asperio celebratur post ingressum pontificis in sanctuarium. Nam antequam ingrederetur, idem sanguis septies contra uelum aspergit, & altaris aurei cornibus iussus est imponi. Quod qui scire desiderat, ad superiora recurat: ubi inter alias hostias quæ pro peccatis offeruntur, hæc pro peccato pontificis iubetur offerri. Sanguis ergo huius uituli prius contra uelum aspergitur, antequam pontifex ingrediatur sanctuarium: iam uero eodem in sanctuario constituto, aspergitur septies contra propiciatorium ad orientem. Prius enim huius sanguinis beneficio solutus est paries ille inimicitiarum, qui a creatore suo hominem excludebat. Sed quoniam hoc parum fuit, illa mors preciosa quæ peccatoribus ueniam contulit, iam reconciliatis etiam uirtutum gratiā impetrauit. Qui enim proprio filio non peperit, quomodo non cum illo omnia nobis donauit? Aspergitur ergo sanguis iste septies contra propiciatorium: quia morte CHRISTI intercedente, diuina propiciatione septiformis spiritus gratia confertur hominibus. Aspergitur contra orientem, quia lucem iustitiæ contulit nobis, ut iam mutati audieremus: Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Deinde ad hircum qui domino assignatus est, redit legislator: & quod de illo fieri debeat, decernit, dicens:

Leuit. 4.

Roma. 8.

Ephc. 5.

Roma. 9.

2. Cor. 6.

1. Tim. 1.

Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra uelum, sicut præceptum est de sanguine uituli, ut aspergat e regione oraculi, & expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & a prauaricationibus eorum, cunctisq; peccatis.

O inestimabilis gratia, o gratia superabundans. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Quæ societas luci ad tenebras? Quid peccatis cum iustitia? Quid sanguis hirci cum sanguine uituli? Sed fidelis est, inquit, sermo & omni acceptio dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Alioqui unde sanguini hircino tanta dignitas, ut sanctuario inferatur, ut asperione illius sanctuarii expiet? Sed quod miraris o homo, si tu ascendisti, si in hono

rem assumptus es qui cōtemptibilis iacebas, cum propter te cedrus illa Libani se deposuerit, cum propter te summus ad ima descenderit? Si uerbum caro factum est, si deus in terra natus est, & humiliavit se usque ad mortē crucis, nunquid tanta res sine causa fieri potuit? nunquid sine fructu? Nequaquam, sed quotquot receperunt eum, data est eis potestas ut filij dei efficiantur: & habemus iam fidutiā in introitu sanctorū in sanguine Christi. O rex, tantæ memor es gratiæ, tantæ inquam gratiæ memor es, quia reparatur reus homo dei morte, quid retribuemus tibi pro omnibus quæ collata nobis agnoscimus? Ecce enim sanguis hirci qui pro peccato mactatur, infertur intra uelum, & cum sanguine uittuli pariter offertur. Magna gratia, magna dignatio. Sanguis enim hirci, ut in hostijs pro peccatis tractatus est, cruciatum pœnitentiæ designat: quo unusquisque iniquitatis suæ memorem, coram deo se macerat. Vnde scriptum est, quia iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. & in diuersis scripturis, de aliquibus qui delinquit, dicitur: Hoc uel hoc commisit, sanguis eius super ipsum sit: id est, pœnam sustineat quam promeruit. Cum ergo peccator reatus sui conscientia stimuletur, pœnitentiæ dolore torquetur, hircus iste manat sanguine: & spiritus contribulati uictimam immolat, quā humilitatis amator deus non spernat. Gaudium est enim, inquit, angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quā super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentiā. Postquam ergo sanguis uittuli contra propiciatorium aspersus est, postquam pater morte filij sui peccatoribus est reconciliatus, iam sanguinis nostri oblatio apud eū inefficax esse non potest. Infertur intra uelum, quia ingreditur in conspectu dei gemitus afflictorū. Aspergitur e regione oraculi, & sanctuarium expiatur: quia futuræ uitæ sanctificatio, pœnitenti contritione acquiritur. Nō enim sanguinis huius aspersio sanctuarium mundari dicitur, quasi sordes aliquæ ibi sint, quæ per hunc sanguinem expiantur: sed emundatio eius est, perfecta per humilitatem præsentem acquisita sanctificatio. [Et expiet, inquit, sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & à prauaricationibus eorum.] Immunditiæ ad cor, prauaricationes uero ad opera referendæ sunt. Immundus est namque interior, qui prauis affectionibus inquinatus: qui uero contra ueritatem aliquid agit, prauaricationis arguitur. Vnde breuiter utrumque complectens, adiecit: [Cunctisq; peccatis.] Sequitur:

Iohan. 1.

Phil. 2.

Ioh. 1.

Heb. 10.

Leuit. 4.

Psal. 57.

2. Reg. 1.

3. Reg. 2.

Luc. 15.

Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio fortium habitationis eorū.

De tabernaculo exteriori hoc dicitur, quod egressus de sanctuario pontifex expiare iubetur. Sed quid est, quod hoc tabernaculum in medio fortium habitationis eorum esse prohibetur? Nonne cum tabernaculo & sanctuarium inter eos fixum fuerat? Ergo quia litera sibi non subuenit, ad mysterium recurrendum est. Tabernaculum quippe exterius, pœnitentiæ ecclesia: interior, futura. In cælo tantum boni, hic autem & boni & mali. Tabernaculum itaque exterius in medio fortium habitationis eorum fixum est: quia quandiu homo in hoc corpore uiuit, ad quam sortem pertineat, incertum est. Vnde iustus cum timore precatur, dicens: In te speraui domine, dixi, deus meus es tu. in manibus tuis sortes meæ. Tanquam diceret: Cuius sortis ego sim, nōdum scio, tu tamen potestatis hoc esse scio, ut tibi mea fors exeat, & in electorum tuorū partem me transferat. Sanctuarium autem hanc medietatem euasit: quia Ierusalem cælestis, suæ sortis certitudinem iam accepit. Tabernaculum igitur sanguinis aspersio mī datur: quia ab unoquoque nostrum pœnitentiæ satisfactione commissa culpa detergitur. Sed quoniam nihil habet homo quod non acceperit, in omnibus quippe diuina misericordia præuenit nos, nondum enim sciebamus eum, quādo ipse iam operabatur salutem nostram in medio terræ, apte subiungitur:

Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex ingreditur sanctuarium, ut roget pro se & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israel, do nec egrediatur.

Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Vnde ipsum granū in psalmo loquitur, dicens: Singulariter sum ego donec transeam. Transiit quippe dominus per passionē crucis suæ ex hoc mundo ad patrem. Nam & pascha transitus interpretat. Antequam igitur transiret, solus fuit: quia donec passionis eius dē mysteriū consummaret, sustinuit q̄ simul contristatē, & nō fuit: & q̄ cōsolaret, & nō inuenit. Cōtristati sunt quōdē eo moriētē & discipuli eius, sed non simul contristati sunt. Nō em erat dolor

Psal. 30.

1. Cor. 4.

Psal. 71.

Ioh. 12.

Psal. 140.

Iohan. 13.

Psal. 68.

Thre. 1.

illorum, sicut dolor eius. Illi autem dolebant, quod moriebatur quem maxime diligebant: ipse uero amplectens mortem suam, quia potestate animam ponebat, non necessitate, super Ierusalem flebat, & de humana perditione dolebat. Quem dolore illius nemo consolabatur: quia qui hominum littebat salutē, nec in suis fidei stabilitatem inuenit, fugientibus omnibus & solum illum relinquentibus. Quod & ipse paulo ante eis prædixerat: Venit, inquit, hora & iam uenit, ut dispergami unusquisque in propria, & me solum relinquantis. Venit in mentem quod Nehemias, cum ruinas Ierusalem uisitasset, postquam tres dies in ea iam fecerat, furgēs nocte cum paucis ut circuiret ciuitatem, cōsiderabat murum dissipatum, & portas eius exustas. Plena sunt mysterijs quæ ibi dicunt: sed ego hoc solum inferam, quod de itinere suo ipse testatur: Et iumentum, inquit, non erat mecum, nisi animal cui sedebā. Nonne manifeste Nehemias illum exprimit, qui reādicator Ierusalem cælestis, per Isaiā loquitur, dicens: Circumspexi, & nō erat auxiliator: quæsiui, & nō fuit qui adiuuaret: Quomodo enim uel ipso præteream, quorum absentiam in hoc eodē loco commemorat, dicens: Torcular calcui solus, & de gentibus nō est uir mecum? Torcular quippe mors intelligit, grauis utiq; pressura. Hoc autē torcular ipse calcauit, quia moriens mortem superauit. Sed in tanto hoc negotio solus fuit: nec præter animal cui sedebat, corpus uidelicet quod obedientiæ pater næ subdiderat, aliud iumentum habuit. Gentes enim ad fidem illius nondum accesserāt: qui uero iuxta cum steterat, iam a longe stabant. Nullus ergo hominum in tabernaculo fuit, cum magnus iste pontifex ad offerendū sanguinem hostiæ suæ sanctuarium ingrederetur, cum aspergeret propiciatorium, & patrem humano generi morte sua propicium redderet. Omnes namque (ut præ diximus) in hora tentationis illius recesserunt ab eo, nec in sanctitate promissæ fidei persisterunt. Quæ autem dicitur pontifex ingrediens sanctuarium, orare pro se & pro domo sua: & pro uniuerso cœtu Israel: manifeste hanc distinctionem in oratione, quam dominus passioni appropinquans patri obtulit, aduertere possumus. Prius enim pro se orauit, dicens: Pater, clarifica filium tuum. Deinde pro domo, id est, pro his qui sibi iam familiariter ad hærebant: Pater, inquit, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, quia tui sunt. Cum essem cum eis, ego seruabam eos: nunc autem ad te uenio: non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Postremo oēm cœtum Israel eadem oratione complectitur,

Ioh. 10.

Luc. 19.

Mat. 26.

Ioh. 16.

Neh. 2.

Isai. 63.

Ibidem.

Mat. 26.

Ioh. 17.

Ibidem.

dicens: Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum sint. Hæc autem oratio, quam ante passionem uerbis deprompsit, etiam sub passionis hora in affectu illius perseverauit. Tunc namque oratio eius in sinu suo conuersa est. Ut ergo ad id quod præmissum est reuertatur, Christo sanctuariū ingrediētē, nullus in tabernaculo fuit, sed do nec egrederetur. Post egressum namque illius, multi tabernaculum introuerunt, nunquā amplius egressuri. Granum quippe illud frumenti, postquam cadēs in terram mortuum est, multum fructū attulit, & uirtutis suæ exemplum latius propagauit. Quæ autem fuit egressio eius? Nepe quia occultus fuerat prius ille speciosus præ filijs hominum, ille formosus in stola sua, cum nō esset ei species neque decor, absconditus erat uultus eius, & quasi leprosus aestimatus est. Cum essent cornua in manibus eius, ibi abscondita erat fortitudo illius. Egressus est itaque, cum se mundo manifestauit, cum per gloriam resurrectionis quis esset apparuit. Sed quo egressus sit, & quibus se præsentauerit, sequētia docebunt nos. Lex enim, si intelligatur, in euangelium conuertetur.

Cum autē exierit, inquit, ad altare quod est coram domino, ore pro se.

Iuxta literam altare holocausti intellige, quod ante tabernaculi ingressum positum erat. Ad hoc enim, expiato sanctuario & tabernaculo, pontifex egrediebatur. Nota tamen quod non dixerit, ad altare holocausti egredi pontificem, uel quod ante fores tabernaculi cōstitutum est: sed cum exierit, ait, ad altare quod est coram domino. Quod non sine causa factum est. Innuitur quippe aliud esse altare quod coram domino nō est, cū huius gratia exprimitur, & coram domino esse memoratur. Altare itaque, ut superius iam dictum est, ecclesia intelligitur, per apostolos fundata, & de gentibus congregata. In hac enim sacrificiū iustitiæ & hostia munda deo offertur, sicut per prophetam dominus perhibet, dicens: Ab ortu solis usq; ad occasum, magnum est nomen meū in gentibus: & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Inde est quod rex Dauid cum uidisset euangelium cædētē populum, & misericordem dominum inuocasset, audiuit dicente sibi propheta, ut in area gentilis hominis, uidelicet Areuna Iebusgi, altare domino constitueret, & hostias super illud offerret. Obtulit ergo holocausta & pacifica, & repropiciatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. Iam tunc igitur præfigurabatur in

Ibidem.

Psal. 54.

Iohan. 12.

Psal. 44.

Isai. 63.

Isai. 53.

Habac. 3.

Mal. 1.

2. Reg. 24.

nationibus altare collocandum, quod coram domino esset: quia uidelicet oblationes & holocausta illius respiciens, terræ propicius fieret. Quod est autem altare quod coram domino non est, nisi synagoga, cuius munera sibi non placere per prophetam ipse testatur, dicens: Non est mihi uoluntas in uobis, & munus non suscipiam de manu uestra? Itemque per Isaiam: Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum, dicit dominus? Plenus sum. Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum & agnorum & hircorum nolui. Iam itaque manifestum existimo, cur Aaron ad altare quod coram domino est, exire dicitur: quia scilicet dominus Iesus, contemptis in fidelibus iudeis, qui de carnali iustitia præsumebant, discipulis suam resurrectionem innotuit: & per ipsos nobis, quos eiusdem gratiæ socios effecit. Vt quid autem ad altare hoc egrediens, orare pro se tantum dicitur, qui antequam sanctuarium intraret, tam pro se quam pro domo sua orasse perhibetur? Sed meminisse debemus, quod Christus oraculum cum sanguinis oblatione ingrediens, solus omnium nostrum causam egit. Nullus in tabernaculo erat: quia nemo quem oporteret, suæ salutis curam gerebat. Egresso uero eo, ut cognitum est per orbem terrarum, quod ad resurrectionis gloriam per crucis ignominiam peruenisset, docetibus apostolis quod ab eo acceperant: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur: nationes protinus diuersæ, filij dei hæcenus dispersi, sed per CHRISTI fidem congregandi, quos ipse nescientes & longe aliud cogitantes, in illa sua oratione commendauerat patri: his quæ sibi euangelizabantur fidem adhibentes, iam suæ salutis sollicitudinem susceperunt: & eum in quem crediderant, orare acceperunt, ut poenas euadere & ad regni ipsius gaudia possent pertingere. Christus tamen post egressionem suam pro se orare dicitur: quia iure capiti ascribitur, quicquid à membris illius, eo inspirante, fieri uideatur. Sequitur:

Et sumptum sanguinem uituli atque hirci, fundet super cornua eius per gyrum: aspergensque digito septies, expiet & sanctificet illud ab immuniditibus filiorum Israel.

Promiserat ipse dominus, dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Vt ergo misericordia eius in progenies & progenies fieret, & passionis illius utilitas ad postereros usque in finem transiret, sanguis uituli super cornua altaris

funditur, quæ doctoribus ecclesiæ crucis Christi prædicatio traditur. Hi namque inter ceteros quasi cornua sunt: quia sanctitate uitæ & doctrinæ merito excellunt. Per hos ergo & nobis utinam uituli huius sanguis infundatur, ut simus terra illa quæ os suum aperuit, & sanguinem iusti de manu fratricidæ suscepit. Sed cum sanguine uituli, etiam hirci sanguis super cornua altaris fundi iubetur. Doctores quippe cum fidem prædicant, etiam poenitentiam gentibus annunciant, iuxta quod scriptum est: Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes. Suscipiunt itaque sanguinem hirci, cum uel sua uel proximorum peccata attentius plangunt, & uerbis salutaribus ad idem studium alios accendunt. Funditur uero sanguis iste super cornua altaris per gyrum: quia dei gratia per orbem uniuersum multi inuenti sunt, qui hoc officium implere potuerunt. Aspergensque, inquit, digito septies, expiet & sanctificet illud ab immuniditibus filiorum Israel. Res est manifesta, ecclesiam ab immuniditibus suis tum fidei uirtute, tum poenitentia suæ satisfactione mundari. Aspergitur uero sanguis septies, propter septiformem spiritum, per quem peccatorum remissio condonatur. Aspergitur digito pontificis, ut intelligas CHRISTI I uotesitate ueniam peccatoribus tribui. Sunt tamen eiusdem & illi participes, quibus ipse ait: Quodcumque solueritis super terram, solutum erit & in cælis. Postea uero ad hircum emissarium reuertitur legislator, ita subiungens:

Postquam emundauerit sanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offeret hircum uiuentem.

Interim propter utilitatem iustorum, differtur damnatio reproborum. Electi quippe etiam malis bene utuntur. Vt enim ait beatus Gregorius, ferrum nostræ animæ non perducitur ad subtilitatem sui acuminis, si non hoc eraserit alienæ lima prauitatis. Quadratur hic uariis tunctionibus lapides cælestis edificij: sed cum Salomon noliter ad templi sui fabricam illos trāstulerit, neque malleus, neque securis ibi audietur: sed unicuique locus competens quem sine pressura teneat, inuenietur. Relaxentur itaque mali ad oppressionem bonorum, ut electi sicut de Elia scriptum est, per turbinem in cælum confendant: dum mundi huius tribulationibus amaricati, magis cælestibus inhiant. Venient tamen dies, ut reprobi omnes cum principe suo diabolo, quod fecerint, recipiant. Erit, inquit, Isaias, cum cõpleuerit

dominus cuncta opera sua in monte Sion: & in Ierusalem, usitabit super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Hoc est quod lex etiam in præfati decernit, cum emundatum fuerit sanctuarium & tabernaculum & altare. Hæc enim sunt opera dei, quæ operatur in monte Sion, tunc offerendum & hircum uiuentem, eos scilicet qui in peccatis suis perseuerauerunt, diuino iudicio præsentandos. Notandum uero, quod sit inter tabernaculum & altare interstita. Nam de sanctuario quid significet, quæ uel sit eius mundatio, superius expositum est. In altari itaque hostiæ cædebantur, fundebatur sanguis, & quorundam etiam animalium carnes cremabantur. In tabernaculo autem erat altare aureum, habens ad meridiem candelabrum luminis, ad aquilonem uero mensam propositionis. Quæ omnia in fidelium conuersatione facile possunt discerni. Alij namque aduersus carnem suam graue adhuc certamen est, dum rebellem sibi mortificare contendunt: & sanguinem uitiosorum affectuum, per quos carnalis uita subsistit, à se eijciunt. Quod si & tales sint qui perfectionis trahantur desiderio, maiori spiritus igne succensi, seculari conuersationi renunciant: ut in nouitatem uitæ transeûtes, holocaustum fiant. Hi omnes donec adipiscantur quod cupiunt, quâquam inter hostias dominicas iam connumerentur, nondum tamē ad interiora tabernaculi perueniunt. Postquam uero desideratam perceperint puritatem, iam pacificatis interioribus, in cubiculum cordis sui recepti, orationum suarum thura in altari aureo deo incendunt: & his qui ad austrum sunt, imitari scilicet uolentibus, suæ sanctitatis lumen expandunt: contra aquilonem uero, sacræ scripturæ consolationem accipiunt. Hæc quippe est mensa de qua legitur: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Cum igitur in aliis iustitiæ rudimenta, in alijs prouectum eius inuenias, omnibus sanguinis huius aspergio necessaria est: quia nemo sine forde, nec iustus scatur in conspectu dei omnis uiuens. Sequitur:

Et posita utraque manu super caput eius, confitebitur omnes iniquitates filiorum Israel, & uniuersa delicta atque peccata eorum.

Quod præcipitur Aaron super caput hirci manum suam ponere, per manum Aaron animaduersio diuina intelligenda est. Hæc est manus, sub cuius pondere quidam peccator gemens, dicebat: Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. Nahum quoque propheta contra Assur loquens: Non est, ait,

obscura cõtritiõ tua: pessima plaga tua. Omnes qui auditionem tuam audierunt, compresserunt manum super te: quoniam super quem non transit malitia tua semper: Tãquam diceret: Omnibus infestus fuisti: idcirco audientes de cõtritione tua, gauisi sunt. compresseruntque manum super te, quia perditioni tuæ consenserunt. Ponit ergo Aaron manum super caput hirci, ut diuini districtione iudicij conuertatur dolor eius in caput illius, & in uerticem ipsius iniquitas eius descendat. Ponit uero manum utraq;que, ut & præsentis & futuras eius poenas insinuet. Ipsa enim malitia, suum tormentum secum habet. Minimum (ait quidam) ex nequitia leuissimumque, ad alios redundat. Quod pessimum ex illa est & (ut ita dicam) spississimum, domi remanet & premit habentem. Sed quoniam reprobi inebriantur absinthio, & mala interiora non sentiunt, primæ manus iungitur secunda, ut post extremum iudicium etiam corpore ardeat, quibus animarum suarum dolores uiuereat. Inde est quod iudicibus cum principe suo Iesuribus contra Babylonem, in Apocalypsi dicitur: Reddite illi sicut illa reddidit uobis, & duplicata duplicia secundum opera eius. In poculo quod miscuit, miscete illi duplum. Quæ poenæ duplicitas, & ad tempus & ad qualitatem illius referri potest. Ad tempus, quia cum reprobi præsentis poenas iustis intulerint, ipsi post huius temporis dolores, æterna incendia sustinebunt. Ad qualitatem uero, quia qui corporeis cruciatibus bonos affligunt, ipsi & corporis & animæ dolores æternaliter non euadent. Sed quid est quod præcipitur Aaron, ut ponens manum utranque super caput hirci, confiteatur iniquitates filiorum Israel? Nimirum quia (sicut ait beatus Gregorius) ad hoc impij in æternum cruciabuntur, ut iusti iustis eorum tormentis, liberatori suo gratias agant. Confiteri enim debent, quod & ipsi natura fuerunt filij iræ, & digni similia pati, nisi gratia subuenisset. Sic quippe fiet, ut misericordias domini in æternum cantent. Quæ uero subditur, [ & uniuersa delicta atque peccata eorum, ] si quis inter delicta atque peccata querit quid differat, ad hostias pro peccato & pro delicto, recurrat: ibi enim de hac re latius disputatum est. Deinde subiungitur:

Quæ imprecans capiti eius, emittere illum per hominem paratum in desertum.

Istæ sunt preces, imprecationes scilicet, de quibus supra dixerat: Statuet eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eum. Imprecatio tamen ista non fit male dicentis uoto: sed aut prophetur quod futurum est, aut iudicij seueritate poena debita irrogat. Mul-

Mala. 1.

Isai. 1.

\* anteq.

Marci. 16.

Mat. 28.

Luce. 1.

Gen. 4.

Luce. 14.

Mat. 18.

Psal. 22.

Psal. 142.

3. Re. 6.

4. Reg. 5.

Psal. 31.

Nah. 3.

Isai. 10.

Psal. 7.

Thre. 5.

Apor. 18.

Eph. 2.

Psal. 88.

ra habes in scripturis similia. Fiat, inquit, mensa eorum coram ipsis in laqueum. Et fiat habitatio eorum deserta: innumeratq; huiusmodi. Sed queri potest, qua ratione peccata atq; delicta filiorum Israel, hirci huius capiti imprecantur. Scriptum est quippe, quia unusquisque onus suum portabit. Ut quid igitur hircus huic iniquitates impuratur aliena, cum illi sufficiat sua? Sed uidetur locus iste commendare gratiam, non diuinam iustitiam demonstrare. Cum enim hircus uterq; pari tenetur conditione, & communi stringeretur reatu: unus per gratiam liberatur, alter in damnatione relinquitur. Imprecatur autem Aaron capiti illius iniquitates filiorum Israel, statuens eum uiuum coram domino: quia scilicet orat iram diuine indignationis, cui etiam filij Israel fuerunt obnoxij, illis per gratiam absolutis, in caput istius tantum retorqueri: ut peccati poenam solus sustineat, qui cum filijs Israel peccato mori noluit, sed solus in iniquitate permansit. Huic simile quid in proverbis reperies: iustus, inquit, de angustijs liberatus est, & tradetur impius pro eo. Quomodo enim pro iusto traditur impius, nisi ut intelligas loco iusti, quia uidelicet in illis angustijs suo merito relinquitur, a quibus iustus per diuinam gratiam liberatur: Hinc & uisitata habet sermo, cum forte tres aut quatuor in eodem furto deprehensi fuerint: si ceteris relaxatis, unus teneatur ad poenam: statim dicitur, quia solus luit quod ceteri commiserunt: non quod ultra meritum suum quicquam sustineat, sed quod communem reatum iste solus portat. Imprecatur ergo Aaron hircus huic peccata filiorum Israel: & emittere, inquit, illum per hominem paratum in solitudinem. De solitudine, quae sit in quam hircus iste emittitur, paulo ante tractauimus. Quis uero homo ille sit, qui ad eum emitendum paratus dicit, quaestio est. Ego quidem nullum libentius hic accipio, quam eum in quo constat & salus electorum, & iudicium damnatorum. Ipse est enim salutare dei, de quo patri per Simeonem dicitur: Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Paratus est igitur, ut per illum credentes iustificentur: paratus etiam, ut per illum impij condemnentur. Lampas (ait Iob) contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Ad quod tempus, nisi de quo ipse in psalmo loquitur: Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo: Si Apostolus paratum se dicit & in promptu habebit, uel scilicet omnem inobedientiam: cur non magis ille, qui in nullo infirmatur, sed in omnibus potes est, Christus? Per hominem ergo hunc magnum, qui cum deus & homo sit, ad tantum opus paratus est, quia ad omne quod uoluerit, inualidus non est, mittetur hircus iste in solitudinem:

quia postquam principem malorum omnium interficiet spiritu oris sui, audient reliqui: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sequitur: Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij. Saluator quippe postquam damnatos emiserit in solitudines sempiternas, reuertet ad illud tabernaculum non manu factum, aeternum in caelis. Illic enim manserit, ministrabit illis, transiens uidelicet a iudicio ad regnum: & faciet illos discubere, in aeterna scilicet refectione gaudere. Vnde & subditur: Et depositus uestibus, quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium: neq; enim in illa carnis corruptione tunc apparebit, in qua pro nobis mortem sustinuit: relictisq; ibi: id est, in perpetuum abdicatis: resurgens quippe a mortuis, iam non moritur, & corruptio ei ultra non dominabitur: lauabit carnem suam in loco sancto: quia hominem assumptum in illa caelesti conuersione mundum exhibebit, non tam a peccati contagione, quam nunquam contraxit: quam a seruili humilitate, in qua prius quasi leprosus apparuit, despectus, & nouissimus uirorum, tanquam percussus a deo & humiliatus. Vnde & Iesus sacerdos magnus, in Zacharia fordibus uestibus indutus inuenitur: quae tamen ab eo ablatae sunt, & indutus est mutatorijs. Hoc ipsum & in lege reperies. Sequitur enim: Indueturq; uestimentis suis: quae posita mortalitate pro nobis suscepta, ea quae hominem deum deceat, stolam immortalitatis se indutum ostendet. Nobis enim quasi non erat, quod prius non apparebat. Et postquam egressus obrulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit pro se quam pro populo. Egredietur tunc dominus Iesus ad domesticos suos: quia & in iudicio & bonis & malis in humana uisus est specie, post iudicium amicis diuinam maiestatis suae gloriam exhibebit, sicut ipse promisit, dicens: Si quis diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum. Holocausta uero ipsius ac plebis, quae egrediens iubetur offerre Aaron, arietes sunt illi duo: quorum unum pro se offerendum parauerat, alium autem a plebe susceperat. Porro alia sunt holocausta praesentis temporis, alia futuri. In praesenti namque holocaustum efficitur, quisquis spiritus

feruore successus, ex integro diuinis officijs mancipatur. Quae uero sunt holocausta caelestis patriae, beatus Augustinus in psalmo sexagesimo quinto nobis exponit, dicens: Quid est holocaustum? Totum incensum, sed igne diuino. Totum te consumat ignis dei, nihil tui remaneat tibi, totum sit deo. Hoc erit in resurrectione mortuorum, quando corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate: tunc fiet sermo scriptus est: Absorpta est mors in uictoria. Victoria quasi ignis diuini est, qui absorbet mortem nostram. Holocaustum est, cum non remanet mortale aliquid in carne, non remanet aliquid culpabile in spiritu. Offeret ergo Christus in illa sua manifestatione holocaustum, suum ac plebis, cum populi sui duces secum tradiderit patri suo, omni labe mundatos, omni labore exoneratos, & solis amodo diuinis laudibus occupandos. Postquam uero egressus obrulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit (inquit) tam pro se quam pro populo. Quid ergo? Nunquid orationibus in illa sufficientia positus opus erit? Quibus nihil deerit boni, nihil timebitur aduersi, quod amplius necesse erit ut pro illis oretur? Sed rogabit, dictum est, quasi rogasse se manifestabit. Quando enim orat pro nobis CHRISTVS, & fructum orationis ipsius nondum percipimus, quod nondum uentur, quasi non fieri existimatur. Orat uero tam pro se quam pro suis: cum meritum orationis suae, quantum uel sibi uel amicis profuerit, manifestat. Habes & multa similia. Vos, inquit, uiscerum tristitia habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Quando non uidet suos dominus? Sed uisurum se dicit, quasi quod uideat, palam facturum. Quasi enim non uidebat, cum in tribulatione positus non statim subueniebat. Sic est & quod paulo ante commemorauimus de dilectore ipsius: Et ego, inquit, diligam eum. Nonne ipse prior dilexit nos? Quomodo ergo iam diligentes nondum diligit, sed dilecturum promittit? Sed hoc est quod dicimus: tum primum diligere se asserit, cum fructum eius suae dilectionis ostendit. Nam uelut odio habere existimatur, quodiu quasi inimicos, disciplinae eos rigore persequitur. Rogabit itaque Christus in illa caelesti patria tam pro se, quam pro populo suo: cum orationis suae fructum & efficaciam, siue in sua gloria, siue in populi sui beatitudine, declarabit. Post holocausta uero, ad hostias quae pro peccatis oblatae sunt, uultu scilicet pontificis & hircum populi, reuertitur legislator, dicens:

Et adipem qui oblatum est pro pec-

catis, adolebit super altare.

De sanguine horum animalium quid fieri deberet, superius disposuerat: nunc cetera subiungit, adipem cremari super altare, carnes uero cum pellibus & fimo extra castra efferi praecipiens. In principio namque Leuitici huius, omnium hostiarum adipem sub una sententia ponit, dicens: Omnis adeps domini erit iure perpetuo. In adipibus siquidem affectiones nostras intelligimus. Tanquam enim sine adipe bonum operatur, qui coactus & sine deuotione illud exequitur. Cum adipe uero hostia offertur, quando cum hilaritate domino seruitur. Sicut autem de holocaustis diximus, aliter cremantur adipem nostrum, dum modo in dominico seruitio laboramus: aliter postea, cum laboris nostri praemium percipimus. Nam quia de hostijs pro peccato interim sermo est, in hostia CHRISTI adeps fuit, quod libenter se ipsum pro nobis obrulit. Nostra quoque pinguis efficit, si peccati labor deuota mente suscipitur. Habet uterque adeps suum ignem: quia & Christus propter nimiam charitatem qua nos dilexit, uolens se ad hanc humilitatem deposuit. & nos desiderio diuinam reconciliationis, laborem prompti suscipimus satisfactionis. Adeps tamen iste, cum tempus retributionis aduenit, nouas concipiet flammam. Nam saluator noster Christus cum fructum sui laboris uiderit, tantum scilicet populum quem suo sanguine sibi acquisiuit, illa uoluntaria mors in qua animam suam pro amicis posuit, gaudium illi ineffabile pariet: sicut ipse per prophetam testatur, dicens: Inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturauit. Ideo quasi de somno suscitatus sum, & uidi, & somnus meus dulcis mihi. Hoc enim de somno mortis illius intelligendum est. Sed & nostro adipi flammam suam splendor non de erit, cum gemitus nostri deuotio in laetitia nobis commutabitur, iuxta illud psalmista: Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedit me laetitia. Ista uero adipum inflammatio super altare fiet: quia cordis aram quam prius luctus pressit, gaudium subsequens illustrabit. Sed quoniam nunc de poenitentia malorum, nunc de praemijs beatorum multa audiuimus: quicquid haec credit futura, sanctificare se debet, & ad eadem praemia praeparare. Vnde & apte subiungitur:

Ille uero qui dimiserit caprum emissarium, lauabit uestimenta sua, & corpus aqua, & sic ingredietur in castra.



*Psal. 80.* Hic caprum Christus emissurus est, imo & dimissurus, quia dimittit impios seculum desideria cordis sui. Sed qd ille faciet imperij sui potestate, iam nos facimus fide, qui credimus quod futurum est. Abluamus ergo fordes operis, abluamus & metus, uestesci corpore: ut qui de uentura malorum damnatione presertimur, cu dies illa uenerit, inter damnandos non annumeremur. Eianque qui mundus inuentus fuerit, castrorum caelestium sine dubio aditus patebit. Sequitur:

Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerat immolati, & quorum sanguis illatus est, ut in sanctuario expiatio compleretur, asportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles, quam carnes eorum & limum.

Repetitur de uitulo pontificis, quod in prima eius tractatione sanctum fuerat: ut effera extra castra, & ibi comburatur. De qua eius combustione, etiā nos quod ibi diximus, paucis repetimus. Sicut uiruli huius immolatio CHRISTI passionem significat, sic crematio resurrectionem. In ignis em splendore claritas resurrectionis eius aduertitur, uelut absorbens mortem uictoria: De qua claritate ante passionem patrem rogans, ait: Pater, uenit hora: clarifica filium tuum. Vitulus ergo in castris occiditur, sed extra castra comburitur: quia CHRISTVS in Iudaea passus, a gentibus creditur resuscitatus. In pelle uero & carnibus, corpus eius comprehensum intelligamus. Nam superius hoc aperitur, ubi sic positum est: Pellem uero & omnes carnes, cum capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore, efferet extra castra. Quod autem fimo concr emanandis membris annumeratur: fimo uiruli, crucis est ignominia, contumelie & improperia, quae omnia in CHRISTI gloriam conuersa sunt. Sed qd est quod hircum pro peccato populi oblatum, cum uitulo pontificis comburi praecipitur?

*Ioh. 17.* Nonne hac de causa Moyses contra Aaron octaua die unctiois illius, iratus fuisse legitur, quod hircum qui oblatum fuerat pro peccato, exsultum repperit? Siquidem de hostijs pro peccato, hoc supra statutum est, ut comedantur. Omnis (inquit) qui est de genere sacerdotali, uescetur carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. Hunc tamen hircum uidetur excepisse cum uitulo pontificis, ita subiungens: Hostia enim quae caeditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. Ergo hircus pro peccato populi si alio tempore offeratur, comedi iubetur a sacerdotibus: cui uero in hac die expiationis cum uitulo pontificis immolatur, eadem lege qua & uitulus, extra castra comburitur. Vtrumque sine causa non fit. Quid enim sacrum comestio illa continet, suis in locis tractatum est, unde de crematione in qua uitulo sociatur, agendum. In holocausto itaque arietis Aaron, qd simul cum holocausto plebis oblatum est, sanctus ille sanctorum principibus populi sui, qui & ipsi sanctitate ceteris praerminent, coniunctus est. Nunc interim peccatoribus se coformans, & peccatores sibi in alia sua hostia, sicut primu in ariete resurrectionis suae gloriam exprimens, eadem spem penitentibus tribuit, dum eorum hircu suo uitulo in combustione coniungit. Quod uero simul extra castra comburi praecipitur, praeter illud quod paulo ante notauimus, quod Christus scilicet extra synagogam in gentibus glorificatus est: quia nunc & hircus adiungitur, extra castra intelligendum est, extra eam qua nunc in usu habemus, uiuendi consuetudine. Christus itaque caput omnium, & cum omnibus unus, tam arietem quam hircum populi sui, ad immortalitatem praecelsit: in combustione tamen sua utrosq; sibi consociat, spe interim illos adiungens, postea uero rei ipsius confortes efficiens. Ipse ergo in signum suis datus est, sicut & Iezechia: agrotanti cum quindecim anni ex promissione diuina superadderentur, datum est ei signum, dicente propheta: Hoc erit tibi signum a domino, quia faciet dominus uerbum hoc quod locutus est. Et reuertetur sol decem lineis per gradus quos descenderat in horologio Achaz. Sol autem iustitiae Christus: denarius uero, perfectus est numerus. Sol igitur decem lineis descendit, & per eadē regressus est: quia Christus descendit primum in inferiores partes terrae, & ascendit super omnes caelos. Descendit, perfectum se exhibens hominem: ascendit, cum plenum se deū, patriq; coaequalē declarauit. Vnde scriptum est: A summo caelo egressio eius, & occursum eius usq; ad summum eius. Hic igitur (ut dixi) in signum nobis datus est: ut quod in illo completum credidimus, etiā in nobis complendum speremus. Tam itaq; Iezechias, accepto tanto signo, de promissa sibi uita proluxiori non dubitat: quia homo continuo moriturus, ut fixum sit qd ei dictu est, Morieris tu & non uiues: post mortem tui uicturum se sperat, & septē annos in requie spiritus sui, octo uero in resurrectione corporis expectat. O radix Iesse, qui istas in signum populum, sub hac spe gentes deprecantur te. Viuet mortui tui, interfecti tui resurgēt. Hircus iste tecum in morte, tecum & in combu-

*Leuit. 4.* *Ipsi. 17.* *Leuit. 10.* *Leuit. 6.* *Ibidem.*

*Leuit. 17.* *Leuit. 10.* *Leuit. 6.* *Ibidem.*

*Roma. 6.* stione. Si enim (ait) mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam uiuemus cum illo. Si complanati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui em mortuus est, iustificatus est a peccato. Sed ecce datur reis uenia, mutatis promittitur gloria: qd hoc audit & credit, necesse est ut iustificatis conformetur, ut iustificatorum & ipse gloriam consequatur. Inde est quod subditur:

Et quicumque ea combufferit, lauabit uestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur in castra: eritq; hoc uobis legitimum sempiternum.

Secundum locutionem quam saepe notauimus, comburit uitulum, qui credit combustum. Comburit & hircum, qui de illo hoc futurum praesumit. Quisquis ergo Christi de gloria, membrorum uel illius non dubitat, lauet uestimenta, lauet & corpus suum, ut castro rum supernorum mereatur ingressum. Ois (ait Iohannes) qui habet spem hanc in ipso, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Quod autem dicitur, legitimum sempiternum erit uobis: quomodo sempiternum intelligi possit, quod sine temporis angustatur, in quarto huius operis uolumine tractatum recolimus: puto quod & in alijs locis, nec omnia ubiq; repetere ualeamus. Quia uero praeclearē huius solennitatis ritus expletus est, etiam de tempore illius ac die qua celebrare eam oporteret, tacere non debuit legislator: quam nobis exposuit, ita subiungens:

Quo tempore pontifex ingrediatur sanctuarium. Caput II.



Mense em septimo, decima die mensis, affligetis animas uestras: nullumq; facietis opus, siue indigena, siue aduena, qui peregrinatur inter uos.

*Leuit. 23.* *Apoca. 5.* *Roma. 10.* *Matt. 5.* *Ipsi. 38.* *Ipsi. 26.* *Mei*

uere, sed implere. In hac ergo die affligetis precipimus animas nostras, ut & nos sanctuarium ingredi possimus. Cor enim quod nouit amaritudinem animae suae, in gaudio illius non miscebitur extraneus. Si enim plangere scimus quod peccauimus: si temporalia gaudia paruipendentes, hanc uallem lachrymarum in qua positi sumus, intelligimus, tunc recte in corde nostro ascensionem disponimus. Unde & anima illa ad deum sitiens, quae dicere potuit, Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte, continuo subiunxit: Intrabo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei. Sed & Ieremias temporis huius gratiam exprimens, in quo diuersae nationes ad deum redeunt, in persona ipsius loquens: Ecce ego, inquit, adducam eos de terra aequilonis, & congregabo eos ab extremis terrae: inter quos erunt caecus & claudus, praegrans & pariens simul, ceterus magnus reuertenti huc. In fletu ueniēt, in precibus deducam eos. Luctus itaque nos inducit: & necesse est ut interim animam suam affligat, qui ad gaudio uentura se praeparat. Sed ecce ueniunt in die

*Psal. 83.* *Psal. 41.* *Iere. 31.*

*Nehe. 8.* *3. Ezra. 9.* Dies sanctificatus est domino deo nostro, nolite lugere, & nolite flere. Quomodo luctu quē legislator die sanctificato indicit, iste contradicit, nisi quia alia est seculi tristitia, ut ait Apostolus, morte operans: alia tristitia secundum deum, quae penitentiam in salutē stabilem operatur. Haec enim festiuitate deo exhibet, iuxta illud psalmista: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiae cogitationis die festi agent tibi. In hunc modum etiam Apostolus: Et quis est, inquit, qui laetificat nos, nisi qui contristatur ex nobis? Tristitia ergo qua peccata uel nostra uel aliena de flemus, qua peregrinationem nostram gemetes attendimus, ista festiua est, & solennem decet diem, quia etiam angelos laetificat, iuxta illud: Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Cum uero dana temporalia immoderate plangimus, cui spei aeternae consolatione contenta, mcerori huiusmodi nos absorbendos tradimus: haec est tristitia mortem operans, quae etiam uoluntati diuinae contraria, festiuitatis eius gaudijs creditur indigna. Ad uirtutē ergo animi populus excitatur, cum in die solenni flere prohibetur, ut scilicet terrena incommoda patienter admittat: & sub spei gaudio constitutus, praesentium malorum quodammodo sensum effugiat. De qua uirtute ibidem dicit: Gaudium domini est fortitudo nostra. Cum ergo praecipit lex, ut in die propiciationis affligamus animas nostras, non quamlibet tristitiam, sed eam quae secundum deum est, & quae gaudia parit sempiterna, nobis insinuat. Nul

*2. Cor. 7.* *Psal. 75.* *2. Cor. 2.*

*Luce. 15.* *Nehe. 8.*

lumq; inquit, facietis opus, siue indigena, siue aduena qui peregrinatur inter uos. De operibus quæ corporeæ necessitati subdita sunt, quæ & seruilia sæpe nominat, hoc intelligendum est. Nam si qua spiritualia erant ad diuinum cultum pertinentia, ut circūcisio fuit, & sacrificiorum celebratio solennis: habemus testem dominum in euangelio, quia sacerdotes in templo sabbati uiolabant, & sine crimine erāt. Quid igit seruilia opa, nisi peccata intelligimus? Ipsa enim sunt, quæ hominem seruituti subiiciunt, & ingenitam illi adiungunt libertatem. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. A peccato itaque lex hominem reuocat, cum in die sancto ad seruilium illum opera non relaxat. Dignum quippe est, ut pudendam seruitutem iā dedignetur, propter quem libertati restituendum dominus omnium uenit, & serui formā accepit. Qui quomā lapis angularis est in ædificio suo, & utriusque populi saluator, scriptura tam iudæos quam gentes huius præcepti lege constringit, dicens: Nullum facietis opus, siue indigena, siue aduena qui peregrinatur inter uos.

Sequitur:  
In hac die expiatio erit uestri atque mundatio.

Expiatio ad CHRISTVM pertinet, mundatio ad nos. Ipse enim expiat nos sanguine suo, cuius asperzione mundamur. Unde & subditur:

Ab omnibus peccatis uestris coram domino mundabimini.

Coram domino, inquit. Multi enim corā hominibus mundi uidentur, quorum immūda est conscientia. Si sanguis (ait Apostolus) hircorum & taurorū & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quāto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostrā ab operibus mortuis, ad seruiendum deo uiuenti? Hæc est mundatio coram domino: ubi mundatur conscientia. Deinde subiungitur:

Sabbatum enim requietionis est: & affligetis animas uestras religione perpetua.

Verum illud sabbatum est, cū quiescimus agere peruerse: cum obaudimus Christo dicenti, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos requiescere faciam. Sequitur:

Mat. 12.

Ioh. 8.

Heb. 9.

Isai. 1.

Mat. 11.

Expiabit autem sacerdos qui unctus fuerit, & cui<sup>9</sup> initiatae sunt manus, ut sacerdotio fungatur pro patre suo.

Quia religio ista perpetua sanciebatur, uidelicet quādiu in populo illo cultus antiquus perseveraret: impossibile autem erat, ut unus homo tantum temporis expleret: necesse fuit, ut in hoc officio sacerdotes sibi succederent, sicut apostolus ait: Plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Recte autem, quicūque ad cōplendam successionem locum patris sortitur, ungi præcipitur, atque initiatur (hoc est, consecratur) manus illius, ut magni pontificis tyrum teneat, quem unxit deus spiritu sancto & uirtute: cuius etiam sanctificatae sunt manus, quia peccatum non fecit: unde & solus inuictus est dignus, qui peccatores expiaret, & peccatum mundi auferret. Deinde tradet successoribus legislator, quod supra Aaron præceperat, dicens:

Indueturq; stola linea & uestibus sanctis, & expiabit sanctuariū & tabernaculum testimonij, atque altare, sacerdotes quoque & uniuersum populum.

De sanctuario & tabernaculo & altari, ut per pontificem expiarentur, iam superius decretum fuerat: nunc uero adduntur sacerdotes & populus, puto ad comprimendam cōtumaciam incredulorum: qui sub præsentia ueri pontificis ceruicem contra eum exerebant, de iustitia sua præsumentes, & gratiam illius abiicientes. Contra eos itaque dicitur, quia & sacerdotes & populus per hunc pontificem expiantur: ut audiant rebelles & intelligant, quod non est aliud nomen datum sub cælo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Denique complēs legislator omnia quæ de die huius celebritate præmissa fuerant, ita subiunxit:

Eritq; hoc uobis legitimum sempiternum, ut oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat dominus, \*Moyfes.

Heb. 7.

Actu. 10.

1. Pet. 1.

Actu. 4.

\* Deinde

\* Moysi.

# RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER XIII.

¶ Ut nullus hostias offerat, nisi ad ostium tabernaculi. Caput 1.



VM DE sacrificijs maxime hucusque tractauerit legislator, tam sacerdoti quam populo: exposuit nobis, quæ a quibus, uel quo tempore offerri oporteret, locum etiā sæpe expressit, coram

tabernaculo præcipiens hostias immolari. Nunc uero hoc fortius astringit, prohibens omnino ne alibi immolentur: & si quis hoc fecerit, reū sanguinis esse testatur. Hoc est quod sequitur:

Et locutus est dominus ad Moysem, dicens: Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filijs israel, & dices ad eos: Iste est sermo quem mandauit dominus, dicens: Homo quilibet de domo israel, si occiderit bouē aut ouē siue caprā, in castris uel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, sanguinis reus erit. Quasi sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui.

Ad coercendam populi idololatriam, ista præcipiuntur. Neque enim de illis animalibus loquitur lex, quorum carnes ad usus parabantur quotidianos, sed quæ religionis causa occidebantur. Præcipit ergo ne extra locū prædictum, qui domino consecratus fuerat, cuiquam liceat immolare: ne forte plebs adhuc carnalis, diuersa sibi ad sacrificandum loca eligens, nouos quoque deos pro arbitrio sibi ad inueniret. Hoc nāque in populo illo crebro postea factum fuisse, prophetæ qui Moyse successerunt, & pro hac præuicatione contri-bules suos acrius obiurgauerunt, nobis sunt in testimonium. Habes in Ieremia: Peccatum Iuda, inquit, scriptum est stylo ferreo, in ungue adamantino, exaratum super latitudinē cordis eorum, & in cornibus ararum eorum, cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum & lucorum, lignorumq; frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro. Per Iezchielem prophetam quoque: Comple-

bo, ait dominus, indignationē meam in eis, & scietis quia ego dominus, cum fuerint interfecti uestri in medio idolorum uestrorū, in circuitu ararum uestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus uniuersam quercum frondosam, locū ubi accenderunt thura redolentia uniuersis idolis suis. Perfrutare ceteros, & multa similia reperies. Prohibentur itaque alibi sacrificare, nisi ad ostium tabernaculi: ut & sacri loci reuerentia, & aliorum societate qui in solennibus uictimis pietatem seruabant, deo potius quam idolis sacrificare cōsuecerēt. Quia tamen iuxta psalmistæ uocem, domini est terra & plenitudo eius, in omni loco potest illi offerri oblatio munda. Unde etiam ante gratiæ reuelationem, dum adhuc illi ueteres uigebant umbræ, Elias propheta in monte Carmeli holocaustū legitur obtulisse. Sed & Samuel ante templi cōstructionem, nunc in excelsis quodam quando unxit Saul: nunc autem in Bethleem, cum ad ungendum Dauid profectus esset, deo præcipiente, inuenitur sacrificasse. Licet autem arca fœderis à tabernaculo separata esset, ex quo tempore à Philistæis capta est, ipsum tamen tabernaculum usque ad Salomonem permansit. Aedificatio nanque templo, in die solenni dedicationis illius cum arca inferretur in oraculum templi, legimus etiam de tabernaculo, quia ferebant sacerdotes cum arca tabernaculum fœderis, & omnia uasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo. Si igitur propheta (pari lege & populus) legi subditus esset, aut ad tabernaculum ire debuerat immolaturus, ubi cūque fuisset: aut a sacrificijs abstinere, sicut adhuc isti legis æmulatores faciunt: qui sedibus antiquis expulsi, sacrificare non præsumunt. Sed ea quæ ob cautiorem plebis obseruantiam, aut sacramenti alicuius gratia, præcipiebantur, in quibus non erat ueritas religionis, sed simulacri pietatis: magni uiri quorum mentibus deus præsi-debat, peculiari potestate soluebat, non sine nutu spiritus sancti, cui magisterium in huiusmodi sequebatur. Inde est quod dominus sabbatum soluens, reprehensoribus potestatem suam obijcit, dominū sabbati se adstruens: discipulos quoque excusat, qui autoritate illius accepta, in die sabbati spicas uellebant & manducabant. In huiusmodi ergo præceptis, quæ & fieri pro tempore possunt, & committi ad arbitrium præcipientis: quicquid ea

psal. 124. Mala. 1.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

3. Reg. 18. 1. Reg. 10. 1. Reg. 16. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8.

psal. 124.

Mala. 1.

3. Reg. 18.

1. Reg. 10.

1. Reg. 16.

1. Reg. 4.

3. Reg. 8.

Marci. 1.

Ibidem.

LEVITICI caput XVII.

1. Reg. 17.

1. Reg. 6.

transgreditur, non arguitur criminis, tatum si fauorem sibi adesse lentiat præceptoris. In sacrificando itaque cum mutabatur locus, prophetæ quidem sua utebantur potestate, populus autem præuaricationis arguebatur. In de habes in historijs, quod tories de regibus cum reprehensione repetitur, ille uel ille excelsa non abstulit, & quia adhuc populus sacrificabat in excelsis. In quibus tamen plurimum intererat cui sacrificarent, demonijs an deo. Nam si deo, tolerabilis erat inobedientia, quod ad ostium tabernaculi, prout lex dictauerat, nõ deferrent hostias suas: si uero de demonijs, execrabilis apostasia. Hoc est nanq; unde rei sanguinis in hoc loco dicuntur, quia cultui demonum se mancipantes, animabus suis mortem inferebant. Idololatriam itaq; ut supra diximus, maxime hac sententia prohibet lex: nec scilicet à tabernaculo recedentes, perderent pietatem, & alienorum deorũ culturam susciperent. Hoc sequentia certius manifestant. Nam subditur:

Ideo offerre debent sacerdoti filii Israel hostias suas, quas occidit in agro, ut sanctificetur domino ante ostium tabernaculi testimonij, & immolet eas hostias pacificas domino, fundetq; sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipẽ in odorem suauitatis domino: & nequaquam ultra immolabunt hostias suas demonibus, cum quibus fornicati sunt.

Pateat igitur quia ob euitanda dæmonum sacrificia, tabernaculi cultum commendat, & nusquam alias sacrificandi eis potestatem relaxat. De sanguine uero hostiarum fundendo, de adipẽ concremando, in principio operis istius, cum ipsas hostias in manibus haberemus, sufficienter pro posse nostro tractauimus. Hoc solum hic notandum intelligo, quod cum uel holocausta, uel pro peccatis, ad ostium tabernaculi soleant offerri: tamẽ quasi de omnibus agens, immolent, inquit, eas hostias pacificas domino, tanquam non nisi pacificæ possunt immolari. Sic ergo pacificas cõmuniter dictas accipio, tanquam econtrario nobis innuatur, quia si alibi domino prohibente oblatæ fuerint, nec illi placere, nec est offerenti conciliare ualebunt. In hoc autem loco pacificæ erunt, & homini cum deo pacẽ generabunt. Sed nec nostra in hoc capitulo prætereunda sunt. Ecclesia quippe tabernaculum est, tabernaculum dei iacob. Ipsa em

iuxta uocem psalmi audita est in Ephrata, id est, in speculo prophetiæ: & inuenta in campis saltuum, in latitudine gentium. In hac locus sacrificandi est, & præter eam non est alius. Vnde habes in Iob: Auro, inquit, locus est, in quo conflatur. Nam iuxta patrum sententiã quisquis extra ecclesie unitatem paritur, pœnas pati potest, martyr fieri non potest. Vna est enim ecclesia: in qua quisquis conflari ualuerit, ab omni etiam poterit peccatorũ forde purgari. Quisquis igitur uel mala patiendo, uel boni aliquo agendo seipsum deo sacrificat, ad hoc tabernaculum accedat, ut pacificum possit esse quod offerat. Complectur autem legislator, consuetam clausulam subdẽs, & pœnam transgressoribus intentans:

Legitimum, inquit, sempiternum erit illis & posteris eorum. Et ad ipsos dices: Homo de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud uos, qui obtulerit holocaustum siue uictimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam ut offeratur dño, interibit de populo suo.

¶ Vt nullus sanguinem comedat.  
Capit. 11.



**H**omo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinatur inter uos, si comederit sanguinẽ: obfirmabo

faciem meam contra animam illius, & disperdã eam de populo suo, quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illũ uobis, ut super altare meo expietis pro animabus uestris, & sanguis pro animæ piaculo sit.

**V**ehementer terruit, si quis ad tantum tonitruum surdus non fuit. Obfirmabo, inquit, faciem meam contra animam illius. Interim concedamus nõ intelligere nos, que sit sanguinis comestio. Hoc solo tamen graue crimen cognoscitur, quod tanta districtione diuina iustitia contra illud succenditur. Quod si occurrat Iudæus, & literæ suæ patrociniũ suscipiens, in sanguinis huius sensibilis comestione, tanti reatus pondus constituat: obuiabo illi beatã uoce domini mei,

**Matt. 15.** dicens: Non quod intrat in os, hoc coinquinat hominem. & quia omnia munda mundis, quantum ad religionis dũtaxat pertinet integritatem, non ad usum quotidiani cõmoditatem. Quædam nanq; sunt, quæ uel saluti uel honestati cõmuni minus commoda uidentur: si tamen sumpta fuerint, nullum peccati contagium inferre probantur. Quod si solis nostri radios propter cæcitatem suam non lucere cõtendat, & autoritatis tantæ p̄odus non sentiat: ad Moysen ipsum paruulus allidatur, cuius discipulum se fatetur, in ipso reperiam unde conuincatur. Vidit, inquit, deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Si igitur deus bona cuncta creauit, nihil odio habet eorum quæ fecit: cum corpus animantis opus eius sit, ut quid tam seuera interminatione à cibo nostro sanguinem excludit, cum in corporibus nostris originali conditione ipsum incluserit. Item, paulo ante legimus sanguinem animalũ inferri in sancta altaris aurei cornibus imponitur. aspergitur ex eo sanctuarium, tabernaculum, alta re holocausti, sacerdotes & populus: & ea asperzione omnia hæc mundari dicuntur. Si enim à facie sanguinis, qui in postibus domorum positus fuerat, fugit exterminator: si sanguine passeris (ut supra legimus) etiam lepra mundatur, quid est quod in sanguine notatur immunditia, cuius sanctitatis tanta declaratur potentia? Permite itaq; Iudæe, nec inuideas, si Moysen tuum prouehat filia Pharaonis, si in regios celsus educer, quem tu tantam paruulum abiecasti, & continuo moriturum exposuisti. Veniamus ergo ad rem, et præcepti diuini rationem inuestigemus. Habet enim forsitan in medullis suis unde nos pascat, quod in cortice superficiei suæ quasi fatuum sonat. Prius igitur sacramenti ipsius excellentiam commendo. Nam in hoc ipso uolumine iã semel & iterũ legislator eum sanguinis interdixit, & nunc tertio specialẽ de hac re sententiam posuit. A principio quæ cum egredieretur Noe de arca post diluuium, omnibus animantibus in escam ei concessis, sanguis solus excluditur. Omne, inquit, dominus, quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum: excepto, quod carnem cũ sanguine non comedetis. Hoc ipsum & in nouo testamento reperies. Nam cum iam alia legis sacramenta finem acciperent, his qui ex gentibus crediderant, ab apostolis hoc traditum est: sicut & eorum indicat epistola, continens hæc: Apostoli & seniores his qui sunt Antiochiæ, fratribus ex gentibus, salutem: Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt uos, quibus nõ mãdauimus,

missimus uiros qui & ipsi uobis referent eadem. Visum enim spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quàm hæc necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis, mulacrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: & ea quæ uobis fieri non uultis, alij ne feceritis. Ergo alij (ut diximus) ceremonijs remotis, hoc quasi præcipuũ eligitur, quod ob legis commendationem etiam in ecclesia aliquãto tempore seruaretur. Quid itaque sibi uelit hæc figura, discutiamus. Figura em est, ut supra ostendimus, superficiei sua nihil afferens ædificatiõis: si tamen intelligatur, multum conferens utilitatis. Notandum uero prius, sanguinem uniuersaliter in hoc loco non oportere intelligi. Est enim sanguis de quo dicitur: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Nisi forte quis adeo desipiat, ut dicat legem prohibuisse, ne comeditur sanguis: ne autem bibatur, non prohibuisse: cum nihil interfit, quod respuẽdum est, utrum edendo an bibendo in corpus nostrũ traiciatur. Sanguinis itaque differentia habẽda est. Alius est enim, qui gustatus, uitam præstat: alius, de quo nunc dicitur: qui comederit sanguinem, disperdam animã illius de populo suo. Quis igitur iste sit, ex ipsius lectionis circũstantia capiamus indicium. Sic nãque dicitur: Qui comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, quia anima in carnis sanguine est. ] Vbi primum iuxta literam profunda oritur quæstio, utrum animæ pecorũ corporeæ sint, ut de eis dici possit quia in sanguine sunt: maxime cum dicatur, anima carnis in sanguine est, etiam ad hominem hoc uidetur pertinere, quoniam & ipse carnem habet, quæ uegetatur anima sua. Ergo & anima humana in sanguine computanda est: Abst. Alioqui cum sanguine corrumperetur: & diuiso sanguine, partiretur. Et qui dem de anima rationali confidenter dico, nõ tam de proprio sensu præsumens, quàm parũ uestigia sequens, quia immortalis est & incorporea, quæ corpore deficiente non deficiat, & eodem in partes diuiso, diuisionẽ non sentiat. De spiritibus uero brutorũ animantium, utrum corporei sint, an propriam habeant substantiam, utrum cum corpore deficiẽtes: sic enim nobis tradit autoritas, quia cum corpore moriuntur: utrum ergo post corpus ad nihilum redeant, contra sententiam antiquorum qui dixerunt, nihil ad nihilũ posse reuerti, an in aliud conuertantur: supra me esse fateor, & libet hic audio, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutar fueris.

Dicam tamen quod operi suscepto sufficiat, animam in hoc loco non secundum substantiam dici, sed per animam, uitā intelligi, quæ uere in sanguine est, & per sanguinem constat. Sine sanguine quippe nullum animal uiuere potest. Sic etiam animam hominis dici in multis locis reperies. Vnde est illud: Nolite solliciti esse anima uestræ, quid māducetis. Neque enim illa incorporea substantia cibo corporeo sustentatur, sed uita carnis huius morticini, tali refectione fulcitur. Item: Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Et, quia factus est primus Adam in animam uiuentem. Manifestum est itaq; sæpe in scripturis animam non secundum substantiam dici, sed uitam carnis, animam nunc cupari. Inde est quod in præfenti habemus, animā carnis in sanguine esse: quia sicut pau loante diximus, sine sanguine uita carnis non potest subsistere. Iam ergo uideamus quæ sit ratio, ut quia anima carnis in sanguine esse dicitur, sanguinis efus tanta seueritate interdicitur. Ad mysterium transferamus nos. In litera nanq; nihil apparet, quod saltem refulere dignum iudicemus. Sanguis itaq; cum figurate accipitur, aliquando naturalem animæ appetitū designat: qui uel ad ea quæ dei sunt, uel ad ea quæ sunt mundi, potest cōuertitur iuxta qualitatem affectionum suarum, aut deo aut mundo uiuat hō. Duplici quippe motu fertur anima, rationis & appetitus. Ratione, rerū notitiam inuestigat: appetitu uero, ad uoluptatis alicuius trahitur perceptio nem: quæ si spiritalis ē, sanctificat animam & ad celestia erigit; si uero carnalis, aggrauat eam & ad terram premit. Nō enim ex motu primo rationis, id est, nō ex eo quod intelligit, sed ex secūdo, id est, ex eo quod appetit homo, aut spiritalis, aut carnalis æstimat. Sub hac significatione sanguis inuenitur, cum superius lex sanguinis fluxum in muliere mēstrua detestatur, Sanguinem nanque fluit mens, cum iustitia postposita, motum hunc naturalem per illicitas uoluptates spargit. Quo cōtra cum de aibus holocaustorum præcipit lex, ut rupto uulneris loco, decurrat sanguis ad crepidinē altaris; per sanguinem, sancto rum appetitū dixim⁹ designari, q ab huius uita amore recedit, & ad Chrm transit, iuxta illud quod in psalmo canitur: Defecit in salutare tuam anima mea. & Apostolus: uiuo, inquit, iam non ego, uiuit uero in me Christus. Neq; enim carnalis amor ad Christum currere poterit. Alio quisi ad eum accesserit, iā carnalis non erit. Sed naturalis mentis impetus, qui prius per uoluptates defluebat, cū sanctificari homo cōeperit, mutato cursu, in affectum spiritalē reflecti ualebit. Alia est sanguinis figura, cum iam non uis illa naturæ, q & boni & mali capax est, sed ipsa eius

Matt. 6. Lucas. 12.

Matt. 10. 1. Cor. 15.

Sanguis.

Duplex animæ motus.

Leuit. 15.

Leuit. 1.

Psal. 118. Gal. 2.

deprauatio intelligitur, cum neglectis superioribus, naturalis aīz impetus ad hæc ima defleat: & incipit diligere mundum, quæ debuit deū diligere. Hæc, concupiscentia seu cupiditas in scripturis solet nominari. Vnde Iacobus apostolus: Vnusquisq; inquit, tenetur, à concupiscentia sua abstractus & ille ctus: dein concupiscentia cum cōceperit, parit peccatum. Et Paulus: Radix omnium malorum est cupiditas. Hac sanguinis figura supra usi sumus, cū lex de uictimis bouum aut ouium sanguinem fundi præcepisset. Sic quippe expressum est, quia quisquis deo seipsum immolat: necesse est ut à cōsensu suo prauos motus excludat. Iuxta hanc igitur significationem, etiam in hoc loco de sanguine tractatur, cum prohibemur sanguinem edere, uide licet illicitam concupiscentiam aperto cōsensu ore in nosmetipsos tranſcere. Inde est enim quod legimus: Amicitia huius mundi, inimica est dei: & quicūque uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. Homo nanque uidet in facie, deus autem in reuetur cor. Tu attendis quid agam: deus autē discernit quid appetā. Antequā igitur quicquam mali exterius operemur, si iam sanguinem forbuimus, si iniquitatem corde concēpimus: mente à deo alienati, inimicitias eius incurrimus. Hoc est ergo quod dicitur: Qui comedit sanguinē, obfirmabo faciem meā contra animam illius. Nota tamen quia non ait, contra eum: sed, contra animam illius: ut intelligas, quia ubi iusti remunerātur, ibi etiam impij puniuntur. Canitur nanque in psalmo: Quis est homo qui timet dominum? Ac deinde: Anima eius in bonis demorabitur. Intus ergo sit certa bonorum malorum uere tributio: quantum autem ad humanā uitæ at tinet superficiē, ut Salomon ait, uideamus plerumque seruos in equis, & principes quali ser uos ambulantes super terram. Intus tamen & serui, in quocūque honoris culmine constituti, seruitutis suæ pondere premuntur: et principes deum timentes, q̄ magna sit multitudo dulcedinis eius, quam timentibus se abscondit, inuisibiliter experiuntur. Dicit ergo: Obfirmabo faciem meam contra animā illius, & disperdam eam de populo suo. Hoc postea. Interim nanq; qui sanguinem comedunt suffocati, qui cōceperant malitiam mentē retinent, quam opere exercere non audent: fidelibus corpore iunguntur, corde separantur. Sed sicut nunc moribus, sic separabitur postea & mansionibus. Sicut enim de iustis solet dici, obijt ille uel ille, & cōgregatus est ad populum suum: sic de isto e contrario dici potest, quia mors peccatoris pessima, disperdetur anima illius à populo suo, non cui sanctitate adhæsit, sed cui (ut diximus) solo corpore se coniunxit. Cur uero sanguinis

1. Tim. 6.

1. Cor. 4.

1. Reg. 16.

Psal. 14.

Ecclesi. 10.

Psal. 30.

Psal. 55.

esum deus abominetur, redditur ratio cum subditur: [Quia anima carnis in sanguine est.] Caro aliquando secundum substantiā, aliquando secundum uitium nominatur. Substantialiter dicitur, ut est illud: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Itemq; Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossia non habet, sicut me uidetis habere. Porro per carnem uitium notatur, cum dicitur: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Quo contra iustis dicitur: Vos in carne non estis, sed in spiritu. Cum igitur audimus, quia anima carnis in sanguine est, & iuxta carnis substantiam uerum est, quia caro per sanguinem uiuit: & iuxta figuram, in appetitu prauo operis, fomes consistit carnalis conuersationis. Funde sanguinē, & caro morietur. tolle malam uoluntatē, nec erit qui mala operetur. Perpēde igitur quā rationabile sit, ut deus iustus qui odio habet iniquitatē, esum sanguinis excretur, in quo totius iniquitatisprehendit originē. Quia ergo sanguinem non licet edere, iam audiamus quid de illo debeat fieri, ut res pernicio sa in nostram utilitatē possit referri. Scriptū est enim, quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Ergo etiam malis bene uti debemus: & ad profectum nostrum, quæ lædebat, conuertere. [Et ego (inquit) de di illum uobis, ut super altari meo expietis animabus uestris, & sanguis pro animæ piaculo sit.] Hoc superius in hostiarum tractatu præcipitur, ut sanguis uictimæ per circuitum fundatur altaris. Ex qua effusione quæ nascatur utilitas, in præfenti docemur, cum dicitur: Dedi illum uobis, ut super altari meo expietis pro animabus uestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Sacrificium quippe salutare est, ut in Ecclesiastico legitur, discedere ab omni iniquitate: & deprecatio, discedere ab iniustitia. Sanguis itaq; qui comestus deū exacerbat, fusus animam expiat: quia sicut iniquitatis consensus deo execrabilis est, sic renunciatio placabilis. Vnde & subditur: Idcirco dixi filijs Israel: Omnis anima ex uobis q̄ peregrinatur inter uos. Quod dicit, anima non comedit sanguinem: iuxta literam à parte totum, per animā homo intelligitur: iuxta mysterium uero factis apparet, corporis non esse quod animæ in ter dicitur. Spiritalis nanq; est esus iste, quæ detestatur spiritus sanctus, non corporalis. Hucusq; autem de concupiscentia, quæ in sin gulorum latet cordibus, tractatum est: ut dicat unusquisq; abnegare semetipsum sibi, ut CHRISTVM sequatur: sibiq; contrarius esse, ut deo reconcilietur. Quia uero his qui etiam alijs prodesse possunt, hoc obser

Gen. 2.

Luc. 24.

Gen. 6.

Rom. 8.

Rom. 8.

Leuit. 3.

Ecc. 35.

uandum est, ut in proximis suis honorent naturam quam deus creauit: arguant cupiditatem quæ deo inimica existit, apte subiungitur: Homo quicumque de filijs Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud uos, si de uenatione atque aucupio ceperit feram uel auem quibus uesci licitum est: fundet sanguinem eius, & operiet illum terra. Anima enim omnis carnis, in sanguine est. Vnde dixi filijs Israel: Sanguinem uniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicumque comederit illum, interibit.

Singula ad singula referenda sunt, ubi dicitur, si de uenatione atq; aucupio ceperit ferā uel auem: feram de uenatione, auem de aucupio. Ostendit uero quosdam uenatores uel aucupes spirituales in populo fidelium eē. sunt nāq; ibi etiā & feræ, & aues huiusmodi. Mæ sunt, ait dominus, omnes feræ syluarū. Et post pauca: Cognoui omnia uolatilia cæli. De uenatoribus uero habes in Ieremia. Cum piscatores multos primo se misurū dñs pollicitus fuisset, subiecit, dicens: Et post hæc mittā multos uenatores, & uenabunt eos de omni monte & de omni colle. Prius nāq; discipulos suos Christus tanq; piscatores milit, q̄ paupes q̄sq; & ignotos, quim aquis gñis humani tanq; pisces, ppter suā mediocritatē sine noīe latebāt: ad fidē ipsius, uerbi retribus cōgregarēt. Vnde & Apostolus: Videte, inq; uocationē uestrā fratres: quia nō multi sapientes scīam carnē, nō multi potētes, non multi nobiles: sed q̄ stulta sunt mūdi, elegit de⁹, ut cōfundat sapientes: & infirmamūdi elegit de⁹, ut cōfundat fortia: & ignobilia mūdi & cōtēptibilia elegit de us, & ea q̄ non sunt, ut ea q̄ sunt destrueret: ut nō gloriē oīs caro in cōspectu eius. Prius ergo piscatores, deinde uenatores: quia primo paupes quosq; & sua tenuitate obscuros, tanq; pisces marinis aquis opp̄ssos, p apostolos ad se rapuit: postea uero, ut p infirmā cōfunderet fortia, p eos qui abiecti uidebant, sui uerbi ministros, rhinocerotē illū fidei suæ ioris ligauit: dū potētes mūdi huius ex montibus & collibus (uidelicet ex diuersis seculi dignitatibus) detractos, ad suę seruitutis humilitatē de posuit. Si igit̄ intelleximus quæ sunt feræ, qui uenatores: intelligamus eosdē aucupes eē dū sapientes mūdi, qui scientiæ alis ad cælum sibi uolare uident, ad ueri dei cultū conātur pdu cere, isti itaq; uenatores, isti aucupes, seu feram, seu auem ceperint, & fidei iugo subdiderint: debent in eis approbare quod dei est, naturā scilicet quā cōdidit deus: sanguinē uero fundere, & terra opire: ut doceant eos pisse

Psal. 49.

Ibidem.

Ier. 16.

1. Cor. 1.



na desideria à cordibus suis excludere, & of-

Esai. 31.

sentiam quam ex eis contraxerunt, humilitate

Mat. 23.

remissæ sunt iniquitates, & quorum te-

Ibidem.

sta sunt peccata. Hunc autem ordinem & in

Job. 16.

euangelio reperies. Eunt, inquit dominus,

Gen. 3.

docete omnes gentes, baptizantes eos in no-

Gen. 3.

mine patris & filij & spiritus sancti. Hæc est

Gen. 3.

captura ferarum uel auium. Deinde subiungi

Gen. 3.

tur sanguinis effusio: Docetes, inquit, eos ser-

Gen. 3.

uare omnia, quæcunque mandauit uobis. Per

Gen. 3.

hoc uero quod dicitur, feram uel auem qui-

Gen. 3.

bus uesci licitum est: iuxta literam, ea quæ

Gen. 3.

superius notatur, horum animantium discre-

Gen. 3.

tio habenda est: iuxta typum autem humana

Gen. 3.

signatur substantia, quæ licet per peccatum

Gen. 3.

corrupta sit, nõ est tamẽ reiicienda: sed com-

Gen. 3.

edi debet, & in sanctorum societatem recipi,

& Apostolus opera peccati, opa mortua no-

Heb. 9.

minat, ubi ait: Si sanguis hircorum uel tauro-

Psal. 77.

rum inquinatos sanctificat ad emundationem

Psal. 77.

carnis, quantum magis sanguis Christi emun-

Psal. 77.

dauit conscientiam nostram ab operibus mor-

Psal. 77.

tuis, ad seruendum deo uiuẽti: Morticinium

Psal. 77.

ergo intelligitur, qui sponte sua ad prauum ope-

Psal. 77.

ris mortem dilabitur. Captus uero à bestia

Psal. 77.

est, quisquis maligna persuasione cuiusquam

Psal. 77.

ad peccandum pertractus est, siue etiam uo-

Psal. 77.

lẽter compulsus. Nam malæ bestię sunt dæ-

Psal. 77.

mones, pro quibus Psalmista precatur, di-

Psal. 77.

cens: Ne tradas bestijs animas confidentes ti-

Psal. 77.

bi. Sæuæ etiam bestię sunt homines, quando

Psal. 77.

uolunt feris moribus agunt: & à cultu pietatis ex-

Psal. 77.

tranei, humanam mansuetudinẽ recipere ne-

Psal. 77.

sciunt. Quos se ad suam notitiam perductu-

rudine nanque illius accepimus: ille iam ritus

Gregori.

antiquus abjicitur, iustitia uero quæ ibidem fi-

Gregori.

gurabatur, opere completur. Quia igitur per

Gregori.

fectam iustitiam adimplere tantum suis ce-

Gregori.

remonijs poterant, non etiam adimplere: sal-

Gregori.

tem præceptis minoribus fuerant imbuendi,

Gregori.

ne sic insignis seruirent religioni, ut religio-

Gregori.

nis ipsius profusus fierent alieni. Quæ ergo ad

Gregori.

edificationem populi illius simpliciter pro-

Gregori.

feruntur, non sunt allegorice interpretanda:

Gregori.

quia intellectus sacri eloquij, ut beati Grego-

Gregori.

rii uerbis utar, inter textũ & mysterium tan-

Gregori.

ta libratione suspendendus est, ut utriusque

Gregori.

partis lance moderata, hunc neq; nimis dis-

Gregori.

cussionis pondus deprimat, neque rursus tor-

Gregori.

por incuriæ uacuum relinquat. Multa quip-

Gregori.

pe eius sententiæ tanta allegoriarum conce-

ptifolias eius ad longinquas deferat regio-

LEUITI

nes: quibus quæ faciendæ sunt, alios doceat,

ci caput

Locutusq; est dominus ad Moysen,

XVII

dicens: Loquere filijs Israel, & dices

ad eos: Ego dominus deus uester.

Dominum se sæpe nominaturus est, ut sup-

Gala. 8.

potestatis metum illis incutiat, quos filiorũ

libertati nondum idoneos esse sciebat. Timo-

re itaq; illos ad suorum præceptorum execu-

tionem compellit, quos spirituali deuotione

nondum secuturos intelligit. Vnde Aposto-

lus gratiam noui testamenti discernens à ser-

uitute ueteris: Prius, inquit, quam ueniret fi-

des, sub lege custodiebamur: lexq; pædagog-

us noster fuit. At ubi uenit fides, iam non fu-

mus sub pædagogo. Omnes enim filij dei estis

per fidem in Christo Iesu. Iste ergo quem do-

minum audiuiimus, etiam quid præcipiat, au-

diamus.

Iuxta consuetudinem terræ Aegypti in qua habitastis, non facietis: & iuxta morẽ regionis Chanaan, ad quã ego introducturus sum uos, nõ ageritis, nec in legitimis eorum ambulabitis.

Difficile antiquus usus deponitur, maxime si illi ad quos transimus, in eadem peruersitate inueniantur. Quasi enim duplici acie cõtra nos pugna confurgit, cum hinc recolimus mala quæ fecimus, illinc coram oculis quotidie habemus, quos ad peccandũ imitari possimus. Ille itaq; populus qui de uniuersis nationibus solus eligebatur, ut deo subderetur & eius legibus deseruiret: necessario utique fuerat præstruendus, ut malitiã ubiq; adhuc diffusam, artẽtius euitaret: ne aut pristina sua consuetudine traheretur, aut habitatorum regionis ad quam possidendam uocatus fuerat, peruersitatem imitaretur. Vnde & subditur:

Facietis iudicia mea, & præcepta serua-

bitis, & ambulabitis in eis. Iudicia ad peccatorum pertinẽtia uindictã, siue sua unusquisq; puniat, siue coerceat aliena, si hæc illi potestas concessa est. Præcepta uero in his quæ agenda sunt, nos imbuunt, & regulam nobis uiuendi tradunt. Facietis ergo (inquit) iudicia mea, & præcepta serua-

bitis, & ambulabitis in eis. Quid est ambulare in præceptis dei, nisi proficere, & ad uirtutis augmentũ incessanter redere. Sic cuiusdam egro, sed sanato dictum est: Tolle grabbatũ tuum & ambula. Iustorum namq; semita quasi lux splendens, pcedit & crescit usq; ad pfectũ diẽ. Reperit autẽ qd dixerat, ad maiorẽ reipius cõmendationẽ: subditq; mercedem, dicens:

Mat. 2.

Pro. 4.

Vt nullus ad proximam sanguinis sui accedat. Caput III.

Ita hæc enus mystica populo illi antiq; seruãda lex tradidit, in quibus fidei siue sanctorũ mortũ umbra eẽt sola, nõ ueritas: quoru etiã obseruãtia nõ intelligeribus qd portederẽt, in eo quidẽ utilis erat, qd deo pipienti in gbuscunq; obedientiã exhibere, inutile eẽ nõ poterat. Tenebãt itaq; in illa sua religioẽ formã pfectã iustitiã, ad cuius executionẽ ipsi quidẽ inualidi erãt, sed populo uẽturo in eius sacramẽtis seruiebãt. Vt em̃ Apostolus ait, nũc sine lege (id eẽ, sine illa carnali obseruatioẽ) iustitia dei manifestata est, restificata à lege & prophetis. Postquam em̃ uenit plenitudo tẽporis, & deo in terra appãrẽte, data est hoibus abũdantiã grã, de pleni-

Roma. 7.

Gal. 4.

Iohã. 1.

Nima quæ comederit morticinum uel captum a bestia, tã de indigenis quam de aduenis, lauabit uestes suas & semetipsum aqua: & contaminatus erit usque ad uesperum, & hoc ordine mundus fiet.

Si per sanguinem in quo uita carnis esse dicitur, latens cupiditas: iure (ut ætimo) p mortuum cadauer, opus uisibile designatur. Nam



Ego dominus deus uester. Seruate praecepta mea atque iudicia, quae faciens homo, uiuere in eis. Ego dñs.

Vbi dominum deum ipsorum se nominat, nō terrore intētat, sed exhibet pietatem. Magna est enim dei erga eos benignitas, cum ille qui omnium creator est, peculiariter se de um illorum appellat, & illos uocat populum suum. Habes hoc & in Exodo, cum ad mō-

Exo. 19.

tem Sinai accessissent: uocato ad se Moyse, mandauit eis, dicens: Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculum de cunctis populis. Hoc & in Psalmo: Israel, inquit, si audieris me, non erit in te deus recēs: ego enim sum dominus deus tuus. Præcipiens ergo quae agenda sunt, dominum deum ipsorum se esse testatur: ut ab illo & in labore petant auxilium, & post laborem mercedem expectent. Cum autem subdit tantum, ego dominus, negligentibus & contemptoribus se timendū insinuat. Quae uero obtemperantibus sibi dominus uitam promittit, & ad praesentē & ad aeternā referri potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

Psal. 80.

in Psalmo: Israel, inquit, si audieris me, non erit in te deus recēs: ego enim sum dominus deus tuus. Præcipiens ergo quae agenda sunt, dominum deum ipsorum se esse testatur: ut ab illo & in labore petant auxilium, & post laborem mercedem expectent. Cum autem subdit tantum, ego dominus, negligentibus & contemptoribus se timendū insinuat. Quae uero obtemperantibus sibi dominus uitam promittit, & ad praesentē & ad aeternā referri potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

Exo. 20.

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

Psal. 26.

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

Thob. 2.

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

Heb. 11.

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

1. Cor. 7.

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

ti potest, sicut & illud quod dictum est, honora patrem tuum & matrem tuā, ut sis longaeuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Qui enim carnaliter sapiebant, super terram Chanaan promissionem hanc interpretabantur: alij per spiritum edocti, ad terram uiuentiū hoc referebant, sicut & quidam ex ipsis testatus est: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Sed & pater Thobias hac spe captiuitatem & caecitatem suam consolabatur, dicens: Filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Huiusmodi ergo patres, qui in illo populo multi fuerūt, cū subditi essent deo, custodiētes testimonia eius, & praecepta quae dedit illis: uitam ab illo sperabant futuram, & hospites sunt super terram. Sed iā de praeceptis ipsius quae sequuntur, tractandum est. Incipit a continentia: nec tamen de uirginitate ut Apostolus postea fecit, consilium dat: nec ipsam coniugalem copulam usque ad septimam generationem, sicut nunc a patribus statutum est, consanguineis interdicat: sed secundum quod sequens lectio docebit, tantum inter parentes & filios uel filias, inter fratres & sorores, & huiusmodi propinquiores consanguinitates, coniugium illicitum esse decernit. Dicit ergo:

beatus Augustinus in locutionibus Leuitici nos instruit: Hac, inquit, locutione concubitum uenit cum his personis. Proximitatē uero non qualemcunq; hic accipere debemus, sed eam solum quam sequens sermo de terminabit. Sequitur enim:

**Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuae non discooperies. Mater tua est. non reuelabis turpitudinem eius.**

Aduertendum est, quia de patre filiae praecipit, ne qua mulier cum patre concubat, sicut fecisse memorantur filiae Lot: de matre uero, filio interdicat. Deinde subiungitur:

**Turpitudinem uxoris patris tui nō discooperies. turpitudinem enim patris tui est.**

De nouerca loquitur: ad quam postquam pater accessit, ne filius accedat, prohibetur. Item:

**Turpitudinē sororis tuae ex patre, siue ex matre, q̄ domi uel foris genita est, non reuelabis.**

Quae domi, inquit, uel foris genita est. Domi uel foris genita. Quae ex legitimo nascitur coniugio: foris autem, quae ex pellice aliqua procreatur. Quomodo cunq; ergo nascatur, siue ex patre, siue ex matre soror sit, legitimū cum illa matrimonium iniri non poterit. Itē:

**Turpitudinem filiae filij tui, uel nepotis ex filia, nō reuelabis: quia turpitudinem tua est.**

Prohibuerat coniugium inter patres & filios: nunc etiam addit & nepotes, filios uidelicet filiorum, siue mares siue foeminae sint. Itē:

**Turpitudinē filiae uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis.**

Hoc & paulo ante iam dixerat, omnem sororem siue ex patre, siue ex matre, siue domi, siue foris genitam, a coniugio secernens: sed nunc de filia nouercae singulariter exprimens, ne propter alienam matrem posse recipi iudicaretur: quia tamen ex patre soror est, ab illa abstinendum esse testatur. Item de amita seu matretera hoc ipsum decernit, dicens:

**Turpitudinem sororis patris tui nō discooperies: quia caro ē patris tui. Turpitudinē sororis matris tuae nō reuelabis, eo qd̄ caro sit matris tuae.**

Rursus uxorem patris, seu uxorem filij, sub eadem lege constituit.

**Turpitudinem, inquit, fratris patris**

tui non reuelabis: nec accedes ad uxorem eius quae tibi affinitate coniungitur.

August.

Hoc quod dixerat, turpitudinem fratris patris tui non reuelabis: exponit, subdens: Nec accedes ad uxorem eius. Hanc quippe, ut ait Augustinus, turpitudinem patris nominat, pudenda uxoris patris.

**Turpitudinem nurus tuae non reuelabis, quia uxor filii tui est: nec discooperies ignominiam eius, & uxorem fratris sui nullus accipiat.**

Hoc autem quod de uxore fratris non accipienda breuiter subiunxit, speciali deinde praeccepto prohibet, dicens:

**Turpitudinem uxoris fratris tui nō reuelabis, quia turpitudinem fratris tui est.**

Deut. 25.

Quod tamen de fratre uiuente intelligendum est, cum lex alibi praecipiat, si quis mortuus fuerit, non habens filios, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscipiat semē fratri suo.

Matt. 14.

Mar. 6.

Vnde & Iohannes Baptista arguebat Herodem, quod uiuente fratri tulisset uxorem. Sequitur & de filia uxoris, si forte eam ex alio uiro suscepit, quam priuignā dicimus, ut post uxoris thori ad filiam eius nullus accedat: nec ad filiam filiae, id est, ad neptem uxoris.

**Turpitudinem uxoris tuae & filiae eius non reuelabis.**

Id est, simul utriusq;: tanquam reddens rationem cur ad filiam intrare non possit, quod scilicet prius ad matrem intrasset.

**Filiam filii eius, & filiam filiae eius non fumes, ut reueles ignominiam eius, quia caro illius sunt: & talis coitus incestus est.**

Gene. 29.

Item de duabus sororibus, ne uni uiro nubant, interdicat: quod tamen patriarchae Iacob contigisse legimus, ut Rachel & Liam simul acciperet, sed hoc ante legem factū est, ut praearicatorio illi huiusmodi nuptijs imputari non possit. Quod si quis nobis opponat, huiusmodi coniugium aut lege nō esse prohibendum, si ante legem sanctum fuit: aut tantum uirum illud sine culpa non suscepisse, si illicitum exitit: respondemus, huiusmodi copulam primis temporibus suae sanctitatis modum habuisse, sed quia procedente tempore continentiae uirtus fuerat prouehenda, & maritalis licentia frenis arctioribus restringenda, ad honestatis augmentū tales nuptiae lex prohibuit: non quod praecedens earum iniquitas appareret, sed quod earum abstinen-

tia magis deceret. Post diuini autem interdictū, quisquis huiusmodi nuptias inire praesumpsit, praearicator factus, crimē incestus incurrit. Dicit itaque:

**Sororem uxoris tuae in pellicatum filius non accipies: nec reuelabis turpitudinem eius, ad huc illa uiuente.**

Quod superius de duobus fratribus, ne unam accipiant dum adiuuunt utriusque, hoc nunc de duabus praecipit sororibus, ne uni nubant, utraque uiuente. Nec duorum ergo fratrum, si primus defunctus fuerit, uni mulieri: nec duarum sororum, si prima obierit, uni uiro nuptias contradicit. Sororem igitur (inquit) uxoris tuae in pellicatum illius non accipies. Tanquam diceret: Postquam uxorem duxeris, si sororem illius superinduxeris, pellex esse poterit, uxor non erit. Hucusque de consanguinitate. Rursus mystica interferit, dicens:

**Ad mulierem quae patitur mēstrua, non accedes: nec reuelabis foeditatē eius.**

Iam superius mulierem tempore fluxus menstrui separandam decreuerat: statuitq; ut quicumq; cum illa coiret, septem diebus imundus esset. Quae obseruatio quid mysterij contineret, ibidem tractatum est. Nunc igitur quia de illicitis complexibus agere coepit, hunc etiam ceteris adiungit. Post haec omne generaliter adulterium prohibuit, dicens:

**Cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis commixtione macula beris.**

Cum consanguineis aut consanguineorum coniugibus si coeat quis, incestus dicitur: cum uxore uero proximi, adulterium. Sed de marito uiuente hoc accipiendum est. Alioq; si mortuus fuerit uir mulieris, soluta est a lege uiri. Cur igitur de fratris uxore specialiter paulo ante praecceptum dedit, ut eo uiuente nubere fratri non possit, cum haec lex generalis sit cuiuslibet matrimonij, ut uiuente marito, si mulier ad alterum transeat, non coniugium illud dici possit, sed adulterium? Nam ab uxore patris, aut patris, aliorumq; consanguineorum, quos supra enumerauit, ipsis etiam defunctis abstinendum est. De fratre uero cum praecipitur, ut si mortuus fuerit, ducat frater eius uxorem illius, nulla inter illum & quemlibet proximum apparet differentia: nisi dicamus quod ad uxorem fratris, etiam post mortem eius, si filios habuit, non liceat accedere: liceat uero duntaxat, si si ne liberis obierit. Nam proximi uxor, defunctus

1. Cor. 7. Sto uiro suo, siue mater sit, siue non sit, soluta est a lege uiri. Sequitur:

De semine tuo non dabis ut cōsecratur idolo Moloch: nec pollues nomē dei tui. Ego dominus.

Moloch deus erat Ammonitarū. Per hoc autem idolum uniuersa idololatria interdicitur, a parte totum, ne scilicet qui uero deo se subdiderant, polluerent nomen eius, si ipso contempto, filios suos dijs gētium consecraret. Nulla est enim societas luci ad tenebras, nec cultui diuino consensus ullus cum idolis.

2. Cor. 6.

Quia tamen Moloch interpretatur rex, potest quoque ad idololatriam nostri temporis hoc referri. Nisi enim in populo qui speciem pietatis habet, multi idololatræ essent, non diceret Apostolus de quibusdam, quia ueter de us est illorum: & quoniam auaritia idolorum seruitus est. Si igitur gastrimargia, si auaritia pro idololatria reputatur, cur non & superbia?

Phil. 3.

Eph. 5.

Quia enim deus summum bonum est, hoc unusquisque sibi deum facit, quod sibi summum bonum constituit. Qui ergo aut uentris concupiscentiam, aut amorem pecuniarum, aut honoris appetitum, diuinæ præferunt charitati: dum non uerentur criminaliter peccando a deo se alienare, tantum ut cupiditatis suæ desiderium ualeant adimplere, isti inuisibiliter idola pro deo colunt: quia (ut diximus) quod summa intentione appetunt, hoc pro deo sibi constituunt. Moloch itaque de semine suo dare uidentur, qui sub intentione acquirendi honoris terreni, & ut se super ceteros ualeant efferre, boni aliquid operantur.

Quod qui facit, dei sui nomen polluit: quia contumelia deo irrogatur, si posthabita gratia ipsius, uana laus & fauor inutilis ab hominibus expectetur. Deinde subiungitur:

Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscbitur ei: quia scelus est.

Leuit. 11.

Multi, cum in scripturis talia reperissent, abominantur, avertunt auditum: & pene studeant legem diuinam quod in ea talia scripta sunt, reprehendere nituntur. Sed meminisse debemus quod superius legimus, cum immundorum tractatus haberetur, uasa omnia lignea uel fictilia, pelles & cilicia, cibus potusue, quicquid illud sit super quod de immundis aliquid ceciderit, polluitur: fontes uero & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda decernitur. Fontes namque, ut ibi dictum est, sunt doctorum mentes: in quibus propter scientiæ abundantiam factus est fons

Fontes.

aquæ salientis in uitam æternam. Cisternæ uero sunt auditores: qui doctrinæ fluentia a peritoribus suscepta, in ira memoriæ apothecam colligunt, atque conseruant. Sed quia doctores nunc de uirtutibus, nunc de uitijs scripto uerboque disputant, laudant illas, ista redarguunt: auditores quoque ipsorum, quod ab eis dicitur, hoc mente pertractant, & memoriæ custodienda commendant: fit, ut siue in doctorum fontibus, siue in auditorum cisternis immunda claudantur, quorum tamen præsentia non polluuntur, quia aliud est uitia cogitare, aut de uitijs loqui sub deliberatione peccandi: aliud, si ea intentione discutiantur, ut subtilius agnita, facilius euitentur. Scriptura igitur sacra multa in suis tractatibus immunda recipit, quorum tamen tactu non contaminatur: quia fluuius hic paradisi sordes ablucere potest, sordes uero contrahere nunquam potest. Inde est quod etiam Apostolus multa huiusmodi commemorat, dum neque fornicatores, neque adulteros, neque molles, neque masculorum concubitores, regnum dei possessuros esse denunciat. Nobis ergo potius imputemus, quod audire talia digni sumus, quam legem diuinam in aliquo reprehendere præsumamus. Nam quasi satisfaciens nobis sermo diuinus, & cur talia loquatur rationem exponens, ut ostendat his cum quibus agit, hoc necessarium fore: subiungit, dicens:

Iohan. 4. Cisternæ.

1. Cor. 6.

Ne polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt uniuersæ gentes, quas ego eiciam ante conspectum uestrum: & quibus polluta est terra, cuius ego scelera uisitabo, ut euomat habitatores suos.

Ergo quoniam in illam terram fuerant introducendi, quam possessores sui uarijs immunditijs contaminauerant: timendum erat eis, & necessario utique fuerant præstruendi, ne eorum communicaret sordibus, quorum habitacula fuerant possessuri. Quod autem terra polluta dicitur, ad habitatores referendum est. Nam simplex & solidum elementum, peccati contagium suscipere non potest. Inde est quod subiungit: [Cuius ego scelera uisitabo, ut euomat habitatores suos.] Scelera terræ dixit scelera eorum, qui in illa conuersati sunt: quos & puniendos insinuat, cum patris agris eiciendos demonstrat. Potest quoque terra polluta intelligi, quantum ad affectum iustorum: qui dum hominum immunditias attendunt, etiam locum execrantur, in quo tanta scelera perpetrata cognoscunt. Sequitur:

Custodite legitimam meam atque iudi-

cia, ut non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quam colonus qui peregrinatur apud uos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante uos, & polluerunt eam.

Post admonitionem uero, etiam terrorem intemat, dicens:

Cauete ergo ne & uos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomit gentem quæ fuit ante uos.

Sed quia minus est, terrena hæreditate nudari, subiungit quod magis timendum sit, dicens:

Omnis anima quæ fecerit de abominationibus istis quippiam, peribit de medio populi sui.

Hic timor, hic sollicitudo adhibenda est, ne perdamus societatem populi dei: nam terræ Chanaan possessio, perpetua nulli conceditur. Quibus enim eam præuaricatio non abstulit, conditio mortis extorsit. Sequitur:

Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante uos, & ne polluamini in eis. Ego dominus deus uester.

Quam blanda & paterna commonitio. Prorius se ad infirmitatem intelligentiæ illo rum depofuit. nihil loquitur arduum, nihil mysticum resonat: sed plana & aperta colloquutione, tum minis, tum promissionibus ad obferuantiam eos sanctitatis inuitat. Hactenus de continentia tractatum est. Alijs item præceptis eos informat, ita subiiciens:

Ut tendant ad similitudinem dei per diuinorum custodiam mandatorum.

Capit. V.



Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad omnem cœtum filiorum Israël, & dices ad eos: Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus uester.

LEVIT. 11. caput XI.

Ecc. 2.

Quid est inquam homo, ut sequi possit regem factorem suum? Verba sunt Salomonis. Iure enim ab homine similitudo dei exigitur: quia ad imaginem & similitudinem dei factus est homo. Quod si peccando opus creatoris in nobis obfuscauimus: ad misericordiam illius fugiendum est: ut eius reparetur gratia, quod nostra corruerat insipientia.

tia. Dicit ergo: [Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus deus uester.] Deinde subiunxit: Vnusquisque matrem & patrem suum timeat.

Mouet me, cur ad imitationem nos inuitans deus, statim de honore parentum mandet, cum apud deum nulla huiusmodi consanguinitas inueniatur, in qua huius præcepti formam considerans homo, habeat quod imitetur. Quod si in sancta trinitate creditur pater & filius, quis de honore illo audeat loqui, quæ ibi filius exhibet patri? Vere contremiscit anima nostra, cum illa respicimus. Est tamē quod hic respondere possimus, nostra duntaxat loquentes: nec ea quæ nostram capacitatem superant, temere præsumentes. Sed iustus est deus, iustitia autem est, ut singulis sua reddatur. imitatur deum, quisquis parentibus honorem debitum reddit. Agit enim quod iustitiæ & pietatis est, quæ utraque in deo rectissime creduntur, si non erga superiores, quia deo superior nullus est: certe nobis quos condidit, abundantissime impenduntur. Sequitur:

Sabbata mea custodite.

Hoc manifeste ad illam, de qua prædixerat, pertinet sanctitatem. Nam hoc ipsum alibi sic præcipit, dicens: Memento ut sanctifices diem sabbati. In sabbati autem requie, ut ait beatus Augustinus in quæstionibus Exodus, cum ibi opæ seruilia iubent cessare, magna est altitudo gratiæ dei. Tunc enim fiunt cum requie opera bona, cum fides per dilectionem operatur. Timor autem tormentum habet, & in tormento quæ requies? Unde timor non est in charitate. Charitas autē diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ideo sabbatum requies sancta domino, dei scilicet gratiæ tribuenda, non nobis uelut ex nobis. Plenitudo autem sabbati erit in requie sempiterna. Hæc de custodia sabbati clarissimus doctor nobis exposuit. Quæ quia loci huius gratiam impleuerunt, liberam transeundi nobis tribuunt facultatem. Sequitur:

Ego dominus deus uester.

Ego, inquit, qui quietem diligo, qui animabus uestris per spiritum meum quietem tribuo: & quod interim minus est in uestra requie, in æterna uita me adimpleturum esse repono. Deinde subiungitur:

Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis uobis. Ego dominus deus uester.

Cum dicitur, deos fusiles ne feceris tibi: locutio est, inquit Augustinus, a parte totum significans. Neque enim quia fusiles tantum-

Exo. 20.

Augusti.

Iohan. 4.

Roma. 5.

Augusti.

modo nominavit, fieri ductiles sculptilesve permittit.

Si immolaueritis hostiam pacificorum domino, ut sit placabilis: eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero. Quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igni comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit: & impietatis reus, portabit iniquitatem suam, quia sanctum domini polluit: & peribit anima illa de populo suo.

**Leuit. 7.** Hoc ipsum etiam superius in lege hostiarum pacificorum reperies his uerbis: Si uoto uel sponte quisquam obtulerit hostiam, eadem edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, uel sci licitum est. Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. Et si quis de carnibus uictimarum pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti. Quin potius quaecunque anima tali se delictio contaminauerit, praeruaricationis rea erit. Super quibus etiam quae tunc tractaueramus, breuiter repetimus: si quis ea plenius scire desiderat, illuc recurat. Victimam pacificam immolat, quisquis bonorum operum studiis pacem cum deo reformat. Quam uictimam prima ac secunda die comedere licet: quia cum primum seculo renunciamus, actiuae uitae exercitium necessarium habemus: in quo qui perfectionem obtinere nequiverit, ad contemplatiuam transire licebit: ut in illa uelut in die secunda, sanctitatis acquirat plenitudinem, quam non acquisiuit in prima. Quicquid uero tertius dies inuenerit, ignis absumet: quia post haec duo religionis genera, quae in hac uita habentur, solum retributionis tempus relinquitur, huius uitae succedens laboribus: cui si carnes hostiarum nostrae referentur, ignis eas, ne comedi ualeant, absorbebit: quia si de his quae agenda sunt, aliquid in tempus illud distulerimus, absumet nos iudicij diuini districtio: ut iam bonum operari homo non possit, quod hic dum licuit operari, contempsit. Tunc enim non operandi tempus erit, sed quod egimus recipiendi. Si quis uero de carnibus uictimae pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti. Qui enim dum sibi uacat, ad opus iustitiae piger, tunc iam tempore transacto, ad pietatis exercitia se excitare uoluerit: uoluntas namque pro opere posita est: irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti. Quod etiam Salomon potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio est apud inferos quo tu prope ras. Aut certe, quia carnes pacificorum sunt misericordiae opera, quibus in gratiam condito

ris post culpam reducimur: illi carnes hostiarum nostrarum comedunt, qui elemosynas nostras in usus proprios suscipiunt, & per eas sustentantur. Sed si quis tunc comederit, id est, si nos nunc ad compassionem inflexibiles, sero misericordes esse uoluerimus, & alijs comedenda praestare, irrita fiet haec oblatio. Quia uero non solum huiusmodi uoluntas tunc inutilis est, sed etiam nunc praua opinio plurimum noxia: si quis aeternitatis tempore haec nostrae mortalitatis subsidia credat esse necessaria, quod a quibusdam Millenarijs, qui mille annos carnalis conuersationis post resurrectionem inducere conati sunt, satis pueriliter disputatum est, apte subiungitur: Quin potius quaecunque anima tali se delictio contaminauerit, praeruaricationis rea erit. Contaminatur enim fides nostra, si de gloria immortalitatis tam carnaliter senserit: ut postquam absorpta fuerit mors in uictoriam, postquam corruptibile hoc induerit incorruptionem, beatos iam & sanctis angelis conuocatos, rursus ad concubitus immunditiam, ad uentris & gutturis illecebras exstimerit esse redituros. Haec igitur super hoc capitulo iam ante tractata sunt: nunc uero aliquid amplius additur, cum dicitur: Si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit: quod fidei uolauerit integritatem, & impietatis reus, dum diuinas promissiones in quibus sanctorum spes reposita est, peruertere mittitur: Portabit, inquit, iniquitatem suam. Id est, temeritatis suae poenas luet. Quia sanctum domini polluit, id est uidelicet ciuitatis gloriam & incorruptionem, ad mortalitatis nostrae infirmitatem suam opinionem deposuit. Et peribit anima illa de populo suo. Sequitur:

**Leuit. 7.** Cum messueris legetes terrae tuae, non tondebis usque ad solum superficem terrae: nec remanentes spicas colliges, neque in uinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpeda dimittis. Ego dominus deus uester.

Si littera secutus fueris, opus misericordiae est, ut in colligendis fructibus tuis non pertinacem sequare audiat, sed extrema salte & quaeque decidentia egeribus relinquant. Sed quid est quod usque ad solum terra tonderi prohibetur? Forte quia & ipsa residua stipula, aliquid quem pauperibus usum potest praebere. Intellectus tamen spiritualis magis in hac parte suscipiendus est. In eo namque quod corporaliter obseruare precipiuntur, quae ipsi futuri essent, allegorice designantur. Est etiam messis sacrorum eloquiorum, quae dudum quasi illorum propria fuit, quia soli legem diuinam susceperant. Spicarum uero quaedam grana sunt uerba prophetae

Millenariorum uel res. **Leuit. 7.** **1. Cor. 13.**

**Mat. 2.** rarum. Has spicas discipuli Christi cum esurirent, die sabbati uellebant: & frangentes eas, grana interiora a palearum integumentis educebant. Sapientia enim ait, scribe in tempore otij: & qui minoratur actu, percipiet illam. Ideo die sabbati spicae uelluntur & franguntur: quia uerba prophetica liberius ab ociosis discutuntur. Haec igitur messem populum ille usque ad solum non tondebat: quia carnaliter omnia audiens, spiritualis in illa intelligentia soliditate non attingit. Sensus ergo myrricos quos ille paruipendit, gentilis populus primos messores sequens, & post illos ad fidem accedens, cum magna auditate collegit. Vnde habes in Iob: Cuius messem famelicus comedit. De his etiam famelicis, Anna prophetante, dicitur: Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici faturati sunt. Septuaginta interpretes, qui in translatione sua ad myrricum cuncta inflectebant, his uis sunt uerbis, in quibus hoc quod diximus, magis eluceat. Sic enim positum est: Et mententibus uobis messem agri terrae uestrae, non perficietis messem uestram agri tui. Ergo metebant messem agri sui, aperta quaeque & quae litera offerebat, sibi decerpentes: sed non perficiebant messem suam: quia hubertate panis caelestis sub litera latentem, inuestigare non poterant. Idem & in uinea intelligitur. Uinea namque est scriptura diuina, quae uinum nobis profert scientiae, quod bibentem laetificat, & feruore spiritualis amoris inebriat. In huius sententis multiplicibus quicquid ad subtiliorem intelligentiam referri potuit, quasi minutum quid & minus utile, populus ille corporis sui sensibus deditus, congregare contempsit: pauperibus tamen & peregrinis carpenda dimisit. Quibus etiam iam domesticis effectis, postea per Apostolum dicitur: Non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Bibentes enim uinum quod de uinea huius botris expresserant, ad dei peruenierunt notitia: & charitate illius inebriati, facti sunt amici, qui prius fuerant alieni. Vnde sub specie Idu meae gentilitate uniuersam Ieremias alloquitur, dicens: Gaude & laetare filia Edom, quae habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet calix inebriaberis atque nudaberis. Hus, consilium sonat. Gentilitas ergo primo terrena cupiditate grauata, postquam in uerbo dei consilium suae salutis inuenit, in quo & perseverantiae suae habitaculum fixit: gustato calice spiritalis scientiae, inebriata est atque nudata. Inebriata, charitate diuina: nudata, possessione terrena. Quod etiam Sibyllinis uerbis olim praedictum fuerat:

**Ecc. 3.** **Iob. 5.** **1. Reg. 2.**

Cui iacet, inquit, incultus desis in uepribus orbis, Reicient simulacra uiri, cunctam quoque gazam. Postquam igitur Tyrus & Sidon iuxta Zachariae uaticinium, assumpserunt sibi sapientiam.

**Eph. 2.** **Thre. 4.**

tiam ualde, in agro dominicae messis solum attigerunt: quia sapientiae caelestis ibidem deprehenderunt aeternitatem, mysticam secuti interpretationem: quam populus ille carnalis paruipendebat, ad literae sterilitatem omnia referens, ut animabus suis pascuas huberrimas inuenirent: & adimpleretur in eis quod Isaias praedixerat, quia deserta in hubertatem uersa, aduenae comederent. Hinc ad reliqua transueamus.

**Non facietis furtum. Non mentimini.** Quamquam mendaciorum multa discretio sit, quia aliud est mendacium quod in rebus diuinis admittitur, aliud quod in rebus corporis nostri curae necessarijs, cum aut res aliena fallaciter usurpatur, aut nostra per mendacium conseruatur: nec a qua distinctione ista arguenda sunt, omne tamen mendacium generaliter uitandum esse innotuit, qui dixit: Non mentimini. Quia uero potest sine uerbis mendacibus proximo subripi, dum in quo libet rerum contractu iustitia non tenetur, aut uendendo carius, aut uilius emendo, apte subiungitur:

**Nec decipiet unusquisque proximum suum.** Vnde Apostolus ad Thessalonicenses scribens: Haec est, inquit, uoluntas dei, ut non supergrediatur quis neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam iudex est deus de his omnibus, sicut praediximus uobis & testificati sumus. Sequitur: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen deitui. Ego dominus.

Notandum quod non ait, Non iurabis in nomine meo: sed, Non periurabis. De dijs uero gentium in Exodo praecipitur: Per nomen externorum deorum non iurabis, neque audietur in ore uestro. In nomine ergo suo, solum periurium: per nomen uero externorum deorum, omne prohibet iuramentum. Quod igitur in nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus: propterea (ut ait beatus Augustinus) dictum uidetur, non ga uerum iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatum est: a quo nos longe esse uoluit, qui omnimodo ne iuremus, admonuit.

**Non facies calumniam proximo tuo, nec ui opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij apud te usque mane.** Forsitan propter pauperes hoc dictum existimetur, qui quotidiano labore suo uictum quotidianum acquirunt: quibus si dilata fuerit merces sua in crastinum, unde se transigant

Isai. 5.

1. Thef. 4

Exo. 23.

Matt. 5.



Pro. 3. non habebit. Si enim de beneficijs gratis im-  
pendendis dictum est, Ne dicas amico tuo,  
uade & reuerte, & cras dabo tibi, cum statim  
possis dare: quanto magis quod labore pro-  
prio acquiritur, non est mercenario differ-  
endum cum ab eo exigitur: Quia tamen nescio  
si quisquam modo inueniatur, qui hoc sem-  
per obleruet: & frequentissime etiam cum gra-  
tia & fauore operariorum contingit, ut ope-  
ris sui mercedem eade die non recipiant, sed  
usque in tertiam aut quartam diem, uel etiam  
septimam libenter se differri sustineant: uide-  
tur mihi in tam festina recompensatione mer-  
cedis, quae populo illi indicitur, forma appa-  
rere sacramenti. Populus namque ille antiquus  
in corporalibus suis obseruantijs, quas per le-  
gis censuram susceperat: in quibusdam mo-  
rum suorum, in quibusdam diuinae pietatis aut  
iustitiae speciem praetendebat. Nam quod de se-  
gete praecipitur, ut non tondeant eam usque  
ad solum: paulo ante ostendimus, quia hebe-  
tudinis quae eorum obtundebatur intelligen-  
tia, praetendit imaginem. Item ubi in Exodo  
legitur, primogeniti a fini redimes oue: quod  
si non redemeris, est fructus diuinae districtio-  
nis sacramentum est, quod obseruare iuben-  
tur. Per primogeniti namque a fini, quod animal im-  
mundum est, primitiua uita in uitis exacta in-  
telligitur. Quisquis ergo tpe adulescentiae suae  
carnis illecebris subditus fuerit, bonum est ei  
ut se corrigat: & praecedentes lapsus suos, in-  
nocentia subsequente commutat: alioqui morte  
perpetuam non euadet. Cum igitur & hic eis  
praecipitur, ut unusquisque mercenario suo ea-  
dem die mercedem restituat, ne in mane sequen-  
tis diei uacuum illum dimittat: forma est diu-  
inae liberalitatis, quae illis imponitur: ut qui  
uerum deum colere docebantur, ad eius simi-  
litudinem & morum sanctitatem, & quodam uide-  
di genere traherentur. Habet enim creator noster  
operarios suos, quos iuxta euangelicam pa-  
rabolam, horis diuersis in uineam suam mit-  
tit: quibus etiam mercedem restituit, denari-  
um retributionis aeternae. Sed quia merces il-  
la sequentis est diei, & mane expectat ulti-  
mum: non protrahatur qui deo seruiunt, nec  
a fructu operis sui usque ad illud tempus ua-  
cui dimittuntur. Accipiunt namque mercedem  
ante mercedem. Inde est quod praedicatori-  
bus in mundum missis, sumptus & alimenta  
ex euangelio conceduntur: dignusque merce-  
de sua operarius esse perhibetur. Iam, inquit  
beatus Gregorius, de mercede opis sunt ipsa  
alimenta sustentationis: ut hic merces de labo-  
re praedicationis inchoetur, quae illic de ueri-  
tatis uisione perficitur. Generalius quoque domi-  
nus omnibus pollicetur, dicens: Qui dimiserit  
patrem, aut matrem, aut fratres, aut foro-  
res, aut agros propter nomen meum: centu-  
plo accipiet in hoc seculo, & postea uitam

aeternam. Et reuera quis aestimare possit,  
quanta CHRISTVS his qui temporalibus  
pro nomine ipsius renunciant, etiam tempo-  
raliter reddidit, alij datur per spiritum ser-  
mo sapientiae, alij sermo scientiae, alij fides in  
eodem spiritu, alij gratia sanctorum, alij in-  
terpretatio sermonum: Quod & si cui san-  
ctorum desit haec manifestatio spiritus, nun-  
quid alicui deesse poterit animae requies, quae  
omnibus mundi huius diuitijs anteposenda  
est, dicente domino: Venite ad me omnes  
qui laboratis & onerati estis, tollite iugum  
meum super uos, & inuenietis requiem ani-  
mabus uestris? Quanta enim sit animae re-  
pauatio, cum mundi concupiscentias abij-  
cit, & paruo gaudere consuecit: quidam eti-  
am de externis testatus est, dicens:

*Fuge magna, licet sub paupereteste  
Reges & regum uita praecedere amicos.*

Non igitur differt deus operarios suos in ma-  
ne futurum, sed statim respondet iustis iuxta  
meritum suum, magna praebens, maiora pro-  
mittens: diues in omnes qui inuocant illum,  
& dans omnibus affluenter: ut etiam in praesenti  
sit fructus iusto, & appareat deus iudi-  
cans eos etiam in hac terra. Hanc immen-  
sam bonitatem suam nobis aperiebat, cum po-  
pulo quem sibi conformari uolebat, praecipie-  
bat, dicens: [ Non morabitur opus merce-  
narij apud te usque mane. ] Sequitur:

**Non maledices furdo, nec coram  
caeco pones offendiculum. sed time  
bis dominum deum tuum, quia ego  
sum dominus.**

Eos maxime tueri & uindicare solet de-  
us, qui sibi ad tutelam & uindictam adesse non  
possunt. Inde habes in Psalmo, quod pater or-  
phanorum & uiduarum iudex nominatur.  
Prouerbialiter tamen hoc accipiendum est:  
ut caecus intelligatur, qui non uidet ruinam  
quae sibi paratur: furdus autem, qui cum ab-  
sens sit, non audit quando sibi maledicitur.  
Cum igitur laesio proximorum ipsis occultatur,  
ille tamen timendus est, quem iniquitas  
nostra latere non potest.

**Nec facies quod iniquum est, nec in-  
iuste iudicabis.**

Ut prius scilicet ab iniquitate declines: de-  
inde, si iudicandi potestas concessa tibi fue-  
rit, circa illorum peruersitatem libere iustiti-  
am serues. Alioqui si tu illicita aliqua com-  
mittas, alios iudicans, te ipsum condemnas,  
eadem enim agis quae agis iudicas. Quan-  
ta uero aequalitas circa omnes in iudicijs ser-  
uanda sit, aperte declaratur cum subditur:

**Nec consideres personam pauperis,  
nec honores uultum potentis. iuste  
iudica proximo tuo.**

Hoc etiam in Exodo ita positum reperies:  
Non sequeris turbam ad faciendum malum.  
nec in iudicio plurimorum acquiesces senten-  
tiae, ut a uero deus pauperis quoque non mi-  
sereberis in iudicio. Nonnulla itaque pluribus  
in locis repetita inuenies, quorum tamen re-  
petitio non est superflua iudicanda, iuxta il-  
lud Apostoli: Eadem scribere mihi quidem non  
pigrum, uobis autem necessarium. Nam sic-  
ut etiam de mundi huius sapientibus quidam  
testatus est, Nunquam nimis dicitur, quod nisi  
quam satis discitur. Quibusdam remedia mon-  
stranda, quibusdam inculcanda sunt.

**Non eris criminator & fufurro in  
populis.**

Criminator dici potest, qui alieno delecta-  
tur improprio: & interdum etiam quae non  
nouit, libenter proximis crimina imponit. Cum  
autem scriptum sit, Iustus in primis accusator  
est sui: manifestum est, quam odiosum sit, ut  
quis uitiorum suorum negligens, aliena soli-  
citus inquirat, agnita insultando proferat: ea  
etiam quae sibi non elucet, tanquam iam pro-  
bata sint, criminandi uoluptate uera esse de-  
cernat. Sufurrones uero sunt, qui in facie blan-  
di, proximorum mala latenter alijs infur-  
rant. De quibus Salomon: Si mordeat serpens  
in silentio, nihil eo minus habet qui occulte de-  
trahit. Itemque alius: Sufurro, inquit, & bilin-  
guis maledictus. multos enim turbauit pace  
habentes. Apostolus quoque: Sufurrones, ait,  
detractores, deo odibiles.

**Non stabis contra sanguinem proxi-  
mi tui. Ego dominus.**

Stare contra sanguinem proximi, est uite  
illius infidari. Antequam enim sanguinem ho-  
minis fundas, si iam morte eius optas, si quaeris  
tempus & locum ut occidas, stas contra san-  
guinem proximi. Adhuc ille uiuit: & deus qui  
cor tuum penetrat, te iam homicidam conuin-  
cit. Unde apte subiungitur:

**Ne oderis fratrem tuum in corde  
tuo. sed publice argue eum, ne habe-  
as super illo peccatum.**

Legimus, dicente Iacobo apostolo, quia  
fructus iustitiae in pace seminatur facientibus  
pacem. Idcirco omni conatu, omni sollicitudi-  
ne pacem inquirere & persequi debemus fugi-  
entem: quia sine pace nemo deum uidere, ne

mo fructum iustitiae poterit afferre. Innumera-  
bilia autem in conuersatione quotidiana scan-  
dala oriuntur, quibus pax nostra scindatur,  
quibus charitas fraterna de nostris cordibus  
expellatur, nisi nos inuicem supportemus: &  
posita dura uerba, post uarias iniurias, cito nos  
in concordiam reuocemus. Unde filius Sirach  
nos hortatur, dicens: Corripe amicum, ne for-  
te non intellexerit, & dicat, non feci: aut si fece-  
rit, ne iterum addat facere. Corripe proximum,  
ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte ite-  
ret. Corripe amicum, sepe enim fit commissio, & non  
omni uerbo credas. Est qui labit lingua sua, sed  
non ex animo. Quis est enim qui non delinqt in lin-  
gua sua? Sed & summus magister in euange-  
lio: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum  
inter te & ipsum solum. Si audierit te, lucra-  
tus eris fratrem tuum. Consona igitur his eti-  
am legislator protulit, dicens: Ne oderis fra-  
trem tuum in corde tuo: sed publice argue e-  
um, ne habeas super illo peccatum. Quod ta-  
men dicit publice fratrem arguendum, non  
sic accipiendum existimo, quasi statim coram  
multitudine obiurgandus sit: sed quoniam a  
tens odium prohibuerat, dicens: Ne oderis fra-  
trem tuum in corde tuo: publice subdidit ad-  
monendum, id est, in manifesto: ut dolor oc-  
cultus non referretur in corde, sed tempesti-  
ue qui iniuriam intulit, super temeritate sua  
conueniatur: & poenitentia ipsius pax, quae ui-  
olata fuerat, in integrum reformetur. Sequi-  
tur:

**Non quaeres ultionem, nec memor-  
eris iniuriae ciuium tuorum.**

Magna sunt haec & manifesta, nulla sonat  
hic figuratiua locutio, nullius apparet myste-  
rii uelamen. nec laborandum est ut exponan-  
tur, laborandum tamen est ut opere comple-  
antur. Et quidem animarum nostrarum quies-  
cit, ut diuinorum praceptorum nos recti-  
tudini conformemus: quia tamen peccando  
in hunc languorem decidimus, ut pax nobis  
inquieta, & sanitas uideatur amara, nequaquam  
sine labore laborem euadimus: ut uitis tan-  
dem expugnatis, in amore uirtutum uera &  
perpetuam quietem reperiamus. Quid enim  
arduum est Christiano, qui per mansuetudi-  
nis gratiam filius dei efficitur, qui ad tantum  
bonum patris caelestis prouocatur exemplo,  
ut uindictam nolit, ut iniuriarum immemor sit:  
si hominem gentilem & a pietate alienum, Caesarem  
dico, in summa potestate constitutum, cum  
laudaret Cicero. Nihil, inquit, obliuisci sole-  
bat praeter iniurias: Sed uidebit foras illi lex  
ipsa esse contraria, quae hic uindictam inter-  
dicit: alibi uero & uindictam in reos praecipit,  
& uindictam ipsius modum ponit, dicens: Si rixati  
fuerint uiri, & percusserit quis mulierem per-  
gnatam,

Exo. 13.

Matt. 20.

Matt. 10.  
Luc. 10.

Matt. 19.

1. Cor. 13.

Matt. 18.

Iacob. 1.  
Roma. 18.

Pro. 18.

Sufurro-  
nes qui.  
Ecc. 10.

Ecc. 28.

Roma. 1.

Ps. 67.

Roma. 12.

Ecc. 19.

Matt. 18.

Cicero  
de Ca  
sere pra  
conium.  
Exo. 21.

& abortiuum quidē fecerit, sed ipsa uixerit: subiacet damno quantum expetierit maritus mulieris, & arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dētem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione. Notandum enim in his uerbis, quā nō ſolū iudicātis ſeueritas informatur: ſed & ille qui iniuriam paſſus eſt, ad uindictā exactiōnem relaxatur, cū dicitur: Subiacet damno quātū expetierit maritus mulieris. Vnde & in alijs quę ſubieſta ſunt, ſimilem legis cenſuram accipimus: ut ſcilicet cui oculū alienus furor excuſit, liceat ei percuſor ſui oculum iure uindictę repetere, dentem pro dente, manum pro manu, pedē pro pede, aduſtionem pro aduſtione. Quid igitur in huiusmodi niſi legis diſcretio conſideranda eſt, quę nunc ſumma prædicat, nunc ſe eorum quibus loquebatur, infirmitati conformat? Cum enim dicitur, non quærēs ultionē, nec memor eris iniurię: ciuiliu tuorum: ſatis apparet, quid maxime in moribus humanis diligat deus. Cum autem qui paſſus eſt iniuriam, ad reſpondendam relaxatur uindictam: non mutatur legis intentio, ſed cui manuſuetudinis uirtus perſuaderi non poteſt, ſaltem in dignatio temperatur: ut uindictę ipſius modum teneat, & plus quā pertulit non reponat. Sic etiam, teſte domino, ad duritiam cordis eorum, permiſſum eſt eis dimittere uxores ſuas: cum uoluntatis tamen diuinę eſſet, ut quod deus coniunxerat, homo non ſepararet. Hęc moderatiō etiā in nouo teſtamēto reperies. Volo, ait Apoſtolus, omnes homines eſſe ſicut meipſum. Sed unusquiſq; donum proprium habet ex deo, alius quidē ſic, alius uero ſic. Dico inuuptis & uiduis: bonū eſt illis, ſi ſic permanſerint ſicut & ego. Quod ſi nō ſe cōtinent, nubant. Melius eſt enim nuberē, quā uiri. Sic igitur & lex uult nos quidē ad ignoſcendum eſſe faciles, iniuriarum immemores: ſed ſi quis hoc non capit, iuſtum ei uindictę modum ſtatuit, quem tranſire non poſſit. Neq; enim iniuſte ab eo qui læſit, uindicta reſoluit, ut ſuſtineat unusquiſq; quod fecit. Sed quoniā in multis offendimus oēs, & decem millium talentorū debito conſtrinſimur: expedit nobis, ut quod iuris noſtri ē, proximis relaxemus, uicemq; mutuam in diuino iudicio recipiamus. Alioqui ſicut in Ecceſtaſtico ſcriptum eſt, qui uindictam a deo inueniet uindictam: & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque, inquit, proximo tuo nocente: & tunc deprecāti tibi peccata ſoluentur. Homo homini ſeruat iram, & a deo querit medelam? In hominē ſimilem ſibi nō habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiffimum? Quis exorabit pro delictis illius? Ac deinde: Memēro, ait, nouiſſimorū,

Matt. 51  
Leuit. 24  
Deut. 19.

Matt. 19.

1. Cor. 7.

1. Cor. 3.  
Matt. 18.

Eccl. 18.

Ibidem.

& deſine inimicari. Memorare timorem dei, & non irarſeris proximo. Memorare teſtamenti altiffimi, & deſpice ignorantiam proximi. Hęc ſunt quę ad benignitatem nos cōpellunt, ut donemus iniucem, ſicut uolumus a deo donari nobis: ſicq; per patientiam poſſidentes animas noſtras, charitatem quę ſaluſ illarum eſt, perpetuum retinere poſſim? Inde eſt enim quod ſubditur:

Luce. 21.

**Diliges proximū tuū ſicut teipſum.**

Omnis lex, teſte Apoſtolo, in uno ſermone completur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimoniū dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis, dilectio. Quærendum eſt, cum Apoſtolus in dilectione proximi, plenitudinē legis eſſe teſtetur: cur dominus in euāgelio ſimperfectam eam aſſerat, dicens: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, diliges proximum tuū, & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros: ut ſitis perfecti, ſicut & pater ueſter cæleſtis perfectus eſt. Imperfecta ergo proximi dilectio, domini ſententia dicitur, ſi non uſq; ad inimicorum dilectionem noſtra charitas extendatur. Apoſtolus autem: Omnis lex in uno ſermone completur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quę eſt iſta contrarietas? Quæ ſi repugnans & oppoſitum eſſe uidetur. Sed notandum quia dominus proximum nominat, ſecundum intelligentiam Iudæorum, qui proximum non niſi amicum & familiārē accipiebant. Inde eſt quod in euāgelio ſubiungitur, domino dicente: Si enim diligitis eos quos diligunt, quā mercedem habebitis? Et uto apud Iudæos diu hoc in quæſtione fuiſſe, quis proximus eſſet habendus. Quod ex illa lectione apparet, in qua legis peritus cum dominum interrogaret, quid faciens uitam poſſideret æternam: reductus in memoriam legalium præceptorum, diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & diliges proximum tuum ſicut teipſum: ſtatim quærendum exiſtimauit, dicens: Et quis eſt meus proximus? Dominus autem introducta parabola Samaritani, qui proximus factus eſt homini qui inciderat in latrones, proximusq; eum agnouit, non propter præcedentem familiaritatem, ſed propter ſolam naturę communione: ſatis oſtendit, oēm hominem homini proximum eſſe: ſicq; unicuiq; ſubueniendū fore in anguſtijs cōſtituto, quō unusq; ſibi ſubueniri uellet, ſi in eadē tribulatione poſitus eſt. Cū itē in hoc loco proximi dilectionē aſſerit imperfectā, ad eos (ut dixim) intelligentiā ſe deponit ſic

Gala. 3.

Roma. 13.

Matt. 5.

Gala. 3.

Matt. 5.

Luce. 10.

Auguſti.

de diligendo proximo ſibi mandatum arbitrabantur, tanquam ad inimici odium relaxarentur. Apoſtolus uero cum plenitudinem legis in dilectione proximi eſſe teſtatur, omnē hominem ſub proximi nomine comprehendit: attendens in hominibus non priſtinę cōuerſationis contubernium, ſed ſolius naturę conſortium. Hęc eſt dilectio quę malum nō facit, & legem perficit, dum circa omnes homines innocentiam cuſtodit. Alioqui ſi charitatem tuam ad ſolos eos qui te diligunt, reuoces, multam circa ignotos & inimicos materiam peccandi reperies. Eſt aliud quod adhuc præcepti huius imperfectionem oſtendere uideatur. Narrat euangelica hiſtoria, adoleſcentem quendam ad dominum acceſſiſſe: qui cū requiſiſſet quid boni faceret et haeret uitam æternam, dictum eſt illi: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimoniū dices, honora patrem & matrem. & diliges proximum tuū ſicut teipſum. Reſpondit adoleſcēs: Hęc oīa cuſtodiu i iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest? At illi Ieſus: Si uis perfectus eſſe, uade uende omnia quę habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & ueni, ſequere me. Ecce cum adoleſcens reſpondiſſet ſe oīa ſeruauit quę dixerat, inter quę etiam erat quod in manibus habebimus, diliges proximum tuum ſicut teipſum: tamen audiuit a domino, quod aliquid adhuc ſibi deeſſet: & niſi uendere quę habebat, perfici non poſſet. Quomodo igitur plenitudo legis eſt dilectio? Quomodo in hoc uno ſermone omnis lex completur, diliges proximū tuum ſicut teipſum? Sed aduertendum eſt, quia adoleſcēs minus quā debuerat ſe diligebat: & idcirco ſufficiens non erat, ſi eandem quā ſibi dilectionē proximo impendebat. Cum enim uēdēdi omnia conſilium a domino ſuſcepſiſſet, abiit triftis, nec fecit quod audierat: quia multas habebat poſſeſſiones, quarum cupiditate, quali compede religatus, uocantem ſe magiſtrum cæleſtem ſequi non poterat. Minus ergo ſe diligebat, qui pro ſalute animę ſuę omnia quę mundi ſunt, relinquere non ualebat. Eis ergo qui huiusmodi ſunt, teſtatur beatus Auguſtinus non poſſe ſufficere, ſi alios ut ſe diligant: quia quod ſibi imperfectum exhibent, alijs quoq; imperfectum cōſeruant. Dicit ergo: Videte quantos proximos habeat unus homo. Omnes homines in quos incurrit, quibus iungi poterit, pximi eius ſunt. Quomodo igitur diſcutiendus eſt utrū diligat ſe, cui committendi ſunt tot proximi, ut ſe eos diligat tanquam ſe? O homo, uolo tibi committere proximum, ut diligas eum tanquam teipſum. Volo, ſed adhuc timeo. Prius enim diſcutere uolo, quomodo diligas teipſum, ſi

Matt. 19.  
Mar. 10.  
Luce. 10.

eū tuipſe ſic te diligis, ut perdas te: ſic profecto perditurus es & eū, quem diligis ſicut te. Nolo ergo quenquam diligas, uel ſolus perdas. Aut corrige dilectionem, aut reſpue ſocietatem. Prorſus proximum dilige, & ſufficit, ſed dilige quomodo teipſum diligis, nō quomodo te ipſum odiſti. Quærere habes quō diligas te: & audire habes, Dilige dominū deum tuū ex toto corde tuo. Ipſe eſt ſalus animę tuę. Illi ſi te totū reddideris, uere te amabis. Si uero per uarias cupiditates deſluēs, ab eo longe te feceris, inimicus tibi eris. Hęc eſt imperfectio adoleſcētis illius. Proximum ſe dixit diligere tanquam ſe, ſed diuitias adhuc amplectens, non ex integro ſe deo reddidit, unde nec integre teipſum dilexit. Vt igitur in dilectione proximi plenitudo legis inueniatur, nec proximi nomen cōtrahere oportet, nec diligendi formam paſſim accipere. Huc uſq; duobus capitulis euangelicis reſponderimus, quę ſanctiōni apoſtolicę cōtraria uidebantur. Tertio uero loco qualitate ipſius præcepti inuatiſſe diſcutere, ſi forte fieri poſſit, aut fieri debeat, ut unus homo omnes homines tanquam ſeipſum diligat. Et quidē dei mandatis credimus, quia iuſtum eſt quicquid iuſtus præcipit, nec quod homini iubetur, humana naturę capacitatem excedit. Ad hoc tamen quod dicuntur, præſtando ſunt, ut eorū utilitas eluceſcat: appareat ratio, & poſſibilitas demonſtrata, nos ad obtemperandum ſtrenuos reddat. Primo igitur de poſſibilitate præcepti huius, ſi mores noſtros interrogemus, quando fieri poſſe uidebitur, ut inimicos tanquam nos diligamus, qui nec amicis noſtris uerum affectum impendimus? Ad eos itaque ueniendum eſt, qui inter homines ſummi apparuerunt, qui uirtutis nobis præbuerunt exemplum: in his enim reperiedum eſt, quicquid boni in hac uita humana fragilitas ſperare præſumit. Quis nanq; noſtrum ad charitatis plenitudinem peruenturus eſt, ſi Paulus ad illam peruenire non potuit? Ergo ne Paulus omnes homines tanquam ſe dilexit? Dicitur fortaliſſe ita eſſe, credendumq; Paulo ipſi perhibenti, quia uellet omnes homines ſicut ſe eſſe. Et reuera de beato Apoſtolo ſic ſentendum eſt, quod nullius inuidebat uirtutibus: imo omnium quantum ſcunq; eſſet, amplectebatur profectum. Sed tamen cum uerba ipſius recolo, dicentis quia neque mors, neque uita, neque creatura aliqua poſſet eum ſeparare a charitate CHRISTI: perpēdo (ut ualeo) quanto mēore afficeretur Paulus, quo tranſigeretur dolore, ſi aliquid perpetrāſſet unde a Chriſti charitate ſeparatus eſſet. Cū igitur tot millia hominum in peccatis ſuis a centium per uniuerſum attenderet orbem, ſcimus quia compatiebatur errori illorum, optans omnes ſibi ſimiles fieri, credētes Chriſtū

Matt. 19.  
Mar. 10.  
Luce. 18.

1. Cor. 7.

Roma. 8.

ito, & iustificatus a peccato suo. Sed nunqd pari affectu singulorū deflebat lapsum, quo defleret suum? Quis hoc audeat dicere? Quādo enim in corde Pauli latitiae locus esset, qñ tempus consolationis, si perseverante humani generis iniquitate, tantis indefinenter afficeretur mœroribus? Sed dicitur forsitan, qd aliorū sanctitate releuabatur: quod & in uerbis ipsius satis apparet, cum discipulis loquitur, dicens: Vos estis gloria nostra & gaudium. Et quia nunc uitium, si uos statis in domino. Non igitur contradicimus quin congauderet Paulus discipulorū profectui. Hoc tamen fidenter pronunciamus, quia si ipse periret, paruum de salute iustorum consolationem acciperet. Nunc autem per orbem terrarum tot uidet pereuntes: & tamen quia saluatur ipse, saluantur & discipuli, inenarrabili gaudio dilatur. Nōne igitur manifestum est, alium fuisse motum cordis eius circa suam, alium circa reliquorum perditionem? Adhuc si charitas Pauli nō defecit, quādo iā cum Christo regnat spiritus eius, ubi introductus est in gaudium domini sui, ubi absterit deus omnem lachrymam ab oculis illius: qd est quod nunc tot peccantes & perētes alpicit, & non gemit? Neq; em unquam suā mortē sine gemitu uidere potuisset. Addimus etiam, quia si Paulus omnes homines tanquam se dilexit, æqualem ergo affectum omnibus impendit. Non itaq; plus amauit Timotheū, cui testimonium perhibet, dicens neminem se habere tam unanimum, qui sincera affecti one pro fratribus sollicitus esset: quam eos de quibus subiungit, oēs em q̄ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi. Non plus cæteris amauit Titum, de quo ipse testatur, quia cum uenisset Troadem, non habuit requiem spiritui suo, eo quod nō inuenisset Titum fratrem suum. Sed & cum uenisset inquit Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra: sed qui consolatur humiles, cōsolatus est nos deus in aduētū Titi. O quam multos cernebat quotidie, quibus non eundem impendebat affectum: quorum non pariebat illi tribulationem absentia, uel præsentia cōsolationem. Sed quid de Paulo loquor? Ipsa dei sapientia per Salomonem loquitur, dicens: Ego diligentes me diligo. Quæ etiam postquam carne assumpsit, per semetipsam testatur: Qui diligit me, inquit, diligens, diligit a patre meo: & ego diligam eum. Inter eos quoq; quos diligebat, unum præ cæteris dilexit: de quo pluribus in locis legimus, quia hic est discipulus quē diligebat Iesus. Quō ergo oēs æqualiter, quō tanq̄ se oēs dilexit? Nam & si iustitiā cōsulamus, unaquæq; res quāto melior est, tan to utiq; amplius amanda est. Quod si constat Christū oibus eē hoibus meliōrē, q̄s dubitet cūctis amplius diligēdiū, quē certū est oibus

1. Thes. 2.  
1. Thes. 3.

Matt. 25.  
Apo. 7.

Phil. 2.  
Ibidem.

2. Cor. 2.

2. Cor. 7.

Pro. 8.

Ioh. 14.

Ioh. 15.  
19. & 21.

preferēdiū: Si igit̄ mēbra ipsius hoc recte discernunt, solus ne ipse amore sui peccat, ut minus iusto se diligat? Absit. Ordinata nanq; in illo est charitas, ut uel sibi, uel cæteris congruam pro meritis dilectionis suæ uicem reddat. Se itaq; plus quā cæteros amat. Quanto enim (ut diximus) melior est, tanto ampliori dilectione dignus est. Quomodo igitur alijs præcipit, ut diligant proximos tāquam seipfos? Quomodo inquam præcipit, qd ipse non facit? Vides ne in illis paucis uerbis, impliciterq; platis, quanta profunditas reperita sit? Multas superius uerborū figuras, multa rerum sacramenta discussimus, nunc quasi ad plana exētes, post horū nūm in hac conuale dominica fructum pomorum reperimus: quæ licet nulla sua testa dētes nostros fatigent, manifeste enim quod habent profertur, plenitudine tamen sua comedentis fauces implet. Quid est ergo quod dicitur, diliges proximum tuum tanquam teipsum? Dicant hic doctores quod fenerint, nos pro tenitate ingenij nostri, non ad affectiōē cordis humani referendū æstimamus, uelut hæc indistinctis prorsus omnibus exhibenda sit, sed ad iustitiæ conseruationem. In hac quippe erga omnes tenenda æqualitas est. Quod beatus Gregorius manifeste exponit, dicens: Proximi dilectio ad duo præcepta diriuat, cū & per quēdam iustum dicitur: Quod ab alio fieri tibi odis, uide ne tu alteri facias. & per se metipsam ueritas dicit: Quæ uultis ut faciat uobis hoies, & uos facite illis similiter. Quibus duobus scilicet utriusq; testamenti mandatis, per unum malitia compescitur, per aliud benignitas prærogatur: ut malū quod patitur non uult quisq; non faciens, cesset à nocendi opere: & rursum bonum quod sibi fieri appetit, impēdens, erga utilitatem se proximi exerceat ex benignitate. Omnibus itaq; hominibus debet affectio propter communem naturā: alijs tamen maior, alijs minor impēditur; tū pro meritorū diuersitate, quia qui sanctior inuenitur, amplior dilectionem meretur: tum quia sepius coalescit morum studiorumq; similitudine, familiari nutritur conuersatione, beneficijsq; datis acceptis ue roboratur. Aliud est itaq; quod iure naturæ cunctis debetur: aliud, quod singulis plus ue minus ue diuersis ex causis impenditur. Qui tamen scire uoluerit quid omnibus debeat, subtiliter perpendat quid iuste ab oibus exigat. Homo est, cū hominibus agit, ponat se cū cæteris sub regula ætatis, sine adulatione seipsum cōueniat, & qd à proximis postulat iure naturæ, hoc proximis se debere cognoscat. Hoc est proximi diligere tanquā se ipsum: ut caueam amore priuati, quæ Apo. 2. Tim. 3. stulus reprehēdit, dicens: Erunt hoies seipfos amātes. Seipfos scilicet, ut sui solū curā habeat,

Thob. 4.

Matt. 7.

2. Tim. 3.

Pro. 10.

2. Tim. 4.

proximorum uero contemnant. Huiusmodi quippe hoies facit alios iniurias inferunt, cū suas ipsi ferre non possunt: beneficia petunt, cū dare nesciant: circa aliena peccata rigidi, ad corrigēdam uero quod ipsi cōmiserunt, eneruiter dissoluti. Contra quos per Salomonem dicitur: Pondus & pondus, statera & statera: utriq; abominabile est apud deum. Qui em in his quæ æqua sunt lance pensanda, sibi indulgent, proximos autem seuerius tractant, diuerso pondere & mensura diuinam iustitiam exacerbant. Quia igitur nullus est, qui in iniuriose aliquid uelit in se committi, aut quod lege naturæ sibi debetur, uelit denegari: prorsus hanc regulam attendat unuquisq; ut oia proximis impēdat quæ à proximis expectat, & implebit quod dictū est, diliges proximum tuum sicut teipsum. Sic fiet, ut in dilectione proximi plenitudinem legis inueniat, quæ multū non operet: & in his quæ agenda sunt, non in firmeretur. Quod autem superius tractatū est, cur Paulus cum perfectæ charitatis esset, nō prorsus ut sua, sic aliena mala portaret: hoc nec deus fieri præcepit, nec natura admittit. Alioqui nihil profuit Paulo bonum certamen certasse, fidem seruasse: si alijs peccātib; & peccatorum suorum uicem recipientibus, ipse p̄ compassionē ad hoc deducitur, ut in tormentis eorum omnino similia patiatur. Non sunt hæc iura charitatis, ut immeritis tormentis addat: imo ut meritis per iustorum suffragia, si facultas eis detur, à tormentis eripiat. Fecit igitur Paulus quod charitatis fuit, dū tempus habuit, operam dedit, ut peccantes corriperet: & eos qui peccando à deo recefferant, in eius gratiam reuocaret. In hoc proximos tanquam se dilexit: quia quod circa se miseri corditer posse fieri intellexit, si sub eodem periculo laboraret, hoc & ipse proximis impendit. Verum quā laborem suum apud quā plures infructuosum inuenit, insecutus consummato, iustitiæ suæ coronam percepit: eos au

tem qui in malis suis perseverauerūt, diuinæ iustitiæ reliquit. Naturalis siquidem illa pietas, eatenus ad cōpatiendum cor iustorum inflectit, ut si possunt, subueniant: nō sic autem per compassionē praeagentibus coadunit, ut etiam in eorum tormentis similes illis existat. Hactenus de charitatis modo, qui nec erga nequissimos minuendus est, qm̄ reddenda sunt omnibus iura naturæ, prout porimus, tractatum est. Quia uero supra diximus, aliā esse dilectionem Iōgēq; præstantiorem quæ bene meritis tantū rependitur, quæ penes singulos diuersis ex causis diuersa habet: qd qd etiam & scripturarum testimonio, & dñico exemplo firmamus: ad ipsam igitur reuertendum, & in ipsa quicquid de mandato legis tractauimus, concludendum est. Hæc est nanq; amicitia uel familiaritas, quæ non nisi bonis iungenda est, dicente Salomone: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus autem stultorum, efficietur similis. Itēq; filius Sirach: \* Si cōmunicabit lupus cū agno aliquando, sic peccator iusto. Quia igitur cū omnibus pax tenēda est, iuxta illud Apostoli, Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: cum paucis autem focietas inuenda, docet nos scriptura, dicens: Multi pacifici sunt tibi, cōsiliarij autem tibi fit unus de mille. Hunc uero cōsiliariū quidam de mūdi sapientibus prius diligenter examinandum testatur, & tunc demū ad arcanorum notitiam admittendum. Diu, inquit, cogita, utrum tibi in amicitiam aliq; recipiendus sit. Cum placuerit fieri, toto illi pectore admitte. Tam audacter cum eo loquere, quā tecum. Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaueris, facies. Ideo & quidam de nostris ait: Amicus fidelis, protectio fortis, qui inuenit illū, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio: nec est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.

Pro. 13.

\* Sicut Eccl. 13.

Roma. 12.

Eccl. 6.

Eccl. 6.

RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER XIII.



Præfatio.

N SACRA scriptura species distinctiois quatuor sunt: historica, prophetica, propherialis, & simpliciter docēs. Historia est præteritarum regnaratio, ut in quinque libris Moyfi. In quibus licet res de quibus agitur, plene sunt figuris:

historialiter tamen legislator ea uel à domino iussa, uel à se & a populo illo completa esse pronunciat. Item Iesu Naue liber, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Ezras, Esther, quatuor euangelia, Actus apostolorum, ad diuinā historiam pertinent. Nam Thobias, Iudith & Machabæorum, quamuis ad nōstructionem ecclesie legant, perfectam tñ nō habēt autoritatem. Prophetica locutio est, cū futura prædicatur. Ista in psalmis reperitur, Isaiā, Ieremia, Iezechiele, Daniele, duodecim

Isai. 7.  
Isai. 11.

prophetis. Hæc plano sermone nonnulla pronuntiat, ut est illud Isaie: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. In quâ plurimis prouerbiali utitur, ut idem de eadem re: Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Prouerbialis species est figurata locutio, aliud sonans & aliud sentiens, & de moribus tractans. Nam & prophetis (ut diximus) hanc si bi sæpe assumunt: sed tamen præcipue moralis doctrinæ ascribitur. Hæc in prouerbis Salomonis accipitur, in Canticis canticorum, in Sapientia, in Ecclesiastico. Iob autem partim historicus, partim propheticus, partim uero prouerbialis inuenitur. Ecclesiastes quoque prouerbialis in parte, sed in maiori simplicem doctrinam prosequitur. Simplex doctrina est, quæ de fide ac moribus simpliciter docet. Hæc nec historiam textit, quia res gestas non ex ordine prosequitur, licet aliquid ex præteritorum memoria ad auditorum instruendum assumat: nec prophetiam, quia res futuras non sibi reuelatas, sed ab alijs auditas & creditas pronuntiat: neque prouerbialiter loquitur, quia tantummodo simpliciter docet. In hac parte continentur beati Pauli epistolæ, & cæteræ septem canonicæ. Hæc cum historia commune habet, quod utraq; superficiei facilis uidetur, cû sint inspectione & intellectu plerumque difficiles. Prouerbialis uero in hoc cum prophetia conuenit, quod superficiei difficiles uidentur, cum intellectu plerumque non sint. Sed sciendum quod historiales libri, plerumque etiam prophetias inserunt. Nam Moyses cum res quas historialiter narrat, pene omnes prophetias habeat, nonnullam etiam uoce manifeste prophetat, ut est illud: Prophetam uobis suscitabit deus de fratribus uestris: tanquam me, ipsum audietis. Item & prouerbia in historijs reperiuntur, ut in Regi Nathan propheta, Dauid regis peccatum sub prouerbij uelamine arguit. Sic & simplex doctrina sæpe: ut est, Diliges dominum deum tuum, & Non occides, Non fura beris. Item in prophetis nonnullæ sunt historiarum, ut in Isaia de Iezechia rege, quæ tamè realiter prophetia est: quia quod historice narrat, mystice intellectum, futura prænuntiat. Et in Ieremia, cum dicitur: Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? Prouerbiu est. Sic & Michas cû clamat: Indicabo tibi homo quid sit bonum, facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo: simplex doctrina est. Possunt pari modo in prouerbis alicubi prophetie, sed & simplex doctrina sæpius aduertit, sicut & in epistolis apostolicis nonnulla prophetica inueniri. Vnde constat, cum libri historiales aut prophetici, seu etiã prouerbiales dicunt, non quod hoc uel illud solû sine quantalacumque alterius admittione habeant, sed quod hoc aut illud ex maxima parte contineant, sic uocari. Hæc igitur præmissimus: quæ non solû in hoc opere nostro, sed in omnibus scripturis diuinis intelligentiam possunt iuuare lectoris. Interim uero hæc distinctio nobis necessaria est: quia cû in præcedenti libro legislator multa simplici protulisset eloquio, ut est illud, Non quæres ultionem: & diliges proximum sicut teipsum: item quædam subiungit, quæ Iudaice quidem ad litteram relata, simpliciter prolata uideantur: mysterio autem suo reddita, prouerbia esse sentiantur. Sequitur enim:

¶ Prohibet commixtionem diuersitatis fieri in semine animalium, in semine agrorum, in textura uestium. Caput 1.

**N**Go dominus. Leges meas custodire. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

**N** Vnquid de bobus, ait Apostolus, cura est deo? Propter doctores itaq; dicit, q sapientium & insipientium debitores sunt: quos quoscunq; non possunt instruere uerbo, eo quod minus capaces sint, asello illi consummiles, quem Christus subditum sibi Ierusalem introduxit, debent informare exemplo. Huiusmodi quippe ex præpositorum suorum actibus pendunt, ut quicquid eos agere uiderint, sanctum putet. Quia uero mens humana pronata est ad uitia, nonnunquam etiam contra conscientiam suam, doctorum se autoritate tuentur: ut licet illicitum esse sentiant quod prælati committunt, eos tamen per præcipitia sequantur. Cum alterius igitur generis animantibus coeunt iumenta ista, cum pastorum suorum exemplo seducta, mundi amatoribus conformant. Habent quippe sancta iumenta genus suum, genus celeste: unde dicit Apostolicus oportere nos quæ re illud diuinum, si quod atrectare illud possumus & inuenire, quauis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim uitium mouemur, & sumus, sicut uidetis (inquit) uestri dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Habemus etiã in terris magnæ nobilitatis originem, iuxta illud Thobie cû uxore loquitur: Filij, inquit, sanctorum sumus: & non possumus ita coniungi, sicut & gentes quæ ignorant deum. Ab hac itaque generositate quicumque degenerat, & quasi in aliud transeit genus, cauedi sunt fidelibus, ne eorum prauitate imitentur, quæ ad summi patris similitudinem inuitatur, ipso dicente: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Cauendum est ergo & rectoribus, ne ad hunc lapsum subditos præcedant: & quibus uitæ uias debent ostendere, ipsis mortis occasio fiat. Quia uero praui doctores bona illis uoce predicant, quos operum suorum peruersitate subuertunt, apte subiungitur:

1. Cor. 9  
Roma. 4.

Mat. 11.

Act. 17.

Arab. 11.

Thob. 1.

**Agrum + non seres diuerso semine.**

Ager sancta est ecclesia, cui per Apostolum dicitur: Dei agricultura estis, dei edificatio estis. Semen autem est uerbum dei. Diuersum itaque semine in hoc agro seminat, qui super cathedram Moysi constituitur, dicit & non facit: bona loquitur, & mala operatur. Verbo triticum spargit: exemplo autem suo, peccati sementem discipulorum cordibus inijcit. Videbis tamen quam plures matrem quidem corruptos, sed in humanis oculis simulatione dealbatos: qui uirtutis habeant speciem, sed uirtutis non exhibent ueritatem. Quos recte redarguit, cum subiungit:

¶ Vestem quæ ex duobus texta est, non indueris.

Quæ est enim uestis adulterina, & reprehensibili duplicitate commixta, nisi biformis habitus mentis & corporis, cû munditiam exterius coram hominibus simulamus, immundos autem interius diuinis oculis nos exhibemus? In Deuteronomio cû hoc ipsum repetisset, non indueris, inquit, uestimeto, quod ex lana linoque contextum est. Lana uero, ut à doctoribus nostris iam ante dictum est, opus uisibile, eo quod grossior lana sit: linum autem quod subtilius est, occultam malitiam designat. Vestis itaque ex duobus, ex lana scilicet linoque contextam, illi induunt, de quibus scriptum est: Qui loquitur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

¶ De ancilla nobili quæ precio non est redempta. Caput 11.

**M**omo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiã nobilis, & tamen precio non redempta, nec libertate donata: uapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera.

**V**idetur lex sibi sancire contraria. Nam in Deuteronomio, si desponsata fuerit uirgo, & concubuerit uir cum illa, iubet utrunque lapidibus obrui. Si igitur ancilla fuerit, & desponsata, & oppresserit eam aliquis: nunquid quia desponsata est, occidentur? aut quia ancilla, plagis tantummodo corripietur? Ergo fortasse quod de plagarum disciplina præcipitur, ad ancillam quæ sponsum non habet, referendum est. Illicitum siquidem & morte dignum uidetur, alienum uiolare matrimonium, siue libera sit mulier, siue ancilla. Si igitur de his quæ maritate nondum iniere consortium, hic agit scriptura: quid est quod ancilla uiolata, præcipitur ut uapulet uterque, mulier scilicet & uir cum corpore suo, & non moriantur? Dum enim in ancillæ oppressionem, mors oppressori simul & fornicariæ quæ illi consentit, remittitur: uidetur subintelligendum, quia simuliter libera esset, ambo mortis supplicio plecterentur. Quod tamen si requisieris, aliter esse reperies. In Deuteronomio namque sic legitur: Si inuenit uir puellam uirginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum ea, & res ad iudicium uenerit: dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ centum siclos argenti: & habebit eam uxorem, quia humiliavit eam, non poterit dimittere eam cunctis diebus uitæ suæ. Si igitur nec ille qui puellam adhuc uirginem, & in domo patris libere agentem, uiolauerit, morti addicitur: quid est quod de ancilla quæ remissa aliud decerni uidetur, ut qui cum illa concubuerit, uapulet tantum & non moriatur? Sed dici forsitan potest, quod alienæ sponsæ uolatio morte iudicetur: qui uero cû libera puella dormierit, & patri prætaxatam pecuniam reddere, & eandem uxorem accipere cogatur: qui cum ancilla coierit, ab utroque laxatur: quæ nec mortis sententiæ subditur, nec mulieris illius nuptias iniire compellitur. Lex tamen unum posuit, aliud breuitatis causa prætermisit, dicens: Uapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. Potest itaque teretæ sensus hac satisfactio fulciri: sciendum tamen quod in mysterium tota respicit, & præter spiritum plenam sui decreti absolutionem non inuenit. Nunquid enim personarum acceptor est deus, ut libertas seruitus uel seculi huius, diuersum apud illum meritum fortiaur, grauiusque sub eius iudicio liberæ concubitus, ancillæ autem remissus uindictur? Nequaquam. Siue seruus enim, siue liber, parus apud illum meriti sumus: in hoc solum discernimur, si in timore illius, præceptorumque eius obedientia, alter alterum præcedamus. In populo itaque illo, cui omnia pene sub figura præcipiebantur, ubi de ancilla decernitur, cum qua quispiam concubuerit, ut etiam si nobilis fuerit, tamen precio non redempta, nec libertate donata, uapulabitur, & non moriantur: forma eis traditur sacramenti, nobis (si intellexerimus) abundantius profutura. Ancilla enim nobilis, anima est humana, ingenuitatis suæ prærogatiuam trahens ab ipso deo, sicut & pauloante tractatum est: quia ipsius generis sumus, non quidem de substantia eius nati, sed ad eius imaginem similitudinemque creati. Quia uero per peccatum captiuata, & in seruitutem redacta est nobilis ista: quid nisi ancilla est, donec Christi sanguine redimatur, baptizata in morte ipsius, & gratuita eius gratia libertate donata? Nam si filius (inquit) uos liberauerit, tunc uere liberi eritis. Corruptur autem anima humana, cum maligna cuiusquam persuasionem trahitur ad peccatum.

Deut. 22.

Roma. 2.

Act. 17.

Gene. 4.

Ioh. 8.



Lex igitur, ut supra dictum est, pro ancillæ concubitu hominem plagis subdit: pro liberæ uero, morte dignum decernit: aperte docens, quanto grauiori pœna plectendus sit, qui animam Christi morte iam liberatam, iterum peccare peruerserit, & seruitutis pristinæ iugum recipere: quàm si cum ancilla aliqua peccandi fœdus suscipiens, non nisi quod fecerit est, fœdare uoluerit. Inde è illud Apostoli: Qui templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Item ad Hebræos: Irritam qui faciens legem Moyfi, sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcare uoluerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Si quis itaque cum ancilla coierit, non quidem sine reatu sit utriusque, & idcirco uapulare debent: qui autem liberam uiolauerit, morte dignus est cum illa quam peccare suauit: gaude teste apostolo Petro, melius erat unicuique non agnoscere uiam ueritatis, quàm post agnitionem retrorsum conuertere. Ergo (inquit) uapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. Deinde subditur:

Pro delicto autem suo offeret domino ad ostiũ tabernaculi testimonij, arietem: orabitque pro eo sacerdos, & pro delicto eius coram domino. & propiciabitur ei, dimitteturque peccatum.

Arietem deo offerre, est humiliter præceptis eius se subdere, & itineris agendi ducem eum constituere. Hunc arietem illi obtulit, quod de cælo prostratus, clamauit, dicens: Domine, quid me uis faceres? Recte igitur qui ancillæ & ipse seruus per peccati contagionem adhefit, pro delicti sui satisfactione offerre iubetur arietem: ut qui dudum à deo alienus extiterat, præcepta illius contemnens, nunc audiat eum quasi magistrum: & qui à seruitute illius alios abduxerat, nunc uestigia eius ipse sequatur: hocque ad ostiũ tabernaculi testimonij, ut per hanc scilicet humilitatẽ, tabernaculi celestis introitus mereatur. Sic autem fiet, ut oret sacerdos pro peccato eius coram domino, & repropicietur ei dominus: & quod commiserat, relaxetur. Postquam enim ad deum conuersi fuerimus, ut iam in luce ambulemus, sicut & ipse est in luce: aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum magnum sacerdotẽ, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Sequitur:

¶ Ut auferatur præputia lignorum pomiferorum. Caput III.



Vando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum.

Hoc præcipere uidetur, ut cum terram sibi promissam ingressi fuerint, terram scilicet Chanaan, de lignis pomiferis primitiuos fructus abijciant, & non uescantur ex eis. Inde enim est quod sequitur:

Poma quæ germinant, immunda erunt uobis, nec edetis ex eis.

Poma germinantia, dicit poma primi temporis, quæ adhuc scilicet tenera est arbuscula, & ad fructuum abundantiam minus idonea: hoc in sequentibus apertius declaratur:

Quarto, inquit, anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabili domino. Quinto enim anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego dominus.

Trium ergo annorum fructus immundos decernit. cū autem quarto anno domino fuerint sanctificati, quinto tandem & deinceps eius illorum concedit. Sed quæ hic ratio apparet? Nonne deus fecit, & facit omnia bona ualde? Quid est quod dei creatura accusatur, & ab ipso quæ creatur, accusatur? \* an potius accusari uidetur? Iudaico quippe animo agit, quod occidentem sequens literam, à tanto autore opus suum æstimat improbari: illud uidelicet, quod per manus ipsius artificis non contraxit aliunde, ut non immerito debeat displicere. Nulla est igitur ratio est cur fructus primi anni, secundi aut tertij, immundi dicantur magis quàm quinti, sexti uel septimi: nisi quod sicut Apostolo docete didicimus, omnia hæc in figura præcipiebantur illis, & figuratiue obseruabantur ab illis. Mysterium ergo obseruationis huius discutiendum est: & quid sibi uelit quod præcipitur, inuestigandum. Terra promissionis, unicuique nostrum anima sua est. De hac quippe dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Quod alibi exponens ipse dominus, ait: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Quæ etiam possessio quanti precij sit, & quia omnibus regnis mundi huius anteposenda, docet nos idem magister alibi, dicens: Quid prodest homini si uniuersum mundum lucrerit, animæ uero suæ detrimentum patiat? Hoc nec huius mundi lauari sapientes, qui beatitudinem humanam non in facultatibus exterioribus, sed in animæ uirtutibus esse dixerunt. Vnde quidam illorum:

Trium ergo annorum fructus immundos decernit. cū autem quarto anno domino fuerint sanctificati, quinto tandem & deinceps eius illorum concedit. Sed quæ hic ratio apparet? Nonne deus fecit, & facit omnia bona ualde? Quid est quod dei creatura accusatur, & ab ipso quæ creatur, accusatur? \* an potius accusari uidetur? Iudaico quippe animo agit, quod occidentem sequens literam, à tanto autore opus suum æstimat improbari: illud uidelicet, quod per manus ipsius artificis non contraxit aliunde, ut non immerito debeat displicere. Nulla est igitur ratio est cur fructus primi anni, secundi aut tertij, immundi dicantur magis quàm quinti, sexti uel septimi: nisi quod sicut Apostolo docete didicimus, omnia hæc in figura præcipiebantur illis, & figuratiue obseruabantur ab illis. Mysterium ergo obseruationis huius discutiendum est: & quid sibi uelit quod præcipitur, inuestigandum. Terra promissionis, unicuique nostrum anima sua est. De hac quippe dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Quod alibi exponens ipse dominus, ait: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Quæ etiam possessio quanti precij sit, & quia omnibus regnis mundi huius anteposenda, docet nos idem magister alibi, dicens: Quid prodest homini si uniuersum mundum lucrerit, animæ uero suæ detrimentum patiat? Hoc nec huius mundi lauari sapientes, qui beatitudinem humanam non in facultatibus exterioribus, sed in animæ uirtutibus esse dixerunt. Vnde quidam illorum:

Moratus ad. 2. li. 2.

Latius, inquit, regnes, auidum demande spiritum, quam si Libyam remois Gadiibus iungas, & uterque Poenus seruiat uni.

Ab hac terra longe peregrinant, quicquid illecebræ uoluptatis corporeis, & ad sensum suorum illecebras egressi, carni suæ subditi, Aegyptia quæ seruitutis ignominiosum iugum ferunt, & repromissæ patriæ fertilitatem nondum intelligunt. Hi sunt qui non in anima, sed in carne sua habitant: de quibus etiam per Apostolum dicitur, quia qui in carne sua sunt, deo placere non possunt. Nihil enim præter carnem sapiunt, huius pascentur uoluptatibus, in quibus tota illorum uersatur meditatio: quibus adipiscendo & retinendis, omnis inuigilat eorum intentio. Quo contra iustus dicitur: Vos non in carne estis, sed in spiritu. Carnis quippe illecebras renunciantes, & a corporis sensibus se retrahentes, secum habitant: & de cordibus suis uitia extirpantes, ibi mansionem deo parant. Habes uocem iusti, in psalmo dicens: Effudi in me animam meam. Quo usque autem peruenit ingressus animam suam, sequitur & dicit: Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis. Sed quia tabernaculum in itinere potius quàm in ciuitate fieri solet, tabernaculo isto utitur dum transit: quo uero tendat, docet cum subiungit: Vsq; ad domum dei. Proficit namque iustus, nec proficiendo deficit, crescens de uirtute in uirtutem, donec uideat deum deorum in Sion: interim scilicet per speculũ & in ænigmate, postea uero facie ad faciem. Quo tamẽ antequam perueniat, dum mentem suam excolit, & deo apud se locum purgare cõtedit: uia ipsa quantum habeat iucunditatis, hic de quo loquimur, satis innotuit: cum tabernaculũ, in quod animam suam ingressus, transferat, admirabile se se deprehendisse perhibuit. Hinc enim iucunditatem ipsam; quam ibidem expertus fuerat, exposuit, dicens: In uoce exultationis & confessionis sonus epulantis. Magnam quippe senserat multitudinẽ dulcedinis, quã abscondit deus timentibus se: quia istæ sunt spirituales deliciae, solis deum timentibus cognitæ, carnalibus uero penitus inexpertæ, iuxta quod de spiritu sancto discipulis dñs loquens, ait: Quem mundus non potest accipere, quia non nouit eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud uos manebit, & in uobis erit. Terra ergo quam iustus ingreditur, recessus sunt anime interiores: quo le confert, ut quiete deo adhæreat, uacet meditationi uerbi ipsius: & ipsius etiã uisibilis creaturæ apud se ordinem perpẽdens, per ea quæ facta sunt, creatorem inueniat. Hæc est terra repromissionis, terra fluens lacte & melle: de cuius felicitate filij Israel sub figura terræ Chanaan, Moyses in Deuteronomio loquitur, dicens: Terra

Roma. 3.

ibidem.

Psal. 41.

ibidem.

\* iste ibidem.

Psal. 85.

1. Cor. 15.

Psal. 41.

Psal. 30.

Ioh. 14.

Roma. 1.

Dent. 11.

ra ad quã ingredieris possidendã, nõ est sic: ut terra Aegypti, de qua existi: ubi iacto semine, in hortorum morem aquæ ducitur irriguæ: sed montosa est atque campestris, de celo expectans pluuiam: quam dominus deus tuus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt à principio anni usque ad finem eius. Carnis habitatio (de qua supra diximus, quia qui in carne sunt, deo placere non possunt) Aegyptio similis est, uitiorum tenebris obscura, quæ terreno rigatur flumine: quia quicquid in illa sub Pharaonis degit imperio, terrena tantum gaudia nouerit, nec nisi de terrena uoluptate consolationem accipiunt. Qui uero ascensionem in corde suo disponit, & exiit de Aegypto, ad terram sanctam ascendit, postposita carnali lætitia, ut cantare cum Dauid possit, Renuit consolari anima mea: expectat de cælo pluuiam, quia solo spirituali profectu lætatur, cū per spiritum sanctum interius uisitatur. Hæc terra montosa est atque campestris: quia mens iusti cum per uirtutum incrementum ad alta se tollit, per humilitatem tamen ima non deserit. Hanc dominus deus inuisit semper, ut scilicet uisitatio eius spiritum iusti custodiat: & oculi eius in ea sunt, iuxta hoc quod per psalmistam pollicetur, dicens: Firmabo super te oculos meos: à principio anni usque ad finem eius, à principio uidelicet sanctæ conuersationis, cum post Aegypti tenebras lucem iustus ingreditur, donec compleat cursum suum, & dicat cum Apostolo: Bonum certamen certauimus, cursum consummauimus. Si igitur intelleximus quæ sit terra ad quam transit populus dei, uideamus quid de illa præcipiatur. Quando ingressi, & fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. In hac terra ligna plantantur pomifera, cum euulsis ab anima uitiorum spinis, uirtutum plantaria inferuntur. Ex his enim cum mentem occupauerint, laudabiles prodeunt fructus: quorum tamen auferimus præputia, cum ad primam eorum apparitionem, gaudia nostra temperamus: nec laudare presumimus, quorum qualitatẽ nondum discernimus. Quidam enim bona faciunt non bene: quia non dei gratiam, sed humanam laudem non requirunt. Quidam bona quæ operantur, sibi ascribunt, & de donis dei superbiant ingrati, qui in gloria suam quaerunt, quod sine deo autore sua uirtute facere non potuerunt. Fructus ergo noster donec creatori consecretur, immundus est: quia nisi illi offeras quod operaris, ut propter illum facias quod facis: nisi illi referas quod accepisti, ut non tuum, sed ipsius esse fatearis, fructus tuus idoneus non est ad escã: quia nullã tibi uel diligẽtibus te, potest præstare fiduciam. Comeditur namque quod approbatur, & quod operantem certam suam remunerationis expectatione consolatur. Hoc autem

Roma. 8.

Psal. 83.

Psal. 76.

Iob. 10.

Psal. 31.

2. Tim. 4.

quod sine recta intentione uel cum typo superbia geritur, potest quidem pietatis habere speciem, sed pietatis non habet uirtutem. Idcirco non comeditur: quia nemo sanum sapiens, super eo laetatur. Manifestum ergo, cur fructus noster domino sanctificandus sit, ut mundus esse possit. Cur uero quarto anno sanctificetur, discutiendum est. Quaternarius numerus, soliditatis & perseverantiae figuram tenet. Quadrum quippe in quodcumque latu uerteris, solide stat. Hinc est quod de quadratis lignis arca Noe fabricari iubetur: quia uidelicet ecclesia ex illorum stabili firmitate constructur, qui nec mundana prosperitate corrupti, nec humana infestatione fatigati, ab statu rectitudinis inclinatur. Hinc quatuor sunt euangelia, ut irrefragabilis eorum autoritas demonstraretur. Hinc cortinae tabernaculi quatuor cubitos habent latitudinis, in qua charitas sanctorum exprimitur. Caritas namque omnia suffert, omnia sustinet, caritas nunquam cadit. Recte igitur quarto anno fructus nostri domino sanctificatur: ut intelligamus quia tunc uere in iustitia solidamur, si quicquid boni agimus, non nobis, sed deo ascribimus: si non de nostra uirtute, sed de ipsius gratia sumamus. Qui enim confidunt in domino, sicut mons Sion. Maledictus autem qui spem suam ponit in homine, & brachium suum ponit in carne. Quarto igitur, inquit, anno ois fructus eorum sanctificabitur laudabili domino. Ipse quippe solus laudandus est, a quo bona cuncta procedunt, sine quo nihil possumus facere: quia ipse est qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Quinto autem anno comeditis fructus, congregantes poma quae proferunt. Comedis fructus tuos: cum super bono quod agis, gratularis. Sed tunc demum periculosa non erit laetitia tua, si primitus fructus eosdem domino sanctificaueris, ut discas cum humilitate gaudere, cogitans quia unde gaudes, dona ipsius sunt, non merita tua: ut si gloriaris, non in te, sed in domino glorieris. Notandum autem quod dicitur, congregantes poma quae proferunt. Vere enim ille congregat, qui licet crescat uirtutibus, humilitatem tamen sollicitate conferuat. Vt enim testatur papa Gregorius, qui cum superbia uirtutes congregat, quasi in uento puluerem portat: & unde aliqd ferre uidetur, inde amplius caecatur. Habes in prouerbijs Lamuel illum, uirum scilicet in quo est deus, in hoc nobis humilitatis suae fructum commendantem. Sic enim incipit: Verba congregantis, filij uomentis. Congregante se dixit, quasi quod fructus suos in tuto collocauerit. Filij autem uomentis, eo quod mundus iste oim nostrum pater sit: sed maris more, quod mortua omnia euomit, eos qui sibi moriuntur, & deo uiuere incipiunt, a se abscit. Vt enim ibidem praemittitur, a bominan

Gen. 6.

Exodi. 26

et 36.

1. Cor. 13.

Psal. 124.

17.

Iob. 15.

Phil. 2.

Gregori.

Pro. 30.

Pro. 29.

tur iusti utrum impium: & abominantur impij eos qui in recta sunt uia. Quae autem sunt uerba huius congregantis, sequentia docet: Stultissimus, inquit, sum uirorum, & sapientia hominum non est mecum. Tanquam diceret: Ideo cogro, quia de me humilia sentio, secundum illud Apostoli: Si quis uidetur inter uos sapiens esse, stultus fiat ut sit sapiens. Quidam enim dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: & dum sibi tribuunt quod acceperant, perdidit. Postquam ergo quarto anno fructus nostros deo obtulerimus, quanto & deinceps eos congregare possumus, & comedendos seruare. Dum enim illi refundimus, si quid uirtutis possidemus, dum humiliter bonis nostris tanquam donis ipsius utimur, omnis fructus noster in tuto collocatus est: quia quod illi seruandum committitur, perire non potest. Sequitur diuersa & apertiora capitula: quorum superficies quia non tanta obscuritate perstringitur, iustum est ut leuiore opera breuius transcurrantur. Diuinus quippe sermo, ut ait papa Gregorius, sicut mysterijs prudentes exercet, sic plerumque superficie simplices refouet. Habet in publico unde paruulos nutriat, seruat in secreto, unde metes sublimi in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluuius, ut ita dixerim, planus & altus: in quo & agnus ambulet, & elephas naret. Aliquando ergo quae uerba accipere historiae iuxta litteram negligit, oblatum sibi ueritatis lumen abscondit. Cumque laboriose inuenire in eis aliquid intrinsecus appetit, hoc quod foris sine difficultate assequi poterat, amittit. Nos igitur sequentia uideamus: & prout ratio postulauerit, eadem pertractemus.

Pro. 30.

1. Cor. 13.

Rom. 4.

Gregori.

Diuersorum traditio praceptorum. Caput III.

Non comeditis carnem cum sanguine.

**N**Aliquando lex sub interminatione mortis interdicit, ne sanguis comedi debeat: nunc uero, ne aliquis cum sanguine comedat. Sanguinem comedere, est ut superius exposuimus, consensum peccandi in seipsum recipere. Comedit autem cum sanguine, qui alienam personam quam adhuc ad peccandum pronam deprehendit, in suam societate familiaritatem admittit. Hinc est quod Petro dicitur, Macta & manduca: ut pastor ecclesiae carnaliter uiuentes, uerbi gladio prius interficiat: & sanguine eiecto, id est, uoluntate correcta, in corpus ecclesiae eosdem traiciat. Cum sanguine ergo non comedemus, si eorum quos sanguine infectos, id est, consensu illicito intelleximus de prauatq, societatem respiciamus.

A. 11. 10

Non augurabimini.

Non omnis qui ex auius aliqua capit significationem, augurari dicendus est. Nam & Noe in arca ex coruo & columba signum accepit, & signum nobis dedit: & beatus Iohannes cum uidisset super Christum baptismum columbam descendentem, intellexit quae hic est quae baptizatur in spiritu sancto. Sed & papa Gregorius, ex locuta quae sibi ascedit, animaduertit quid sibi inueneret, ut scilicet in loco staret, & eos qui sequebantur expectaret. Quoties ergo per quamcumque creaturam signum a deo datur, non est superstitiosum illud aduertere, & diuinae uoluntati obtemperare. Auguria tamen idcirco sacra lege damnantur, quia gentili superstitioe adinuenta sunt, ad inuendum cum demonibus societatem: qui huiusmodi significationibus cum hominibus talium curiosis, confabulantur ad eorum seductionem, nonnunquam uera nunciantes, ut in errores inducant. Vnde beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana: Superstitiosum, inquit, est, quicquid institutum est ad consultationes & pacta quaedam significationum cum demonibus placita atque foederata, qualia sunt molimina magicarum artium: ex quo etiam genere sunt: sed quasi licetiore uanitate, & haruspicum & augurum libri. Hinc fit, ut occulto quodam iudicio diuino, cupidi malae rerum homines, tradantur illudendi & decipiendi pro meritis uoluntatum suarum, illudentibus eos atque decipientibus prauaricatoribus angelis: quibus ista mundi pars infima, secundum pulcherrimum ordinem rerum, diuinae prouidentiae lege subiecta est. Quibus illusionibus & deceptionibus euenit, ut istis superstitiosis & perniciosis diuinationum generibus, multa praeterita & futura dicantur, nec aliter accidant quam dicuntur: multaque obseruantibus secundum obseruationes suas ueniant, quibus implicati, curiosiores fiunt, & sese magis magisque inferant multiplicibus iniquis perniciosissimi erroris. Hoc genus fornicationis aeternae, salubriter scriptura diuina non tacuit: neque ab ea sic deterretur animam, ut propterea talia negaret, & recta, quia falsa dicuntur a professoribus eorum, sed etiam si dixerint uobis, inquit, & ita euenierit, ne credatis eis. Non itaque augurabimini. Deinde subiungitur:

Gen. 8.

Iob. 1.

Mirum quid.

Augusti.

Nec obseruabitis somnia.

Somniorum diuersa ratio habenda est. Nam ut ait beatus Gregorius, sex modis tangunt animum imagines somniorum. Aliquando uentris plenitudine uel inanitate, quae duo prima oes experimeto didicimus. Aliquando illusione, unde sapiens quidam ait: Multos

errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Vel certe non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Quibus profecto uerbis, cuius sint detestationis offenditur, quae augurijs coniunguntur. Aliquando cogitatione simul & illusionem, sicut scriptum est: Multas curas sequuntur somnia. Aliquando reuelatione, sicut Ioseph preferendum se fratribus per somnium uidit: & Maria spolum, ut ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium angelus admonuit. Aliquando simul & cogitatione & reuelatione somnia generantur. Vnde Daniel propheta Nabuchodonosor uisionem disserens, a radice cogitationis inchoauit, dicens: Tu rex cogitare coepisti in stratu tuo, quid esset futurum post haec: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quae futura sunt. Sed nimirum cum somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, quanto & ex quo impulsu ueniant, facilius non elucet. Sancti autem uiri inter illusiones & reuelationes, ipsas uisionum uoces aut imagines, quodam intimo sapore discernunt: ut sciant uel quid a bono spiritu percipiant, uel quid ab illulore patiantur. Nam si erga haec mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis uanitatibus immergit: qui nonnunquam solet multa praedicere, ut ad extremum ualeat animam exutam aliqua falsitate illaqueare. Haec super somnijs beatus Gregorius disseruit, quibus etiam filij Sirach sententiam super adhaeremus, ut aduersus somniorum fallacias plenius instruamur. Ait ergo: Vana spes & mendacium insensato uiro. Vnde autem in spem uanam & mendacem soleat induci, sequitur & dicit: Et somnia extollunt imprudentes. Sed quanta sit ista imprudentia, credere fallacis somniorum, & in illis spem ponere, deinceps exponit. Quasi qui apprehendit umbram & persequitur uentum, licet & qui attendit ad uisa mendacia. Neque umbra neque uentus apprehendi potest: sic & qui ex mendacibus somnijs spem falsam concepit, nunquam quod sperat uisurus est. Deinde discernit somniorum qualitatem, dicens: Secundu hoc uiso somniorum. Ante faciem hominis, similitudo hominis. Hoc uigilantes assidue patimur. Recordamur quos uidimus: & ante oculos mentis imaginando quasi praesentes statiuimus. Credendum est igitur, animam etiam dormiendo uim suam exercere: & quod uigilans sensibus hausit, uel quod attentius meditata est, & memoriae altius impressit, naturali motu per somnium dum sibi uacat, eadem reuolueret: & tanto expressius, quanto ociosius: dum remota a sensibus, circa imaginationes illas tota occupatur: & in rerum similitudine, quasi rerum ueritate decepta amplectitur. Vnde quidam sapiens:

Ecc. 5.

Gen. 37.

Matt. 2.

Dani. 2.

Ecc. 34.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.



Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera: iustus modius, æquusq; sextarius. Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti. Custodite omnia præcepta mea, & uniuersa iudicia, & facite ea. Ego dominus.

*1. Thef. 4* Hæc manifesta sunt, nec tenere nos debent, ut in his quæ laborem nostrum exigunt, immorari possimus. Si quis tamen in his uerbis expositionem requirat, apostolicam per expositionem legat sententiam: in qua præcipit, ne quis supgradiatur neq; circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam uindex est deus de oibus his, sicut prædiximus (inquit) uobis, & testificati sumus. Quod legislator distincte posuit, interdicens iniquum aliquid fieri in iudicio, in regula, in pondere, in mensura: hoc Apostolus breuiter comprehendit, dicens: Ne in omni negotio circumueniat aliquis fratrem suum. Quod testatur Apostolus, quia uindex est deus de his oibus: hoc & ipse deus per Moysen loquens satis intimat, cum data præceptione sua subiungit, dicens: Ego dominus. Tanquam diceret: Ego ab iniquitate uos reuoco, si transgressi fueritis, contumaciam uestram sine uindicta non transeo. Hoc sequentia manifeste declarant. Quia enim supius multa prohibuerat, idolorum culturam, incestus, adulteria, patris matris uel iniurias: quisquis horum aliquid perpetrauerit, mortis sententia damnandus decernit. Hac feueritate coercendus erat populus ille, qui nondum erudiebatur indulgentia filiali, sed premebatur timore feruili. Nos uero qui abundantiorum ipsius gratiam assecuti sumus, cum peccantibus & morte dignis pena differtur, per diuinam patientiam adducimur ad penitentiam: qua tamē eius longanimitate quicunq; abutuntur, in malis suis perseverantes, thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii ipsius: quia tanto eos strictior sequetur uindicta, quanto amplior benignitas fuerit prærogata. Quia ergo deus iustus & patiens est, prius iustitia, nunc autem ipsius ostenditur patientia. Per legem discimus quæ peccatis nostris retributio debeat, ut inde etiam colligere possimus, quid nobis aut correctis per misericordiam relaxetur, aut non correctis, per iudicium referretur. Legamus ergo iam, liquidem lectione magis opus est, quam operosa expositione. Ad coercionem namq; carnalis illius populi, posita sunt quæ sequuntur: qui cum sensu paruulus esset, ad enodanda mysteria fuit inualidus. Quod igitur propter illos dicebatur, sic utique dici oportebat, remota scilicet allegoriarum nube, ut ab eis etiam caperetur.

Vt quicumque dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. Caput V.



**L**ocutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Hæc loqueris filiis Israel: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. Populus terre lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidamq; illum de medio populi mei, eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum. Quod si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dederit de semine suo Moloch, nec uoluerit eum occidere: ponam faciem meam super hominem illum & cognationem eius, succidamq; & ipsum & omnes qui cōsenserunt ei, ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.

**M**oloch, ut supra diximus, idolum fuit filiorum Ammon. Huic enim legimus, quod Salomon mulierum amore iam deprauatus, phanum edificauit. De hoc itaq; iam superius præceptum dederat, ne quis gentili ritu filios suos illi consecraret. Nunc autem si quis in hoc sacrilegio deprehensus fuerit, præcipit filiis Israel, ut tantam dei sui non contendant iniuriam, sed populus uniuersus lapidibus obruat impium. Ipse quoq; cōminatur, quod faciem suam ponat contra hominem illum, & de medio populi sui euellat eum, ut scilicet non sola præsentis morte puniatur, sed etiã hereditate populi dei in æternum priuetur. Si tamen populus terre negligenter, ipse negligere non poterit: sed & in sacrilegum & in oēs qui peperunt ei, se uindicaturum prædicat. Non enim quasi inualidus ad uindictam, ad eius executionem populum uocat: sed magis populo eidem consulitur, ut scilicet zeli sui retributionem accipiat, sicut scriptum est: Qui arguunt, laudabuntur: & fuerit

LEVITI  
ei caput  
XX

per eos ueniet benedictio. Vnde & Moyses cum descendens de monte, uidisset uitulum quem fecerat filius Israel, stans in porta castrorum, ait: Si quis domini est, iungatur mihi. Et assumptis filiis Leui, interfecit ex eis uigintitria millia. & cæde completa, Consecra istis, inquit, manus uestras hodie domino, unuquisque in filio & fratre suo, ut detur uobis benedictio. Ergo (ut diximus) hoc illis utile est, qui zelo dei succenduntur, ut uindictent injuriam eius, non ipsi deo aliquid conferunt. Nam quicquid agat humana negligentia, ipse ad omne quod uoluerit, sibi sufficiens est: & peccatum quod nos dissimulamus, ipse qui iudex est omnium, non relinquet inultum. Sic se literæ sensus habet: & cuiusque placuerit, transire iam licet. Mouet tamen me, cur dominus ab idolorum cultu populum suum deterrens, idolum præcipue Ammonitarum elegit, cui sub mortis interminatione filios eorum consecrari prohibuit. Erant enim & alia idola, quæ à proximis gentibus colebantur, sicut Astartes dea Sidoniorum, Chamos deus Moabitarum, Baal quoque quem colebāt Accaronitæ: quibus omnibus prætermisissis, de solo Moloch mentionem facit. Hæc autem causa uidetur, quia apud gentes illas hæc inualuerat consuetudo, ut huic dæmoni filios suos consecrarent per ignem: quæ etiam superstitio postea à filiis Israel usurpata est, sicut in Regum legitur, quia Iosias rex contaminauit Tophet, quod est in ualle filii Ennon, ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem Moloch. Ab hoc ergo sacrilegio specialiter in hoc loco deterretur populus ille: nam sunt alia præcepta, quibus illis idolatria generaliter interdicitur.

Exo. 32.

1. Reg. 11.

4. Reg. 1.

4. Re. 23.

• filiorum

Qui fecerit aliquid ex his quæ superius prohibita sunt, morte moriatur. Caput VI.



**N**ima quæ declinauerit ad magos & hariolos, & fornicata fuerit cum eis: ponam faciem meam contra eam, & interficiã illã de medio populi sui.

Leuit. 19.

**P**auloante hoc prohibuerat: Non declinaueris, inquit, ad magos, nec ab hariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. Et notandum quod fornicationem animarum nominat, si relicto deo dæmones consulat. Deus enim uir est animarum nostrarum, toto corde à nobis diligendus, cui etiam totam spem nostram committere debemus. Si ergo contempto eo cum inimico illius pacem faci-

mus, & ab illo auxilium petimus, grauis utique ista fornicatio est, in qua etiam ipsi deo manifestam contumeliam irrogamus. Desperasse enim de illo fuit, in aliqua necessitate ad eius aduersarium confugisse. Vnde & Ochozias rex Israel cum ægrotasset, & misisset nuncios, dicens: Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrum uiuere queam de infirmitate mea hac: angelus domini locutus est ad Eliam Thebitem, dicens: Surge & ascende in occursum nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos: Nunquid non est deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quamobrem hæc dicit dominus: De seculo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Sequitur: Sanctificamini & estote sancti, quia ego sanctus sum dñs deus uester. Custodite præcepta mea, & facite ea.

Et ne forte desperetis uos posse sanctificari, aut si quid iam sanctitatis habetis, uestrum hoc esse arbitremini:

Ego, inquit, dñs qui sanctifico uos.

Item quia in Exodo præceperat, Honora inquit, patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longæuus super terram: huius etiã præcepti uiolatorem mortis sententia damnat, dicens:

Qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur.

Hocq; ad confirmationem repetens: Patri, inquit, & matri qui maledixerit, sit sanguis eius super eum.

Vbi aduertendum est, grauem esse parentum iniuriam: quæ licet sub remissione nouitæ stamenti non statim morte uindictetur, sicut fieri iustum est sub austeritate ueteris: reatus tamen impar non est & pena illius, nisi dum uiuit homo, per penitentiam se correxerit. Si differtur, non aufertur, sed grauius (ut supra diximus) sub diuino iudicio punientur, quicunq; per patientiam illius peiores efficiuntur.

Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera.

Hoc ad illud respicit, quod in Exodo dictum est: Non mœchaberis. Verum cum Dauid adulterium fecerit, & uideo illum non statim morti destinatum, sed uno uerbo ueniam assecutum, cum propheta arguenti respondisset, Peccauit domino: dictum est enim illi, dominus transiit peccatum tuum, non morieris, intelligo iam in illo uiro formam præcessisse euangelicam, dum penitendo & cōfessendo abluit culpam, & legalem euadit sententiam.

4. Reg. 1.

Exo. 20.

Exo. 20.

2. Reg. 11.

12.

Pro. 24.



Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriatur ambo: sanguis eorum sit super eos.

*Leuit. 18.* Supra namq; præceperat, dicens: Turpitudinem uxoris patris tui nõ discooperies, turpitudinem enim patris tui est. Hoc fecit Ruben primogenitus Iacob, qui dormiuit cum Bala concubina patris sui. Vnde & à patre maledicitur: Ruben, inquit, primogenitus meus: tu fortitudo mea & principium doloris mei, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Sed & Absalon ingressus est ad concubinas patris sui, quas dimiserat fugiens ad custodiendam domum. Cuius tamen flagitij, sed & omnium quæ in patrem commisit, sceleratus parricida celerem dei iudicio pœnam dedit.

Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriantur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. Qui dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur, sit sanguis eorum super eos. Qui supra uxorem suam duxerit matrem eius, scelus operatus est: uiuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio uestrum. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier quæ succubuerit iumento cui libet, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos.

Hæc omnia ex superioribus pendent. Supra namq; & à lege prohibita, & à nobis (put uisum est) tractata reperire poterit, quilibet ad legendum piger non erit. Sed quoniam nõnullos scãdalizare solet, quod talia loquatur scriptura, repetimus hic quod etiam ibi diximus. Quasi enim satisfaciens nobis sermo diuinus, reddit causam superius, cur de cauendis huiusmodi execrationibus populum illi commoneat, dicens: Ne polluamini in omnibus his, quibus contaminata sunt uniuersæ gentes, quas ego eiiciam ante conspectum uestrum: & quibus polluta est terra, cuius ego scelera uisitabo, ut euomat habitatores suos. Omnes enim execrationes istas fecerunt ac colæ terræ qui fuerunt ante uos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & uos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomit gentem quæ fuit ante uos. Ecce quæ fuit ratio ut

à talibus reuocarentur. possessores quippe terræ illius, in quam ingressuri erant, his omnibus seipos polluerant: & timèdum erat istis, ne eorum fierent imitatores, quorum diuina promissio iam eos fecerat successores. Nos autem temeraria præsumptione arguimus lucem, quod nos ipsos nobis ostendit: arguimus uerbum dei, quod sine suo uito nostra uitia reprehendit. Quid agis humana superbia? Tantæ sunt sordes tuæ, in has feces deuoluta es, ut sermo dei qui curam tui suscipit, non aliter subuenire tibi possit, nisi in stercore tua quodammodo manus mittet: & ut tibi sordes detrahat, si dici fas è, ipse contraheret. Sicut tamen radius solis in contactu minatus cloacas penetrat, sic stylus spiritus sancti propter suam munditiam ubiq; attingit, & nihil inquinatum in illi incurrit. Quod autem sordescere uisus est, tibi ascribe. Tui enim causa factum est. Scriptura sacra quasi potio tibi temperata est. Si eius amaritudo palatum tuum contristat, quid accusas medicum? Nouit quid tibi expedit. Morbus tuus talis est, ut hoc remedium necessarium habeat. Deus enim magnus medicus, magnum suscepit ægrotum, uniuersum genus humanum. Huic languido quia diuersi sunt mores, uariæ ægritudines, uarias etiam in uerbo suo temperauit confectiones. Nihil ergo in eius arte reprehendas. Quod non prodest tibi, prodest alteri. Neq; enim tuum tantummodo agitur in scriptura negotium. Omnium salus tibi reposita est. Habes dicente apostolo, quia iusto lex non est posita, sed iniustus & non subditus, impijs & peccatoribus, sceleratis & cõtaminatis, parricidis & matricidis, fornicatoribus & masculorum concubitoribus: & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei. Non est, inquit, lex iusto posita, id est, imposita quasi iugam, quasi pondus, illæ scilicet legis comminationes, quæ ab his deterrèt criminibus, dum dicit: Si quis hoc uel illud fecerit, morte moriatur. Iustus enim per legem legi mortuus est, per legem uidelicet spiritus interioris uiuificantem, literæ comminanti & non uiuenti insensibilis redditus est. Nam cum dicitur, Non occides, Non adulterabis: Qui uero occiderit uel mœchatus fuerit, morte moriatur: iustus nec occidere cupit, nec adulterare. & ideo non eum terret quod dicitur, nec omnino præcepti pondere grauat. Non enim sub lege, sed cum lege est, hoc habens in uoluntate, quod illa in præceptione. Sigitur tu diuino munere iam talis effectus es, ut terrendus non sis, sed exhortandus: si legis minas iam tibi sentis non necessarias, gratias age deo, à quo tantam consecutus es gratiam: alijs tamen adhuc languentibus ne uelis subtrahere medicinam. Nouit spiri-

tus sanctus quid loquatur, & quibus loquatur: quibusq; per ea quæ loquitur, subueniatur. Omnia ergo quæ cumq; in stylo illius inuenieris, comede, nihil ducas spernendum, nihil æstimes abijciendum. Sed ad propositum iam reuertamur. Qui cum iumento, inquit, & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Queritur quid peccauerit pecus ut occidi præcipiatur, cum sit irrationale, nec ullo modo legis capax: maxime cum inferius de muliere quæ iumento succubuerit, dicatur: Sanguis eorum sit super eos, tanquam & pecus reum sit. Sed sicut dicit beatus Augustinus, transferuntur uerba modo locutionis, quæ dicitur metaphora, ab animali ad inanimale, sicut dicitur improbus æstus, uel irati mareria & hic translatus est à rationali ad irrationale. Nam pecora inde credèdum est iusta interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam. Sequitur:

Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, uel filiam matris suæ, & uiderit turpitudinem eius: illaq; conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt: occidetur ambo in medio populi sui, eo quod turpitudinem suam mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam.

Hanc mortis sententiam promeruit Amnon filius David regis, cum Thamar sororem suam uiolenter oppressit. In quo tamen pater pepercit ei, quia primogenitus eius erat, & diligebat eum, sed iustus iudex deus, quod David dissimulauit, per manus Absalon tantum flagitium morte debita uindicauit: & qui contristare filium noluit, ipse postea deo iudicante, de morte filij grauem tristitiam incurrit.

Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui, interficietur ambo de medio populi sui.

De muliere menstrua cur ad eam accedere prohibeat, iam supra tractauimus, & eadem nunc repetere superfluum iudicamus. Hoc tamen non præteribo, quia lex sibi contraria uidetur. Supra namque cum de muliere menstrua tractaretur, hominem qui cum illa coieret tempore fluxus sui, dixit septem diebus immundum fieri. Et utique cum immunditiam illius tempus terminat, quasi agenda pœnitentiæ spatium decernit, in quo à sancto-

rum introitu sequestratur: & tempore con summato, denuo recipiatur. Hic uero nullum indulget pœnitentiæ locum, sed qui coierit, inquit, cum muliere in fluxu menstruo, interficiantur ambo de medio populi sui. Vide aut ergo literæ sectatores, qualiter hanc eius scissuram resarciant. Nos ad spiritum confugimus, & ibi legis integritatem aduertimus. Qui enim cum menstrua muliere coierit, qui cunque menti quæ per carnis desideria defluit, se conformauerit, immundus erit septem diebus, donec scilicet seruitutis iugum excutiens, inquietudinem concupiscentiæ carnalis abijciat, & sabbatum sanctæ uacationis attingat. Sic enim septem dierum sacramentum accipiendum, iam multis in locis supra ostendimus. Quod si quietere noluerit, & spirituale sabbatum adeptus non fuerit, sine dubio occidendus erit.

Turpitudinem materteræ tuæ & amicitiam tuam nõ discooperies. Qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nuda bit, portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum uxore patris uel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum, absque liberis morientur: Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erit.

Videtur huic sententiæ contrariè, quod alibi præcipitur, ut si quis mortuus fuerit nõ habens filios, ducat frater eius uxorem illius, & suscitetur semen fratri suo. Sed dicit forte aliquis, uiuentis fratris uxorem ducere illicitum fuisse, unde & Iohannes Baptista arguebat Herodem, quod tulisset fratri suo Philippo uiuenti uxorem, si autem mortuus fuisset frater, iam licitum esse. Quod si ita est, rursum queritur, cur de fratre quasi speciale præceptum positum sit, cum quælibet mulier uiuente uiro suo uocetur adultera, si fuerit cum alio uiro. Ut ergo aliqua sit differentia inter fratris uxorem, & cuiuscunque alterius hominis, dici forsitan potest, quod si frater sine liberis moriatur, potest frater illius in matrimonium illi succedere, iuxta legis præceptum, sacramenti causa, quod spiritus sanctus ibidem cõstituit: si uero qui moritur, filios habuerit, tunc neq; mortui uxorem ducere frater eius licite poterit. In hoc igitur distat inter fratrem & quilibet hominem, quod alieno quolibet mortuo, mulier oimodis soluta est à lege uiri, & nubere

Questio  
notabilis

Sapi. 7.

Tim. 2.

1. Reg. 15.

ibidem.

Gal. 2.

Exo. 10.

Leuit. 14.

Leuit. 15.

Deut. 25.

Mat. 5.

re licet cuiunque uoluerit: fratri autem non licet, si ille qui mortuus est, filios habuerit. Videndum etiam quid sit, quod de istis nunc dicitur, portabunt peccatum suum, absque liberis erunt. Nunquid enim adulteris & incestis filij non nascuntur? Sed ut ait beatus Augustinus, hoc intelligendum esse lege dei constitutum, ut quicunque ex eis nati sunt, non deputentur filij: id est, nullo parenti iure succedant.

Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea: ne & uos euomat terra, quam intraturi estis & habitaturi.

Hoc quod eis minatur deus, nos quoque timere oportet, si meminimus (quod supra tractatum est) quæ sit terra promissionis, quæ sanctis omnibus in hæreditatem datur possidenda, interior uidelicet conscientie requies, in quam introducit IESVS nos ter uenientes ad se, & tollentes iugum suum: Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Hæc terra dei contemptores euomit: quia apud se quietem non inueniunt, quicunque dei præcepta postponunt. Sic enim scriptum est: Quis est homo qui timet dominum? Vbi & responso subditur: Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. Timentes igitur deum, inquit, reficiuntur: qui autem aduersus deum superbiunt, euomit eos terra sua: quia ab interioribus suis expulsi, in exteriores illecebras præcipitantur. Habes utrumque breuiter in Psalmo comprehensum: Suscipiens, inquit, manus tuas dominus, humilians autem peccatores usque ad terram. Sequitur:

Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsi sum ante uos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Vobis autem loquor: Possidete terram eorum quam dabo uobis in hæreditate, terram fluentem lacte & melle. Ego dominus deus uester, qui separavi uos a cæteris populis.

Hæc cõmonitio quam blanda, quam paterna, quia nos maxime respiciat, aduertendum est. Nobis enim per Apostolum dicitur, ne ambulemus in legitimis nationum.

Matt. 11.

Psal. 24.

Psal. 146.

Hæc est, inquit, uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut sciat unusquisque uas suum possidere in honore & sanctificatione, non in passionibus desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Nobis dicitur ut possideamus terram fluentem lacte & melle, iuxta illud dominicum: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Nos præcipue à cæteris populis separati sumus. Gratias illi qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem in remissionem peccatorum. Unde & ipse dominus: De mundo, inquit, non estis: sed ego elegi uos de mundo: propterea odit uos mundus.

Separate ergo & uos iumentum mundum ab immundo, & autem mundam ab immunda, ne polluatis animas uestras in pecore, & in auiibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ uobis ostendi esse polluta, & critis sancti mihi, quia sanctus ego sum dominus: & separavi uos a cæteris populis, ut essetis mei.

Hic iam ad sacramenta reuocantur, in quorum obseruatione seruiebant nobis, qui dei gratia iam non grauiamur eorum sarcina, sed instrumur intelligentia. Quid autem sibi uelit mundorum immundorumque discretio animalium, plixius supra tractatum est. Hæc uero (sicut ibi satis ostendimus) sanctitatem quidem significare potest, sed hominem sanctificare non potest. Dicitur tamen, ut modo legimus, ne polluatis animas uestras in oibus quæ ostendi uobis esse polluta, & critis sancti mihi. Quæ sic accipiendum est, ne polluatis animas uestras: tanquam diceret, cauete ea in quibus animarum uestrarum pollutio designatur. & critis sancti mihi, id est, sanctitatis formam habebitis.

Vir siue mulier in quibus pithonicus uel diuinationis fuerit spiritus, morte moriatur. lapidibus obruent eos. sanguis eorum sit super eos.

Superius eos qui diuinos consulerent, interfectos prædixit: nunc autem ipsos quoque qui diuinationis spiritum habuerint, iubet interfici: ne per eorum præsentiam & seductionem, populus dei à cultu ipsius ualeat separari.

1. Thes. 4

Luc. 11.

Col. 1.

1. Ioh. 15.

Leuit. 19.

RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER XV.



Præfatio.

RAECEDENTIS libri præmio, de generibus dictionum quæ in scripturis uarie reperiuntur, tractatum est. Sed quia diuinæ legis intelligentia partim in specie dicendi, partim in

rerum figuris subsistit: tunc de styli ipsius ueritate, nunc aliquid de rebus dicendum est. Vtriusque enim partis cognitione percepta, ad omnia quæ sacris uoluminibus continentur, lectoris animus instructior inuenietur. Res igitur figuræ aut allegoricæ sunt, aut morales, aut anagogicæ. Allegoricæ, cum uentura prænunciant: ut est illud, quod de costa Adæ Eua facta memoratur, quod Cain fratrem legitur occidisse, & Noe arcam in qua omnia animantia saluaretur struxisse. Morales sunt, quæ mores instruunt, ut plurima quæ in tabernaculo facta sunt, cortinarum numerus & mensura, pecorum sacrificia & cetera huiusmodi. Quæ omnia si intelligantur, plene nos edocent, quomodo peccata nostra tegere, nosque ipsos hostiæ uiuam deo exhibere, siue mentes uirtutibus exornare possim. Anagogicæ quoque sunt, quæ ad superiora nos ducunt, id est diuinis nos imbuunt. Aliud enim est, cum docemur quid nos agere debeamus: aliud uero, cum quid de deo ueraciter sentiamus. Morale est igitur quod in arca legitur cum lege scripta manna cum uirga fuisse. In arca quippe, mentem sanctam: in lege, mandata: in manna gratiam, in uirga potestatem accipimus. Nemo autem habet potestatem præcepta faciendi, nisi per gratiam. Anagogicum uero est, quod eidem arce propiciatorium imminet: in quod etiam duo cherubin uultus mittunt. Vbi enim per infirmitatem defecimus in mandatorum executione, aduocatum habemus apud patrem, qui est propiciatio pro peccatis nostris. In quæ duo cherubin uultus mittunt, quia duo testameta concorditer eum annunciant. Nonnulla etiam sunt, quæ anagogicè addunt. Verbi gratia. Si quod legimus, Vir erat in terra Hus, nomine Iob: ad Christum referamus, qui dolores nostros portauit, & mentes uitæ consilij deditas inhabitat, allegoricum est. Si ad nos retorqueamus, quia uidelicet unusquisque iustus qui uitæ consilium recipit, necesse est ut peregrinatio

Gene. 2.

Gene. 4.

Gene. 6.

Heb. 9.

3. Reg. 8.

Exo. 35.

37.

1. Ioh. 2.

Iob. 1.

I. Iai. 53.

nis suæ ærumna doleat, morale est. Item cum populus cum Moyse deserta peragraret, præibat eum columna nubis in die, & columna ignis in nocte. Si hic intelligas CHRISTVM prænunciari, qui de se ipso ait: In iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant: allegoria est. Si uero aduertas hoc semper fieri, ut diuina maiestas & humiliter se quærentes illuminet, & his qui sibi sapientes uidentur, notitiam suæ claritatem obnubilet: in anagogicum sensum figuræ uertisti, quia ad diuina intelligenda mentem transfulisti. Sed nec moralis deest instructio, dum utique docemur, quales ad diuinam cognitionem nos præparare debeamus. Sciendum uero est, quædam in rebus mysticis ob figuram solam à patribus facta: ut ea quæ à Moyse in tabernaculo, seu à Salomone in templo celebrata sunt. Quædam autem licet iuxta temporum rationem causas haberent congruas, & suas hominibus illis exhiberent utilitates: tamen per eum qui tempora cuncta dispensat, nobis scripta & in figuras nostras inflexa sunt. Inde est, quod Abraham duos filios legitur habuisse: quod Moyse inuentus, & de flumine leuatus, à Pharaonis filia reseruetur, & per eum postea populus de seruitute educitur. Quæ omnia tempore suo propria habuerunt utilitatem: & tamen si intelligantur, magna in eis mysteria deprehenduntur. His autem in multis locis ea permixta sunt, quæ nulla negotij necessitate sunt facta: ut dum quæ si superflua necessarii contexta inueniuntur, admoneant animum rationalem prius aliquid se significare, deinde quid significet quærere. Verbi gratia: Nunquid si oportebat adiutorium uiro sceminam fieri, etiam hoc necessitas ulla cogebat, ut de dormientis latere fieret? Si causa euadendi diluuij opus erat fabricari arcam, quid opus erat mensuras eius, aut ipsas potissimum fieri, aut etiam scriptas ad religionem posteritati propagandis commemorari? Si propter genus reparandum animalia includi oportebat, quid opus erat illo potissimum numero, septena de mundis, bina de immundis? Sed hæc cum ab illis hominibus agerentur, quidam eorum figuras has esse sciebant, quidam nesciebant. Nam Iacob cum filios Ioseph Ephraim & Manassen benedicens, super capita eorum manus decussaret, sciebat quid ageret. Unde filio reprehendente: Scio, inquit, filij scio. Sic & Isaias, cum nudus & discalceatus incede-

Exo. 13.

1. Ioh. 9.

Gene. 28.

Gala. 4.

Exo. 2.

Exo. 14.

Gene. 2.

Gene. 6.

Gene. 7.

Gene. 48.

I. Iai. 20.

leze. 12. **ret** : sic Iezechiele, cum parietem sibi perforaret, & aperta facie in humeris portaretur: ego, ait, portentum uestru. Vtique quod agebat intelligebat. At contra Cain fratrem occidens, Iudas cum nuru concubens, Dauid quoq; alienam uxorem rapiens: non futurorum mysteria, sed suam explere libidinem cogitauerunt. Diuina autem prouidentia quæ etiam malis bene uti solet, ibi nobis intelligentiæ uestigia collocauit, ubi illi desipuerunt. Hæc de reru figuris, quibus sacræ plenæ sunt pagina, prælibauimus: iam nunc ad ordinem inceptum reuertendum, & res ipsæ quæ stylo historico subnectuntur, quid intus mysterij habeant, discutendum est.

¶ *Ut non contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum.*  
Caput .1.

LEVITI  
ei caput  
XXI.

**D**ixit quoque dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis & propinquis: id est, super matre & patre, & filio ac filia, fratre quoque ac sorore uirgine, quæ non est nupta uiro: sed nec in principe populi sui contaminabitur.

¶ *Nota.* Tota huius opis sic series uariatur, ut nunc populus, nunc sacerdotes specialiter instruantur. Multa autem plebi locutus fuerat: Loquere, inquit, ad uniuersum cœtum filioru Israel, itemq; hæc loquere filijs Israel: nunc ad sacerdotes reuertitur. Ne contaminetur, inquit, sacerdos in mortibus ciuium suorum. Quatum ad literam spectat, sacerdotibus tantum interdicit cadauerum: & dicit illos contaminari, si quenquam tetigerint mortuum. Sed quia omnis qui sanum sapit, opus hoc esse pietatis intelligit, si mortuorum corporibus nature iura reddantur: nam & pater Thobias inde placuisse legitur, quod sepulturam mortuis sollicitus impendebat: hoc quoque, sicut & omnia penè quæ sacerdotibus præcipiuntur, mystice discutendum est. Cadaueribus ergo mortuorum, ut ait beatus Augustinus, peccata significari in lege non dubiti est: cū uideatur homines post eorum contradictionem, siue qualemcunq; contactum, tanquam ab immunditia purificari. Et hinc illa sententia ducta est: Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio

ei? Sic & qui ieiunat super peccata sua, & iterum ambulans hæc eadem facit. Hinc est quod patriarcha Iacob tam sollicitè procurauit, ut corpus suum in Aegypto non sepeliretur, sed in terra Chanaan. Sepultura enim mortuorum, remissionem significat peccatorum. Eo pertinet quod dictum est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Vbi ergo sepelienda erant, hoc significatiua cadauera patriarcharum, nisi in ea terra, ubi ille crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorum? Si igitur per mortua cadauera peccata (ut dictum est) significantur, tropo scilicet quo per effectum efficiens designatur: per peccatum enim mors, & peccando hoc meruimus, ut moreremur: factus ergo mortuorum, communicatio est peccatorum. Præcipit itaq; ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum: id est, ne criminum illorum particeps efficiatur, & uitam agat popularem: ut iuxta propheticum prouerbium merito dici possit, Sicut populus, sic sacerdos. Indignum est enim, ut cuius officium est aliena redarguere uitia, ipse uitiosus appareat: & qui populum præcedere debet ad rectitudinem, populum sequatur ad peruersitatem. Quid est autem quod dicitur, [Nisi tantum in consanguineis & propinquis?] Nunquid enim uel illorum uitia debet imitari? Quid si illi fuerint adulteri uel periuiri? Licet ergo sacerdoti ut his moribus contaminetur, & consanguineorum exemplo, harum præuicationu socius inueniatur? Sciendum itaque, quod sacra scriptura alia fieri imperat: ad alia quæ fieri necesse est, nos relaxat. His autoritatem, illis autem indulgentiam præbet: his præmium repromittit, illis ueniam misericorditer impendit. Sicut igitur nonnulla etiam in sacerdotibus, quæ laude quidem digna non sunt, sed tamen uenialia. Nemo quippe sine peccato, nec infans cuius est uita unius diei super terram. Necesse est ergo ut in patris matrisq; morte contaminetur sacerdos: quia quilibet nostrum mox ut nascitur, primorum parentum reatu contaminatus agnoscitur. Quod igitur uitari non potest, excusari potest: ut scilicet purget uenia, quod ex antiqua transgressione nobis ignorantibus uitata contrahit natura. Notandum tamen uideo, quod non dixerit super matre & patre, cum uirum præmittendum naturalis ordo uideretur expetere. Nam in reliquis hoc seruatum est: filio, inquit, ac filia, fratre ac sorore. Cur ergo non similiter dictum est, patre ac matre? Videtur itaque confirmare quod diximus, quia primorum parentum respicit offensam: & ideo mulierem præmittit, quia mulier prima peccauit. Prima

nanque contra uetum comedit: & deinde uiro, ut etiam ipse comederet, per suauit. Bene igitur dictum est, non contaminetur nisi super matre ac patre, muliere scilicet præmissa: ut illum reatum intelligamus, qui a muliere prius processit. Quia uero post illud quod ex origine trahimus, multa & nos peccata addimus: in multis enim offendimus omnes: additur, filio ac filia, fratre ac sorore. In his enim necesse est etiam iustus excusationem accipiat, sine quibus uiuere non possunt, nec qui illi tanquam filij in religione succedunt, nec qui cum eo tanquam fratres, uiam sanctitatis incedunt. Notandum enim, quod sororem non simpliciter posuit, sed, sorore (inquit) uirgine, quæ non est nupta uiro. In hac igitur persona expressit, quid de cæteris, filio scilicet ac filia, ipso etiam fratre, sentiendum sit. Nemi ni quippe conformari debet sacerdos, nisi his qui fidei integritatem & uitæ sanctitatem, in quantum humana fragilitas admittit, integram illibatamq; seruauerint. Nuptiæ autem quamquam legitimæ sunt, & diuinitus institutæ, quia tamen uirginitatem perimunt, nõ in merito multis in locis corruptionis typum gerunt. Vnde in parabola dominica, inter cæteros qui se ad nuptijs regis cælestis excusant, unus carnalium nuptiarum causam prætextit, dicens: Vxorem duxi, & ideo nõ possum uenire. Postquam uero determinauit lex, ad quorum mortes sacerdos uenialiter possit accedere: subsequenter exprimit, cuius mortem specialiter debeat declinare. [Sed nec, inquit, in principem populi sui contaminabitur.] Principes populi pleriq; quanto minus timore premuntur humano, & quasi sui iuris sibi uidentur, tanto ad peccandum citius relaxantur. Hic ergo periculum iacet sacerdotis, ne forte carnali potestate perterritus, dum of sensam metuit humanam, peccantem aut redarguere non præsumat, aut etiam dum potestatem gratiam quærat, peccatis illius fauere incipiat. Iudices quippe subditorum constituuntur sacerdotes, ut sicut scriptum est, faciant uindictam in nationibus, in increpationes in populis. Duobus autem modis, non coinquinatur a malo sacerdos, si non consentiat, & si redarguat. Nam si peccantem uidet, à iusta increpatione timore compescitur, ipso suo silentio reus inuenitur. Vnde scriptum est: Noli quærere fieri iudex, nisi uales uirtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Tanquam diceret: Ne uelis suscipere regimen populi, nisi tante sis constantiæ, ut nõ reuereris personam potentis, sed cum omni fiducia arguas delinquentes: ne forte scandalizet tibi commissos, si te agilem uiderint, & ad

nutum humanum flexibilis. Vbi & apte subiungitur: Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata: nec enim in uno eris immunis. Non alliges, inquit, duplicia peccata: ut scilicet non tantum pro se, sed & pro subditis cogatur reddere rationem. Neque enim in uno erit immunis, id est, in aliquo horum: quia & suorum & alienoru luet supplicia delictorum. Quicumque ergo locum tenet regiminis, caueat necesse est, ne adulando potestatibus, peccatis se contamine alienis: & dum humanam declinat offensam, diuinam incurrat uindictam. Sequitur:

**Non radent caput nec barbam, neq; in carnibus suis faciēt incisuras. Sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius.**

¶ *Nota.* Quod hic prohibetur caput radere sacerdotibus, in Iezechiele sic dicitur: Sacerdotes caput suum non radent, neque comam nutriēt: sed tondentes attondebunt capita sua. Quod papa Gregorius sic exponit: Capilli, inquit, in capite, exteriores sunt cogitationes in mente: quæ ex sensu negligenter, quia importune aliquando prodeunt, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui præsumunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis uehementer incumbere: sacerdotes recte & caput prohibentur radere, & comam nutrire: ut cogitationes carnis de uita subditorum, nec se funditus amputent, nec rursus ad crescendum nimis relaxent: ut capilli in capite sacerdotis & reuertentur, ut cutem cooperiant: & refecentur, ne oculos claudant. Quod uero etiam barbam radere prohibetur, iam supra exposuimus. idem nanque populo præcipitur, ut scilicet uirtutis speciem in uultu præferre uideantur. Sed & de incisuris quæ in carne fiebāt, diximus superius, hinc ritum fuisse gentilem, ut in charorum funeribus præ nimio dolore seipos inciderent: quod ne faciant, populo dei & maxime sacerdotib; interdicitur: quia resurrectionis fide uidentur euacuare, si mortuorum suorum luctum non studeant temperare. Inde est quod subditur: Sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius. Sanctitas quippe integritas est: quæ tum in fide, tum in moribus consideratur. Fides autem in te gra non est, si diuinis non credit promissionibus, maxime de mortuorum resurrectione, & omnium in fine fidelium reparatione. Sancti ergo erunt (inquit) deo suo, & non polluent nomen eius. In honorare nanque est de-

ibidem.

Gen. 49.

Psal. 38.

Leu. 3.

Rom. 8.

Os. 4.

Luc. 14.

Iob. 15. in

xta lxx.

Psal. 149.

Ecc. 7.

Gen. 3.

um, in magna mortis necessitate, quasi tunc uirtus eius defecerit, nullum ab eo solatium expectare. Non ergo polluant nomen domini, indigna de illo sentientes, & in blasphemiam alios mittentes: dum illis in tribulatione desperantibus, ab infidelibus insultatur & dicitur: Vbi est deus eorum? Cur autem sancti esse debeant, causa redditur, cum subiungitur:

**Incesum enim domini, & panes dei sui offerunt: & ideo sancti erunt.**

*Psal. 140.* Incensum orationem significat, iuxta illud *Psal. 140.* Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. *Roma. 10.* Scriptum est autem: Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Necesse est igitur ut fidem integram possideant, & maxime illius rei, pro qua omnibus sanctorum cura inuigilat, aeternae scilicet retributionis: quorum hoc officium est, ut tam pro se quam pro populo dei, suae orationis incensum offerant. Panes uero dei sunt, qui fide ac bonis operibus dominum paciscunt, & seipsum in CHRISTI corpus transiunt. Hos, sacerdotes deo offerunt: quia doctrina sua ad credulitatem illos perducunt. Iustum est iraque ut ipsi sancti sint, qui alios ad sanctitatem inuocant: & fidem quam alij praedicant, ipsi constanter retineant. Sequitur:

**Scortum & uile prostibulum non ducet uxorem, nec eam quae repudiata est a marito: quia consecratus est deo suo, & panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum dominus, qui sanctifico uos.**

Post fidei integritatem, etiam de conuersationis sanctitate commouet, dicens: Scortum & uile prostibulum non ducet sacerdos uxorem. V uxorem in scripturis mystice saepe intelligi, res est satis manifesta. Nam de sapientia quidam ait: Hanc amari & exquisiui a iuuentute mea, & quae uiu sponsum mihi assumere illam, & amator factus sum formae illius. Sed & iacob a parentibus ad auunculum transmissus est, ut acciperet uxorem generis sui. Dixit enim mater eius: Tardet me uita mea: propter filias Heth. Si acciperit iacob uxorem de stirpe huius terrae, nolo uiuere. Et ueniens iacob ad auunculum, duas filias illius sumpsit in matrimonium, in quibus (sicut patribus uisum est) conuersatio gemina designatur, actiua scilicet & contemplatiua. Sicut ergo prohibetur iacob, ne accipiat uxorem de

genere Chanaan, sic interdicitur sacerdoti, ne scortum & uile prostibulum sibi coniangat. Tunc enim homo uxorem accipit, cum hanc uel illam uiuendi formam sibi assumit. Accipit uxorem generis sui, si deum creatorem suum respiciat: si sanctos patres qui praecesserunt, attendat: & ex illorum forma, uiuendi regulam sumat. Accipit uxorem de genere Chanaan, scortum & uile prostibulum, & quae repudiata est a marito, si mundi huius amatoribus conformetur, & luxuriosam amplectatur uitam: quae ab omnibus uiris uirtutis, licet forte primitus illi adhaerent, postquam tamen sponsae illius quam supra diximus, sapientiae scilicet, pulchritudine capti sunt, tanquam meretrix & immunda repudiata est. Dicitur ergo sacerdoti ut sanctus sit, quia ego sanctus sum, dicit dominus. Vbi notandum quia ad dei similitudinem inuitamur, iuxta quod apostolus Petrus gratiam domini Christi nobis commendans: Per quem, inquit, maxima & preciosa nobis promissa donata sunt, ut per haec efficiamur diuinae confortes naturae, fugientes eius quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem. Nonne hoc est quod per legem sacerdoti praecipitur, ut scortum aut uile prostibulum non accipiat uxorem, sed diuinam imitetur sanctitatem? Sequitur:

**Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & uiolauerit nomen patris sui, flammis exuretur.**

Hanc seueritatem, ut in libro de ciuitate dei beatus testatur Augustinus, etiam gentiles tenuerunt circa illas, quae castitatem professae fuerant, & deorum suorum ministerio consecratae. Antiqui, inquit, Romani in stupro delectas Vestrae sacerdotes, uiuas etiam confodi ebant, adulteras autem sceminas, quamuis aliqua damnatione, nulla tamen morte plecebant: usque adeo grauius putabant adyta diuina, quam humana cubilia uindicanda. Hactenus de sacerdotibus generaliter actum est. nunc ad summum transitur pontificem, de quo quid lex decernat, considerandum est.

*¶* Ut pontifex, id est, sacerdos maximus, ad nullum omnino mortuum ingrediatur. Caput .ii.



**P**ontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput effusum est unctio nis oleum, & cui-

*Psa. 113*

*Roma. 10.*

*Sapl. 8.*

*Gene. 27.*

*Gene. 29.*

*2. Petri 1.*

*Heb. 4.*

*Heb. 7.*

*Psal. 88.*

*Apoca. 1.*

*Psal. 44.*

*Ephe. 5.*

*Apoca. 1.*

*Psal. 67.*

*Isai. 63.*

*Ibidem.*

**us manus in sacerdotio consecratae sunt, uestitusque est uestibus sanctis: caput suum non discooperiet, uestimenta non scindet, & ad omnem mortuum non ingredietur omnino.**

**I**am omni erudito, quem dicere intendat, manifestum existimo. Cum enim nominat pontificem & sacerdotem maximum inter fratres suos, ad quem tanta uerborum excellentia referenda est, nisi de quo testatur Apostolus, quia habemus pontificem magnum qui penetrat caelos, Iesum filium dei: Hic est sacerdos maximus: quia alij plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium: sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excellentior caelis factus. Iste maximus est inter fratres suos. Quis enim si milis erit domino in filiis dei? Maximus est inter fratres, non quos fratres inuenit: sed quos magna sua gratia, ex inimicis sibi fratres fecit. Gratias illi qui tantum dilexit nos, ut abluendis peccatis nostris, sanguinis sui la uacrum exhiberet, & fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo. Super cuius caput fufum est unctio olei: quia unxit eum deus suus oleo latitiae & pariticipis suis. [Et cuius manus in sacerdotio consecratae sunt:] quia non solum in capite, ad mentis uidelicet sanctificationem, unctioem spiritus habuit, sed & in omni conuersatione sua hominibus irreprehensibilem se ostendit. [Vestitusque est, inquit, uestibus sanctis.] Vestis Christi cum singulariter dicitur, sanctam ecclesiam solet significare, iuxta illud Apostoli: Ut exhiberet, inquit, sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam. Cum autem plura liter uestes dicuntur, nescio utrum ad illam quae una est, ualeat referri, nisi forte quomodo dicuntur septem ecclesiae, quae tamen unam faciunt: sic dicantur & multae uestes, multae plebes quae Christum induunt. Nam & spolia in Psalmo dicta sunt, quae diabolo subtrahuntur, & in ornatu corporis Christi per doctorum prudentiam distribuuntur. Dominus dabit uerbum euangelizantibus: & speciei domus diuidere spolia. Puto quia de his uestibus per Isaiam ipse loquitur, filios suos commemorans, quos persecutorum manibus dederat: Calcavi, inquit, eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Ipse enim calcabat, qui inimicis ut calcare possent, potestatem indulgerat. Deinde subdidit: Et aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea, & omnia indumentum mea inquinauit. Tempore namque persecutionis, facies ecclesiae martyrum cruore re

spersa, in conspectu inimicorum foeda quodammodo & deformis apparuit. Nam & ipse speciosus praefilijs hominum, inter manus tamen inimicorum quasi foedus uisus est, cum iuxta Isaiam non esset ei species neque decor: & nos, inquit, putauimus eum quasi leprosum, & pectus sum a deo & humiliatum. Haec ideo diximus, ut intelligatur sicut in ueste, sic & in uestibus summi pontificis ecclesiam posse designari. Nam etiam nonnulla pluraliter dicta, singulariter accipi solent: sicut etiam Isaias de Christo loquitur: Quis est, inquit, iste qui uenit de Edom, tinctus uestibus de Bosra? Edom, terra sonat: Bosra autem Idumaeae ciuitas, interpretatur, in tribulatione. Vestes igitur istae quas tinctas dixit, non nisi caro Christi accipitur: in qua etiam cum de tribulatione qua in terris passus est, resurgendo ascendit, effusi cruoris uestigia reseruauit. Vestis ergo carnis rubricatae, pluraliter nominatur, cum tinctus uestibus Christus de Edom uenisse perhibetur: Unde & in ferius subditur: Quare rubrum est indumentum tuum, & uestimenta tua quasi calcantium in torculari? Hoc dixit indumentum, quod & uestimenta: nihil discernens, uerum singulariter an pluraliter loqueretur. Vt ergo ad ea, quae nostra sunt reuertamur, pontifex sacris uestibus uestitur, cum Christus nationibus diuersis, in fide sua congregatis, & si dei ipsius beneficio sanctificatis, induitur. Si igitur iam tenemus quis sit sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fufum est unctioem oleum, & cuius manus in sacerdotium consecratae sunt, uestitusque est uestibus sanctis: uideamus nunc quid lex non illi faciendum imponat, sed qualem eum futurum praedicat. [Caput suum (inquit) non discooperiet.] Habes in Apostolo, quia caput Christi deus est. Hoc caput pontifex noster non discooperit: quia in omnibus quae agebat, patre glorificans, honorem illi debitum non subtraxit. Verba (inquit) ego loquor uobis, a me ipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera. Item: Mea doctrina non est mea. Licet enim patri aequalis & consubstantialis, tamen quicquid habet, a patre habet: etiam hoc ipsum, ut totum habeat quod pater. Ipse namque a patre, non pater ab ipso est. Rursus Iudaeis conuiciantibus: Ego, inquit, demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Capii ergo suo ornatu uelamenti non detrahit, cum patris gloriam quaerit. Vnde & subditur: [Vestimenta non scindet.] Vestimenta scinderet, si propria gloriam quaerens, populos sibi adherentes, a diuino cultu separaret. Hoc enim Antichristus faciet: qui in nomine suo ueniens, & se supra omnem quod dicitur deus extollens, fidem diuinam euacuare contendet. Christus autem ue

*Psal. 44.*

*Isai. 53.*

*\* sacerdotis*

*Isai. 63.*

*Ibidem.*

*1. Cor. 11.*

*Ioh. 14.*

*Ioh. 17.*

*Ioh. 8.*

*2. Thes. 2.*



*Matt. 5.* niens in nomine patris sui, apte testatur quia non uenit legem soluere, sed implere: nec uestimenta sua scindit, qui passioni iam proximus, patrem precatur, ut omnes quos dedit sibi de mundo, in patris cognitione, quam & in sua unquam efficiantur. Quod uero subiungitur, quia [ ad omnem mortuum non ingreditur omnino, ] quid manifestius, si ad Christum referas? quid difficilius, si ab illo oculum auertas? Quis enim sine peccato fuit in mundo, nisi qui peccatum tulit de mundo? Huic & cetera quae sequuntur, apertissime congruunt:

**Super patre quoque & matre non contaminabitur.**

Quia nec illam, quae ab ipsa natiuitate nos omnes inficit, uitiatque originis Christus conragionem sensit.

**Nec egredietur de sanctis.**

Hoc quoque in illo completum est, qui sanctitatis metas nunquam excessit, & quae semper intra suum ambitum censura sacrae legis inuenit. Hoc tamen quod ait, non egredietur de sanctis: uidentium est iuxta literam, qualiter legali pontifici ualeat conuenire. Neque enim credibile est, pontifices illos a sanctuario nunquam recessisse: nempe cum domos haberet, quo necessario reuertebantur uel propter curam rei familiaris, uel saltem ut uxores cognoscerent, & sui officij successorem in liberis conseruarent. Sic namque de Zacharia legitur, quia postquam impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Quid quod post Babylonis captiuitatem, iam sublati regibus, totius populi res publica per pontifices administrata est? Onia pietas tum in sacrorum administratione, tum in populi regimine, & deo & hominibus amabilis fuit. Ionathas & Simon post mortem fratris, stola sancta usi sunt: in templo sacerdotes, in bello duces. Quod ergo praecipitur, ut pontifex de sanctis non egredietur, ad hoc respicit quod praemissum est. Super patre & matre non contaminabitur, ut scilicet ad eorum funera non introeat: & de sanctis non egredietur, eo duntaxat tempore, quo parentum exequiis celebrantur. Sic namque beatus Augustinus hanc quaestionem dissoluit. [ Non ergo (inquit) egredietur de sanctis,

**Ne polluat sanctuarii domini, quia oleum sanctae unktionis domini dei sui super eum est. Ego dominus.**

Quod dicitur, ne polluat sanctuarium: sic intelligendum est, ne polluat unktionem capitis sui quam de sanctuario accepit: quae quia si polluisse uideretur, si ad mortuum ingrederetur. Et ne homines illi quibus haec obseruatio tradebatur, graue hoc esse reclamarent, pietatisque contrarium, absentare se paratum ex-

equijs, non intelligeres utique; quid hic mysterij contineretur: diuina illis autoritas obicitur, cum subditur: Ego dominus. Mediator uero dei & hominum homo Christus Iesus, sic in sanctis assiduus fuit, ut nunquam ad mortes nostras egrediens, id est, nostris peccatis communicans, mentis suae sanctificationem pollueret, uel spiritui gratiae aliquam contumeliam inferret. Ipse est namque mons, in quo beneplacitum fuit deo habitare in eo: & cuius signum spectabile Baptistae Iohannes accepit, ut super quem uideret spiritum dei uenientem, & manentem super eum, ipsum esse intelligeret, qui in spiritu sancto baptizaret. Mantu namque apud illum spiritus sanctus, nihil in eius mente reperiens, unde offensus aut recedere, aut gratiam suam subtrahere cogeretur. Ipse est enim uir, quem iuxta Isaiam septem mulieres apprehenderunt, septem scilicet gratiae spiritus sancti: quarum ipse opprobrium abstulit, quia sanctificationi carum sic detulit, ut quod nusquam apud homines inueniant, perpetuam atque indurptam in cordis eius puritate requiem possiderent. Sequitur:

**Virginem ducet uxorem: uiduam & repudiatam & sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui uulgo gentis suae: quia ego dominus qui sanctifico eum.**

Quod dicitur, de populo suo, intelligendum est de stirpe sua. Inde est enim quod sequitur, ne commisceat stirpem generis sui uulgo gentis suae. Habes alibi locutionem similem. Loquens de tabernaculo distinguendo, leuando, erigendo: Alienigena, inquit, qui accesserit, moriatur. Hic ut testatur beatus Augustinus, alienigena intelligendus est, etiam ex illis filiis Israel, qui non de illa tribu fuerant, quam tabernaculo seruire praecipit: hoc est, qui non fuerant de tribu Leui. Si igitur alienigenae dicuntur, etiam caeteri filij Israel qui non sunt de tribu Leui, puto quia non inconuenienter populus sacerdotum in sola tribu sua potest intelligi. Quod si ad mysterium reuertamur, summus pontifex noster dominus Christus uirginem ducit uxorem, ecclesiam scilicet, cui per Apostolum dicitur: Despondi uos uni uirgini, uirginem castam exhibere Christo. De hac iterum in Apocalypsi beato Iohanni dicitur: Veni, ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et fuit uirgo in spiritu in motem magnam & altam: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendente de caelo. Viduam & repudiatam non accipit Christus in matrimonium: quia synagoga, quae prius eum uirum habuerat, iam a se repulit, das illi libellum repudij, sicut etiam prophetas praedixerat, cotinentes se nuptias cotempserunt. Inde scriptum est: Le-

*1. Tim. 2.*

*Isai. 67. Iohann. 1.*

*Isai. 4.*

*2. Cor. 11.*

*Apoc. 21.*

*Iere. 3.*

*Isai. 50.*

*Isai. 54. Gal. 4.* tare sterilisque non paris: quia multi filij desertae, magis quam eius qui habet uirum. Prohibet legalis pontifex, ne sordidam & meretricem sibi coniungat: Christus in genibus meretricem admauit, & ut digne sibi eam coniungeret, uirginem fecit. Nec mirum, cum in nuptijs eius uinum propinaret, de quo sponfam ipsam laudans, propheta testatur, dicens: Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & uinum germinans uirgines? Hoc poculo inebriata gentilitas, & per spiritum sanctum charitate succesa, postquam sponsum sui thalamum ingressa est, mente mutata, posuit sordes quas habuerat, & repente cepit esse quod non erat. Quod longe ante praedixit Ieremias propheta: Gaude, inquit, & laetare filia Edom, ad te quoque perueniet calix: inebriaberis atque nudaberis. Pontifex ex precepto legis de populo suo matronam accipit: Christus uero ipsum populum suum spirituali sibi amore coniungit. Cauet pontifex legalis, ne commisceat stirpem generis sui uulgo gentis suae, Christus autem eos quos in diuini generis nobilitate conseruat, discernit ab his quos degenerare considerat. Discernit autem inter mentem, postea retributione: discernit nunc moribus, postea mansionibus. Unde etiam Balaam propheta scriptum est: Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quia ego, inquit, dominus qui sanctifico eum. Sanctifico filium patris, ipso filio attestante, qui ait: Quem pater sanctificauit & misit in mundum, uos dicitis quia blasphemias, quia dixi filius dei sum. Sanctificat & seipsum filius, pro eis enim, inquit, ego sanctifico me ipsum. Quia ergo a deo sanctificat est summus pontifex noster, dignum est ut sordidam & meretricem non accipiat uxorem, per quam generis sui nobilitas confundatur: sed uirginem & sibi consimilem, quae conformes sanctitati eius filios pariat. His igitur quae praemissa sunt, & bonorum sacerdotum uita informatur, & illius qui inter fratres suos maximus est, excellentia commendatur. Sed quoniam in tanto officio constituti, non solum digni fuerat instruendi, sed indigni quoque ab eodem officio repellendi, apte subiungitur:

**Ut homo de semine Aaron qui maculam habet, non accedat ad sancta. Caput III.**

*Isud uulgaris editio non habet.*



**Maculatusque est dominus ad Moysen, dicens: Qui maculam habet, non accedat ad sancta.**

**Q**uia uero distinguendum erat de qua macula loquatur, & a quibus sanctis prohibeat hominem qui eiusmodi est: neque enim quae libet hic macula intelligenda est, nec ab omni-

bus sanctis excludit, in quo huiusmodi macula reperitur: sequitur, & discernit:

**Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius.**

Haec sunt sancta a quibus arcetur, sancta uidelicet ministeria dei sui, quibus ne se ingerat deterretur. Quae quidem quomodo spiritualiter intelligantur, quae uel eadem ministeria, suo loco discutietur. Nunc ad maculae distinctionem transeundum est.

**Si caecus fuerit, si claudus, si uel paruus uel gradus & tortus naso: si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugum scabium, si impetiginem in corpore, uel herniosus.**

Quem papa Gregorius ponderosum uocat. Ipsum quippe in toto hoc capitulo legimus autorem: & cum tanti doctoris explanationem hic teneamus, eligimus cedere maiori: & quod supra nos est, nostro silentio uenerari. Caecus (inquit) est, qui supernae lumen contemplationis ignorat: qui praesentis uitae tenebris pressus, dum uentura lucem nequaquam diligendo conspiciat, quae gressum operis porrigat, nescit. Claudus uero est, qui quidem quae pergere debeat, aspiciat: sed per infirmitatem mentis, uitae uiam persequi non ualet tenere quam uidet: quia ad uirtutis statum dum fluxa consuetudo non erigitur, quo desiderium inuititur, illud gressum operis efficitur non sequuntur. Paruus autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores creatoris quae discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur: per quam uirtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde & in laude ipsorum dicit: Nasus tuus sicut turris quae est in Libano: quia nimis sancta ecclesia, quae ex causis singulis tentamenta prodeat, per discretionem conspiciat: & uertura uitiorum bella, ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum se aestimari hebetes nolunt, sepe in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: Vel grandi & torto naso. Nasus etenim grandis & tortus, est discretionis subtilitas immoderata: quae dum plusquam decet exerceuerit, actionis suae rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede uel manu est, qui uiam domini pergere omnimodo non ualet, atque a bonis actibus funditus exors uacat: quatenus haec non ut claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnino alienus existat. Gibbus uero est, quem terrenae sollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat: sed solis his quae in

*Gregori.*

*Caecus.*

*Claudus.*

*Esse naso paruo.*

*Nasus.*

*Can. 7.*

*Not.*

*Nasus grandis & tortus. Esse pede fracto aut manu.*

*Gibbus.*

infimis calcantur, intendat. Qui & si quando aliquid ex bono patriæ cælestis audierit, ad hoc, nimirum peruerſæ cōſuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem non atollit: quia cogitationis ſtatum erigere non ualet, quem terrenæ uſus ſollicitudinis curuum tenet.

Lippus.

Lippus uero eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem ueritatis emicat, ſed tamen hoc carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt: ſed humore deſtudenti in hirmâtes palpebræ groſſeſcunt. Quarum quia in ſuſione crebro atteritur, etiã acies pupillæ uitiatur. Lippus itaque eſt, cuius ſenſum natura exacuit, ſed conuerſationis præuitas confundit. Albuginẽ uero habet in oculo, qui ueritatis lucem uidere nõ ſinitur: quia arrogantia ſapientia ſeu iuſtitia cæcatur. Pupilla nanque oculi nigra uidet: albuginem tolerans, nil uidet: quia uidelicet ſenſus humane cogitationis, ſi ſe ſtultum peccatorem quẽ intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem ſibi iuſtitia ſeu ſapientia tribuit, à luce ſe ſuperæ cognitionis excludit: & eo claritate ueri luminis nequaquam penetrat, quod ſe apud ſe per arrogantiam exaltat. Lugem uero habet ſcabiẽ, cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabiẽ etenim feruor uiſcerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria deſignatur: quia ſi cordis tenentur uſque ad operationem proſilit, nimirum feruor intimus uſque ad cutis ſcabiẽ prorumpit. Impetiginẽ quoque habet in corpore, quiſquis auaritia uasta tur in mente. Quæ ſi in paruis non compeſcitur, nimirum ſine meſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat, & abſque occupati tẽdio excreſcens, membrorum decorem ſcædat: quia & auaritia capti animi dum quaſi delectat, exulcerat: & dolorem in uulſere non facit, quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque uirtutum per hanc pulchritudo deprauatur. Ponderoſus uero eſt, qui turpitudinem non exercet opere: ſed tamen ab hac, cogitatione continua ſine moderatione grauatur in mente. Qui nequaquam quidem uſque ad opus nefarium rapitur: ſed eius animus uoluptate luxurix, ſine ullo repugnationis ſtimulo, delectatur. Vitium quippe eſt ponderoſus, cū humor uiſcerum ad uirilia labitur, quæ profeſto cū moleſtia dedecoris intumescunt. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam deſluens, pondus turpitudinis geſtat in corde: & quamuis praua non exercet opere, ab hiſtamen non euellit mente: nec ad uſum boni operis in aperto ualet conſurgere, quia grauat hunc in abditis pondus turpe. Haſtenus à lege, quas maculas in ſacerdo-

tibus noter, accepim: quæ etiam qualiter in moribus intelligi debeant, non noſtro diſcuſſimus ingenio, ſed prædiſti doctores uſtigia ſecuti ſumus. Nunc itaque quod ante promiſimus, uidelicet à quibus officijs prohibeantur, qui has maculas habuerint, ſequẽtia docebunt nos.

**Omnis, inquit, qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias domino, nec panes deo ſuo.**

Quæ ſint hoſtiæ quæ à ſacerdotibus offeruntur, multa ſuperius diſta ſunt: & Apoſtolo breuiter hoc innuit, dicens: Obſecro uos per miſericordiam dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuẽtem, ſanctam, deo placentem. Hoſtiæ itaque ſunt, qui carnis uitam deo immolant, ut deinceps melius uiuant. Panes uero iſdem ipſi ſunt, ſed iam iuſtificati & alienati à carne & ſanguine, poſtquam illius iuſtitia conformantur, qui de ſe ipſo teſtatus eſt, dicens: Ego ſum panis uiuus qui de cælo deſcendi. Sicut enim qui in carne ſunt, deo placere non poſſunt: ſic qui ſpiritu dei aguntur, iam diuine meſis idonei, puritate meſis ſue, dei cibus efficiuntur. Haſ hoſtias, hos panes illi ſacerdotes deo offerunt, qui & uerbo & exemplo ſuo, prius eos ab iniquitate conuertunt: & iam mutati qualiter in religione proficiant, inſtruire non deſiſtunt. A quo officio iure illi repelluntur, qui maculas habent: quia quicumque uitij ſuis adhuc deſeruiunt, in loco eminentiore conſtituti, præeſſe poſſunt, ſed prodeſſe uix poſſunt. Nam & ſi fortaſſis officio exigente, bona docere cogantur: auditores (ut eſt humana peruerſitas ad malum prona) citius imitantur mores aliter loquentis, quam obaudiunt monitis aliter facientis. Qui tamẽ ſi ambitione ducti, locum regiminis uſurpare præſumant: plerumque ne perdant quod temporaliter amant, omni ſollicitudine quæ ad ipſum officium pertinent, implere cõtendunt. Mercenarij itaque in domino domiri conſtituti, ſine deĩ reſpectu agunt: quæ dei ſunt, nec tamẽ hoſtias deo uel panes offerunt: quia licet per eos fiat, ipſi tamẽ quæ ſua ſunt quæ rentes, non hoc facere intendunt. Mercedem ergo laboris ſui quam appetunt, aſſequuntur: dum eccleſiæ ſeruientes, eccleſiaſticis honoribus ſublimantur, eccleſiaſticis quoque ſumptibus ſuſtentantur. Inde eſt quod ſequitur:

**Veſcetur tamen panibus, qui offeruntur in ſanctuario.**

Magna (ſicut ait beatus Gregorius) legentium debet eſſe diſcretio, ut in ſacro eloquio

cum quilibet unus ſermo dicitur, nõ ſemper unam eãdemque rem ſignificare credatur. Ecce enim paulo antè diſtum eſt, ut qui maculam habent de ſemine Aaron, non offerant panes deo ſuo. Nunc autem dicitur, ut de panibus edant qui in ſanctuario offeruntur: & quidem ipſi ſunt panes quos offerre prohibentur, & quos edere permittuntur: quia tamen non dixit, ueſcetur eiſdem panibus qui offeruntur in ſanctuario, ſed quaſi de alijs locutus eſt, aliud mihi per panes ſignificare uideatur. Prius nanque panes in figuram iuſtorum accepimus: nunc autẽ panes ſubſidium uitæ præſentis intelligimus. Vnde Jacob ad Laban tranſiẽs, ait: Domine deus, ſi dederis mihi panem ad edendum. De ſanctuario ergo (ut diximus) panes accipiunt: qui laboris ſui mercedem in præſenti recipientes, & nihil aliud à domino expectantes, de oblationibus fidelium uiuunt. Sed cum timore audiendum eſt, quod ſcriptura ſubiungit:

**Ita, inquit, duntaxat, ut intra uelũ non ingrediatur, nec accedat ad altare: quia maculam habet, & contaminare non debet ſanctuarium meum.**

De ſe noſtra loquens Apoſtoloſ, quam ſicut ancoram, inquit, habemus animæ turac firmam: & incedẽte uſque ad interiora uelaminis, quo præcurſor pro nobis introiuit IESVS. Hæreditas nanque illa, cuius promiſſorem tenemus conditorem noſtrum, ad huc nobis ab ea peregrinantibus quaſi poſt uelamen poſita eſt, ſicut teſtatur Iſaias, dicẽs: Oculis non uidit deus abſque te, quæ præparati diligentiſſime te. Spes tamen noſtra uelũ tranſiit: quia quod non uidemus, ſperamus: & uiſuri ſumus, quod interim non uidentes ſperamus. Vita enim noſtra nunc abſcõdita eſt cum CHRISTO in deo: ſed cum CHRISTVS apparuerit uita noſtra, tunc & nos apparebimus cum illo in gloria. Qui igitur deo pura charitate deſeruiunt, ingrediuntur intra uelum, primum ſperando, poſtea contempando. Qui autem in domo illius mercenarij ſunt, & præter temporalem remunerationem nihil ab eo expectant, intra uelum non ingrediuntur: quia uifiſibilia diligentes, illa quæ nondum uidetur, hæreditate filiorum dei in æternum priuatur. [Nec accedat ad altare.]

Altare locus eſt, in quo deo aſſiſtitur. Qui autem per ſpiritum ſanctum edocti ſunt, & intelligunt quod ait dominus CHRISTVS, deum ſcilicet ſpiritum eſſe, & in ſpiritu adorandum eſſe: apud ſe altare inueniunt, cū oculos ſuos ad deum erigentes, intra conſcienti-

am coram illo ſe ſtatuunt. Ibi hoſtias immolant, cum affectus ſuos carnales mortificant. Thura incendunt, cum intra illud cubiculũ, ubi pater cæleſtis uidet in abſconſo, uota precum ſuarum domino offerunt. Ad hoc autem altare non accedunt, quicumque exterius ſuſi, & carnalibus adhuc deſiderijs irretiti, ad cor ſuum redire neſciunt. Sic enim pſalmiſta domino loquitur, dicẽs: Mane aſtabo tibi & uidebo, quoniam non deus uolens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſtiantes oculis tuis. Et beatus Iob: Non enim ueniet in cõſpectu eius omnis hypocrita. Iniqui nanque omnes aut agunt quod ſcriptum eſt, Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus: aut ſi aliqua tenus deum eſſe ſuſpicantur, exemplo primi parentis male ſibi conſciã, à facie illius ſe abſcondunt: quem quia non uident, non cogitant ſe uideri: & in oculis uidentis tanquam lateant, ſunt ſecuri. Homo itaque de ſtirpe Aaron, uidelicet qui inuifiſibili adminiſtratione ſucceſſor factus eſt Aaron: ſi maculam habuerit, id eſt, ſi uitioſus extiterit: etſi panes de ſanctuario ederet, ut de eccleſia temporales fructus percipiat, hoſtias tamẽ uel panes deo nõ offert: quia dum lucris ſuis incumbit, ſubditorem ſalutem non querit. Hic etiã intra uelum non ingrediatur: quia à regno dei quod adhuc ſperatur, & nondum uidetur, cum uerit, excludetur. Hic ad altare non accedit: quia pro uita æterna rogaturus, domino non aſſiſtit. Non ergo (inquit) ingrediatur intra uelum, quia maculam habet, & contaminare non debet ſanctuarium meum. Vere admiror dei ſapientiam: quæ quoniam cum pueris agit, quodammodo loquẽdo puer aſcit. Quis enim noſtrum, niſi forte ludẽs, claudo alicui dicat aut gibbo, ne intres eccleſiam: quia ſi intraueris, eccleſiam contaminabis? Sub hoc tamẽ intellectu, carnalis ille populus legis præcepta ſuſcepit. O uere inſipiens & non habens cor, qui ubi ſpiritus ſanctus loquitur, in uerbis illius nihil aliud intuetur. Nos enim (ut ſuſpratractatũ eſt) in uitijſ corporis, mentis uirtuã contemplantibus, recte dicimus quia quiſquis maculam habet, ſi intra uelum ingrederetur, ſanctuarium contaminaret. Societas nanque ſanctorum, quaſi ſcædata eſt in præſenti, permixtione malorum. Cum autẽ arca iſta fuerit uentilata, & paleis igni traditis, ſola grana in horreum congregata: nulla in populo illo macula reperietur, per quam ciuitatis dei claritas obſcuſcetur. Iſta quippe ciuitas ut in Apocalypſi legitur, ſtructa eſt auro mudo, ſimili uitro mudo: nec intrabit in eã aliqũd conquinatũ, & faciẽs abominationẽ & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro uitæ agni.

Pſalm. 50.

Iob. 15.

Pſalm. 13.

Gene. 3.

Gene. 18.

Roma. 10.

Hoſtia. Panes.

Ioh. 6. Roma. 8.

Nota.

Gene. 8.

Heb. 6.

Iſai. 64.

Col. 3.

Iob. 4.

Matt. 3. 15.

Apo. 21.

Albugo.

Lugis ſcabiẽ.

Impetigo.

Ponderoſus.

Ne autem superbirent filij Aaron, in quibus macula reperiri non poterat, quod se in san-

Ego dominus qui sanctifico uos.

1. Cor. 4. Quis em ait Apostolus, te discernit? Quid habes quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ego, inquit, dominus qui sanctifico uos. Postremo legislator tractatis pluribus, quæ sibi à domino tum super populo, tum super sacerdotibus mandata fuerant, breuiter cõcludit, ita subiugens:

Locutus est ergo Moyses ad Aarõ & filios eius, & ad omnem Israel, cuncta quæ sibi fuerant imperata.

Hæc clausula sequentis capituli commendat initium, & quodam modo eminẽtiorem ei locum facit. Sequitur enim:

Ut omnis homo in quo est immunditia, non accedat ad sancta. Caput III.

LEVITI ei caput XXXII.



Locutus quoque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron & ad filios eius, ut caueant ab his quæ cõsecrata sunt filiorum Israel, & non cõtaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. Ego dominus.

Forũ quæ à filijs Israel offerebãtur domino, & oblata cõsecrabantur, diuersæ species reperiuntur. Quædam nanque humanis uisibus negabantur, sicut adipis hostiarum incendebantur domino: de quibus dicitur, quia omnis adeps domini erit iure perpetuo, & si quis adipem qui offerri debet in incensum domini, cõderit, peribit de populo suo. Sic & oleum sanctificationis, cuius unctione sanctificantur omnia uasa tabernaculi, & ipsi etiam sacerdotes, de quo dictum est, Caro hominis nõ ungetur ex eo: & multa similia quæ soli domino consecrantur, ipsorum etiam sacerdotum uisibus interdicta. De his in operis huius initijs, iam supra tractauimus. Quæ uero sacerdotibus deputabantur, nonnulla solis maribus: ut de sacrificio similia, pars sacerdotum maribus solis conceditur, cum di-

Leuit. 3. Leuit. 7.

Exo. 30.

Leuit. 6. citur: Mares tantum stirpis Aaron comedet illud. Quæ autem de hostijs pacificis sequantur sacerdoti, & filijs & filiabus illius as-

signatur, sicut supra dictum est, die octaua cõsecrationis sacerdotum, dicente Moysè ad Aaron: Pectusculum quod oblatum est, & arum qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, ac filie tuæ tecum. De his itaque consecratis, quæ ad ius pertinent sacerdotum, & omnibus liberis eorum, uiris pariter ac mulieribus, conceduntur: loqui nunc aggreditur legislator, immundos tantum ab eis excludens, & filiam sacerdotis quæ populi cui libet nupta fuerit, quosdam uero de familia admittens, seruum scilicet emptitiũ atque uernaculos. Sed quia literę sensus in promptu est, liber iam ad mysterij indagacionem stylym conuertere: Homo per peccatum semel cõtaminatus, iam à reatu suo sanctificari nõ potest, nisi p̄ fidẽ illius qui sanctus sancto- rum p̄ prophetã nominatus est. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obediẽtiã iusti constituuntur multi. Neque enim aliud nomen est datum hominibus sub cõelo, in quo oporteat nos saluos fieri. Sanctificata uero comedere, est sanctificationem in se suscipere. Nullus igitur sanctificata comedit, præter familiam nostri Aaron, summi scilicet p̄rificis Iesu Christi. Nemo quippe sanctificatur, qui fidẽ non habens, à corpore eius quæ est ecclesia, alienus efficitur. Quod si etiam si dem habeat mortuam, quæ per dilectiõnem non operetur, nec illa sanctificare eum potest. Odibilis uero est illorum præsumptio, qui cum aut infideles sunt, sine fide iustificari se æstimant: aut si etiam fideles sunt, cum infidelium mores habeant, uel sanctos se putant, uel sanctitatis laudem contra conscientiam affectant. Sapientes nanque huius mundi, qui de sua sapientia ac uirtute salutem sibi polliciti sunt, sub prophetico tenentur maledictio: quia maledictus, inquit, omnis qui spem suam ponit in homine. Cum autem ipsi homines fuerint, de seipsis præsumentes, & se sibi sufficere posse ad salutem existimantes, in homine spem posuerunt: ideoque ab ipso fonte salutis alienati, salutem inuenire minime potuerunt. Qui autem inter fideles connumerantur, fidelium tamen conuersationem non imitantur: si peccata sua non intelligentes, aut forte dissimulantes, sanctos se æstimant, aut sanctitatis nomen sibi fallaciter usurpant, grauius notantur: dum sub horum persona plebem Iudaicam Ieremias, imo per Ieremiã dñs arguit, dicens: Ego plantaui te uinea electã, omne semẽ uerẽ. Quõ erga cõuersa es in prauã uinea aliena? Si laueris te nitro,

Leuit. 10.

Daniel. 9.

Roma. 5.

Actuum. 4.

Iere. 17.

Iere. 2.

& multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit dominus deus. Quomodo dicis, non sum polluta, post Baalim non ambulauit? Vide uias tuas in cõuallibus: scito quid feceris. Item: Quid niteris bonam ostendere uiam tuam, ad quæ rendam dilectiõnem? Et dixisti: Abique peccato & innocens ego sum: propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contentam tecum, eo quod dixeris, non peccauit. Frons meretricis facta est tibi: non uulsi erubescere. Manifestum itaque quantum execrabilis sit deo impudentia nostra, cum mente polluti uel etiam opere, contra fas sanctificata comedimus: aut decepti, sanctitatem nobis attribuentes, aut certe renitente conscientia, sanctitatis laudem ab alijs suscipiẽtes. Vtrũque siquidem genus in scriptura distinguitur, & uoce diuina redarguitur. In Apocalypsi Iohãnis dum diuersorum præsulum merita discernuntur: Angelo, inquit, Sardis ecclesiæ scribe: Scio opera tua, quia nomẽ habes quod uiuas, & mortuus es. Hic igitur laudabilis uirtus sibi nomẽ assumpserat, cui ueritate carebat. Item post pauca: Et angelo Laodiceæ ecclesiæ scribe: Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. Vtinã frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis quod diues sum & locupletatus, & nullius ego: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ecce habes alium sibi incognitum: qui dum se sua æstimatione sanctificat, quis in oculis diuinis habeat, ignorat. Nunc igitur ad legis uerba ueniendum est: & quos à sanctificatis remoueat, spiritaliter discutiendum. Præceperat dominus Moysi, ut indiceret Aaron & filijs eius, cauere à consecratis filiorum Israel, ut non contaminarẽt nomen, id est, honorem sanctificatorum, quæ ipsi sacerdotes suscepta à filijs Israel, domino offerebant. His cætera subiungit, dicens:

ibidem.

Iere. 3.

Apoca. 3.

ibidem.

Dic ad eos & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra ad ea quæ cõsecrata sunt, & quæ obulerint filij Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Ego sum dominus.

Puto per ea quæ paulo ante tractata sunt, ista iam fieri manifesta: quia omnis immundus si ad consecrata accesserit, iustorum uide licet consecrationi se proximũ fecerit, aut sua opinione, dum se ipsum minus agnoscat: aut simulatione, dum aliorum laudes querit: per-

ibit coram domino, quia & suæ iniquitatis, & fallaciter usurpatæ sanctitatis, pœnas dabit. Quam tamen dicat immunditiam, sequentia multipliciter nobis insinuant.

Homo, inquit, de semine Aaron qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum feminis: non uescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur.

Isti duo morbi quomodo typice intelligendi sunt, latius iam supra tractati est. Nam de lepra liber nonus, de fluxu uero feminis agit undecimus. Quicumque ergo talis fuerit, sanctificata nõ edat donec sanetur: ut scilicet sanctorum meriti sibi nõ assumat, donec penitentia satisfactione purgetur. Sequitur:

Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen quasi coitus, & qui tangit reptile & quodlibet immundum cuius tactus est fordidus, immundus erit usque ad uesperum, & nõ uescetur his quæ sanctificata sunt: sed cum lauerit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus uescetur de sanctificatis, quia cibus illius est.

Diximus paulo superius, in cadaueribus mortuorum, peccata significari. Tangit autem mortuum, qui peccato iungit consensus. Hic est, quem immundum super mortuo lex nominat. Si quis autem ab eo persuasus, immunditiæ illius adiungitur, etiam & ipse immundus efficitur. Et hic igitur iam à sanctificatis remouendus est, quia tetigit immundum super mortuo. Notandum autem quod post lepram & fluxum feminis, quæ duo manifeste in humana actione uel locutione notantur, nunc ad interiora transit discussio, dum unusquisque nostrum super affectibus suis conuenitur. Tactus nanque iste interius perpetratur, cum in conscientia motus cordis ad iniquitatem deflectitur. Hæc autem tria genera immundorum, in Numeris quoque expressa legimus, dicente domino ad Moysen: Præcipe filijs Israel, ut efficiant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo: tam masculum quam feminam effcite de castris, ne cõtaminent ea, cum habitauerint uobiscum. Vir autem ex quo egreditur semen quasi coitus, ipse est qui nocturno polluitur somnio: de quo alibi precipi-

Nume. 5.

Deut. 23.

ur, ut egrediamur extra castra: & ad uesperā aqua lotus, cum sol occubuerit, in castra reuertatur. Nocturnū quippe somnium, ut ait beatus Gregorius, occulta est tentatio: p quā tenebrosa cogitatione turpe aliquid in corde concipitur, quod tamen opere non expletur. Sed talis extra castra egredi iubet, ut se ipsum accusans, indignum se cūctorum fidelium societatis arbitretur. Qui ad uesperā lauatur aqua, cum defectum suum cōspiciens, ad pœnitentiæ lamenta conuertitur, ut fletibus diluat omne quod animum occulta inquinatio accusat. Sed post occasum solis ad castra redeat: quia deseruente tentationis ardore, necesse est ut iterum fiduciam erga bonorū societate sumat. His papæ Gregorij uerbis pene cuncta exposita sunt, quæ de proposito capitulo exponenda restabāt. Nam de tactu reptilibus, cæterorumq; immundorum, quorum tactus sordidus est, q scire desiderat, in libro octauo requirat. Quicumque igitur de stirpe Aaron tetigerit immundum super mortuo, qui nocturno somnio pollutus fuerit, siue etiam tetigerit reptile aut quodlibet aliud immundum, immundus erit usque ad uesperū: & donec occumbat sol, donec scilicet prauis desiderij æstus quiescat. Tunc demum sanctificata poterit edere, quia cibus illius est. Nota quod dicitur, quia cibus illius est. Nemini quippe licet edere sanctificata, qui non est de stirpe Aaron. Quicumq; enim alienus est à Christo, sicut paulo ante tractauimus, nulla est ei cum sanctificatis communio. Qui autē Christi sunt, cibū suum in sanctificatis agnoscunt. Hi namq; soli quicquid boni faciunt, fidei suæ uirtute sanctificari præsumunt. Alij bona faciunt non bene, quia sine fide deo placere non possunt: Omne enim quod nō est ex fide, peccatum est. Caueant ergo immunditiam magni pontificis nostri hæredes & coheredes, & sanctificatorum escā specialiter sibi asseribant. ipsi enim sunt, quibus per apostolum Petrum dicitur: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Sequitur:

**Morticinum & captū a bestia, non comedent, nec polluentur in eis. Ego sum dominus.**

Tempore immun ditæ suæ prohibuerat ne ad sanctificata accederent: nunc autem etiam amilla interdicit, per quæ contaminari possunt. Morticinum nanque est, qui ad peccatum pronus, sponte sua in mortem labitur: capitur uero à bestia, quisquis aut persuasione diabolica, aut persecutoris uolentiā, ad peccatum infligitur. Hi igitur à sacerdotibus nō

debent comedi, quia in exemplum uiuendi non debent assumi.

**Custodient præcepta mea, ut non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, quādo polluerint illud.**

Notandū diligenter quod dicitur, Ne subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario. Quid est enim, dicit dominus per Ieremiam, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa: Itemq; Isaias: In terra sanctorum inique gessit, & non uidebit gloriā domini. Metuendum est itaq; ne ubi uidemur uitam quæ rere, polluentes sanctuarium domini, morte mercemur æternam: quia nihil magni est, locum sanctum corpore occupasse, & in loco sancto scelerate uixisse. Ne tamen ad præceptorum custodiam se causerent inualidos, subsequenti uerbo animantur, cum subditur: **Ego dominus qui sanctifico eos.**

Si ergo de se desperat humana fragilitas, de gratia diuina præsumat. Sequitur:

**Omnis alienigena non comedet de sanctificatis.**

Alienigenā hic dicit, sicut iam supra ostendimus, omnem qui à familia sacerdotali extraneus est. Postquam igitur quosdam, etiā de stirpe Aaron, à sanctificatis remouit: consequenter, ne illuc accedant, alienigenis omnibus interdicit: quia sanctificatiōe spiritus Christi nonnullos etiam sub fide illius immunditia reddit indignos, in delitias uero generaliter omnes excludit.

**Inquilinus sacerdotis & mercenarius non uescentur ex eis.**

Sola charitas dei & proximi sanctificare hominem potest: ubi uero cupiditas regnat, sanctificatio nulla est. Sanctus namq; spiritus, amor est: & omne opus quod ex huius amoris radice non nascitur, ab eodem spiritu nō sanctificatur. Inquilinus & mercenarius (qui in domo dei hospes est cito migraturus, qui deo seruiens, non æternā salutem, sed transitoriam ab illo querit mercedem) sanctificata non edit: quia licet iustorum forsitan habeat opera, dum non diuina dilectione, sed sua trahitur ambitio, iustitiæ sanctitatem in sua actione non recipit.

**Quem autem sacerdos emerit, & qui uernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis.**

Emittit seruus à sacerdote, cum data uerbi pecunia, aliquis peccatorum ad dei seruitutē conuertitur. Hic nempe seruus, ut ampliorē dei gratiam consequatur, etiam doctoris sui seruitium non aspernat. Sic namq; Elias dicitur esse dominus Elisei. Nescis, inquit, quia

hodie dominus tuus tollitur à te: Hinc quoque in Exodo scriptum est: Si emeris seruū Hebræum, sex annis seruiet tibi, & septimo egredietur liber. Qui em subditus est doctori, quādiu uitæ laboribus exercetur actiue: liber dimittendus est, cū ad fabricarum transierit cōtemplatiuæ. Vernaculus uero est, qui sua spē uel proprio ductus ingenio, hanc sibi seruitutem imponit, non accepta mercede, continuo recessurus: sed ut cum Christo perpetuo maneat, pro mercede sumpturus. Isti igitur cōsecrata comedūt: quia qd exterius operantur, puritate suæ deuotionis acceptabile reddunt.

**Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quæ sanctificata fuerint, & de primitijs non uescetur.**

Sicut seruus qui in familiā sacerdotale recipitur, ad sanctificata admittitur: sic sacerdotis ipsius filia cuilibet de uulgo nupta, cum à paterna sanctitate declinauerit, iure ab eis dē excluditur. Nam & peccator in quacunque die ingemuerit, ad sanctorum gratiam reuocatur: & iustus in quacūq; die peccauerit, oēs iustitiæ illius obliuioni tradentur. Nam filia quidem summi sacerdotis, anima est fidelis: quæ uiro coniungitur, nunc legitimum sibiq; condigno, nūc autē ignobili et uirginis ipsius ingenuitatem for danti. Hinc est quod Samaritanæ illi dicitur: Vade, uoca uirum tuū, quinq; enim uiros habuisti: & modo quē habes, non est tuus uir. In quercitia namq; quinq; corporis sensibus dedita fuerat, postquā autem ad tempus uētum\* exere dæ rationis, errori se subdiderat: nō dum adepta intellectu qui ad capiendā quæ sibi dicebantur, necessarijs erat. Cum igitur intellectu spiritali informatur anima nostra, legitimum uiro cōiungitur: degenerat autem, cum uulgi aut erroribus aut moribus conformatur. Errori populari se subdere dedignatus ē apostolus Petrus, cum interrogāti domino quem dicerēt homines esse filiū hominis, & expositis opinionibus male errantium, ipse ad legitimum uirum se conferens, & intellectum sibi coniungens: Tu es, inquit, Christus filius dei uiui. Item carnis appetitum, cui se uulgi ignominiose subternit, respuēdum docet apostolus Paulus: Qui enim, ait, sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscētijs. Cuilibet ergo ex his uiro nupta fuerit filia sacerdotis, nec sanctificata nec primitias edit: quia & nunc quod agit, sanctum nō est: & illam quam primitus in domo patris possederat sanctitatem, amisit. Sed quia etiam praua cōsuetudo uincitur, cum Lazarus quatri-duanus Christi clamore suscitatur, recte sub iungitur:

**Sin autem uidua uel repudiata, & absque liberis, reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut puella consueuerat, aletur cibis patris sui.**

Magna dei misericordia, qui filio luxurioso mox ut ad eum reuertitur, primam stolam reddit: & filiam sacerdotis post ignominiosam connubia, si uidua aut repudiata fuerit, ad cibos iterum paternos admittit. Vidua namque dicitur, cuius maritus iam mortuus est. Repudiata autē, à uiro uiuente reiecta. Tunc igitē aia nostra ab ignobili marito uidua relinquitur, cum appetitu carnis mortificato, ipsa ut ad patris\* motum redeat, relaxatur. Repudiatur uero, cū uiuente carnis concupiscentia, anima in uoluptates prona, suborta aliq; difficultate, ab intentione sua repellitur. Hoc est enim quod, ei per prophetam dominus benignissime comminatur, dicens: Ecce ego sepiam uias tuas spinis, & sepiam eam maceria, & semitas tuas nō inueniet. Et sequitur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet. & dicit: Vadam & reuertar ad uirum meū priorem, quia bene mihi erat tunc magis q̄ nūc. Siue ergo sopito carnis motu, cui pri\* inhoneste substernebatur, anima nostra uidua fiat: siue fatigetur aduersitatibus, & ab amatoꝝ suoz complexu, sensuum uidelicet corporalium, quibus libidino se quærit abuti, nolens interim repellatur. ut tandem molestijs temporalibus quasi puncti onibus spinarum communita, ad cor suū redeat, & ab adulteris repudiata, legitimum uirum requirat, in cui\* complexu uirgo est, quæ ille & maritus & pater est: quocunq; inquit modo reuertat, ab illo utiq; recipitur, qui per Ieremiam pollicetur, dicens: Si dimiserit uir uxorem suam, & recesserit ab eo duxerit uirg alterum, nunquid reuertetur ad eū ultra? Nūquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamē reuertere ad me, dicit dominus, & ego suscipiam te. Notādū tñ quod dicitur, si uidua aut repudiata & absq; liberis, reuersa fuerit. Alij namq; filij nascunt, cū anima sociatur spū: alij, cū subditur carni. Fructus em spiritus, charitas, pax, paciētia, & cætera huiusmodi. Manifesta autē sunt opera carnis: fornicatio, immunditia, impudicitia, contentiones, æmulationes, ebrietates, comestitiōes, & his similia. Hi sunt filij qui de carnis appetitu tāquā de uiro nascuntur adultero: qui & liberi dicitur, hoc est, nō subditi, iuxta illud qd scri ptū est: Cū esset serui peccato, liberi fuisti iustitiæ. Sine his ergo liberis reuerti debet mulier ad patrē suū: ut si iā ad peccandū proprio affectu nō ducit, mortuus siquidē ille est maritus eius, sic & ueterē consuetudinē uincat, & eoz inter quos forsitan uiuit, moribus

Luce. 15.

\*dominus

Ose. 2.

Iere. 3.

Gal. 5.

ROMA. 6.

ROMA 14.

I. Petri. 2.

EXO 21.

Iere. 8.

Ioh. 4.

\* exercē de

M. 16.

Gal. 5.

Ioh. 11.

Iere. 11.

Isai. 26.

4. Reg. 2.



pueris resistat: ut nulla occasione prima ope-  
ra iam facere cogatur, quæ sine liberis ad pa-  
trem redire iubetur. Sequitur:

**Omnis alienigena comedēdi ex eis non habet potestatem.**

Repetitio ista confirmatio est. Sic enim in  
scriptura nonnulla sæpius dicuntur, aut præ-  
cipiuntur, ut irrefragabilem assertionis suæ in-  
sinuent certitudinem, uel ad sui obseruatiã  
torpentē excitent auditore. Postremo, post-  
quam ostenderit quibus sanctificationum in-  
terdicatur accessus, si quis ex eis contra præ-  
ceptum fecerit, & quæ sibi tangere non licet,  
usurpauerit: si dum adhuc hic uiuit, intellexe-  
rit peccatū suū & corrigere uoluerit, quo pa-  
tēto satisfaciatur, legislator insinuat, cui subiūgit:

**Qui comederit de sanctificatis per  
ignorantiam, addet quintam partem  
cum eo quod comedit, & dabit sa-  
cerdoti in sanctuarium: nec conta-  
minabūt sanctificata filiorum Israel,  
quæ offerunt domino, ne forte sus-  
tineant iniquitatem delicti sui, cum  
sanctificata comederint.**

Hæc in libro huius opis tertio, ubi etiã de  
sanctificatis tractatur, exposita recordamur.  
Sed de his q̄ ibi dicta sunt, pauca repetimus,  
ut presentī capitulo satisficiamus. Comedūt  
sanctificata per ignorantiam, qui quod non ha-  
bent, se habere putantes, contra fas, cum ipsi  
indigni sint, sanctificationē sibi usurpant. Isti  
igitur restituere debent sacerdoti, quod illicitē  
rapuerunt: ut opinionem sanctitatis fallaci-  
ter usurpatam, eis qui digni sunt, derelin-  
quant. Hæc autem restitutio in sanctuario fe-  
ri iubetur. Hoc est, in uera sanctitatis intelli-  
gentia, dum homo & suam immunditiam, &  
aliorum sanctitatem cognoscit. Quod uero  
quinta pars insuper additur, quinq; sunt cor-  
poris sensus: & quicquid homo homini inno-  
tescit, per hos quinq; sensus ab anima in ani-  
mam transit. Recte igitur per quinarium oc-  
cultorum manifestatio intelligitur: quia (ut  
diximus) nisi per hos quinq; sensus, nihil ab  
hoīe homini reuelatur. Restituitur igitur hō sa-  
cerdoti q̄d fallaciter usurpauit, ut apud cōsci-  
entiam suam examē dñi se peccatorē, illi iustū se  
agnoscit, sibi subtrahat sanctitatē, illi uero cō-  
cedat. Additur & quinta pars, illa scilicet quæ  
ad exteriorū sensū p̄inet operationē: si hoc  
nō solū sentiat corde, sed etiã fateatur sermo-  
ne. Cur uero sacerdotib; solis sanctificata de-  
beant assignari, ab alienigenis aut nō debeāt  
usurpari: idonea & omni acceptione digna ra-  
tio redditur, cum subiūgitur:

**Ego dominus qui sanctifico eos.**

Vere em̄ domine deus meus hoc dignū,  
hoc iustū est, ut quos tu sanctificas, sancti ha-  
beantur: qui uero sanctificare se ipsos uolunt,  
sibi tribuentes quod tuum est, omni sanctita-  
te priuentur. Non enim est sanctus ut est do-  
minus, neq; est alius extra te. Si laueris me,  
mūdus ero: nisi laueris me, partem tecum ha-  
bere non poterō. Domine, memorabor iusti-  
tiæ tuæ solius.

1. Reg. 2,  
Iob 4. 13.

Psal. 70.

**Ut immaculata sint quæ domino offeruntur.**  
Caput V.



**M**ocutus ē dñs ad Mo-  
ysen, dicens: Loquere  
ad Aaron & filios ei-  
us, & ad omnes filios  
Israel, dicesq; ad eos:

**Homo de domo Israel, & de adue-  
nis qui habitant apud uos, qui ob-  
tulerit oblationem suam, uel uota  
soluens, uel sponte offerens: quic-  
quid illud obtulerit in holocaustū  
domini ut offeratur per uos, masculus  
immaculatus erit ex bobus, ex ou-  
ibus, & ex capris. Si maculam ha-  
buerit, non offeretis, neque erit ac-  
ceptabile.**

Distinxerat supius eos qui de stirpe erant  
Aaron, quos ad offerendas admitteret hosti-  
as, quos uel ab eodem officio macularum suarum  
causa repelleret: dixerat, quis sanctifica-  
ta cōedere, quis uel ab eis abstinere deberet:  
nunc ad hostiarum descēditur distinctionē,  
& quæ offerendæ, quæ respiciendæ sint, deter-  
minatur. Quæ discretio tam sacerdotibus q̄  
populo insinuari iubetur: quia & populo ca-  
uendum est, ut in oblationem dei sui nihil of-  
ferant quod non sit idoneum: & sacerdotum  
est, ut rejiciant, si fuerit oblatum. Primum igitur  
de holocaustis mandat, ut masculina eli-  
gantur & immaculata: si autem maculam ha-  
buerint, nō offerantur. Id ipsum uero in prin-  
cipio uoluminis huius, cū de holocaustis age-  
retur, præcepit: nosq; quæ præcepti huius my-  
sterium, prout nobis uisum est, tunc differui-  
mus, eadem repetere superfluum iudicamus.  
De pacificis quoq; eadem decernit quæ supe-  
rius, non ut masculina sint, sed immaculata.

Leuit. 1.

Leuit. 5.

**Homo, inquit, qui obtulerit uictimam  
pacificorū domino, uel uota soluēs,  
uel sponte offerens, tē de bobus quā  
de ouibus, immaculatum offeret, ut  
acceptabile sit. Omnis macula non  
erit in eo.**

O quam lugenda est humana ignoran-  
tia. Videmus enim nonnullos, qui cum in se-  
culari conuersatione se offerant domino, si  
de facultatibus suis pauperibus tribuant, in  
hoc se placituros existimant: cum sint for-  
tassis adulterij scēdi, crudeles in rapinis, in  
periurijs dei ipsius contemptores: nec atten-  
dunt quod dicitur, Qui obtulerit uictimā pa-  
cificorum domino, immaculatum offeret, ut  
acceptabile sit: omnis macula non erit in eo.  
Sed quia nec hanc partem in tractatu pacifi-  
corum prætermisimus, nunc tetigisse sufficiat.  
Notandum sane quod scriptum est, omnis  
macula non erit in eo, nō nisi de capitalibus  
maculis accipiendum, quæ à regno dei separāt  
hominem, quas etiam lex ex parte subitus ad-  
iungit: ne falsum sit quod alibi dicitur, nō iu-  
stificabitur in conspectu tuo omnis uiuens:  
& qm̄ in multis offendimus oēs. Sequitur:

Psal. 14,  
Iac. 3.

**Si cæcum fuerit, si fractum, si cica-  
tricem habens, si papulas aut scabiē,  
uel imperiginē, nō offeretis ea dño,  
neq; adolebitis ex eis sup altare dñi.**

Easdem maculas quas in sacerdotibus su-  
pra notauerat, notat & in uictimis: quia quod  
in offerentibus uitiosum est, in his quoq; q̄ il-  
lorum ministerio domino presentantur, rep̄  
hēribile est. Quod enim uariatū uidetur, ci-  
catrix scilicet papularumq; interpositio, ad  
sacerdotum respicit lepram, de qua supra di-  
xerat, ut si quis ex eis leprosus esset, sanctifica-  
tis uelci non præsumeret. Papulas nanq; lex  
hulcera nominauit: quod & in tractatu lepræ  
supra ostēdimus, ubi in conclusione dicitur:

**Leuit. 14.** Hæc est lex omnis lepræ & percussuræ, lepræ  
uestium & domorum, cicatricis & erumpen-  
tium papularū. Cū igitur in uictimis istis ci-  
catrix reprehenditur, non illa accipienda est,  
quæ perfectam recipit sanitatem: sed quæ ue-  
terem repetens immunditiam, maculam albā  
uel rufam ostēderit: quod lepræ tractatū le-  
gentibus, manifestius fiet. Est ergo lepra hul-  
ceris seu papularū, & est lepra cicatricis: qua-  
rum quælibet in pecore reperitur, immundum  
est: nō potest offerri, nec inter uictimas  
connumerari. Scabies autē quæ in hoc loco  
posita est, iugis scabies intelligitur, quod pau-  
lo ante manifestius expressimus. Scabies  
nāque uolatilis quæ cito recedit, nō tantū pō-  
deris est, ut immunditiam deperiret. Hinc em̄  
in tractatu lepræ scriptū est: Si obscurior fue-  
rit lepra, & non creuerit in cute: mūdabit ho-  
minē sacerdos, quia scabies est: lauabitq; ue-  
stimenta sua, & mundus erit. Hæc omnia la-  
boriosam exigunt disputationem: sed quoni-  
am diuersis in locis tractata meminimus, re-  
petere nolumus, quæ repetere sine labore nō  
possumus. Sequitur:

Leuit. 13.

**Bouem & ouem, aure & cauda am-  
putatis, uoluntarie offerre potest:  
uotum autē ex his solui non potest.**

Mirari satis non ualeo, quoties in stylo spi-  
ritus sancti tam sermonis humilitatem per-  
pendo. Quid em̄ dñe deus, si de boue aut oue  
cauda amputata fuerit, minus ne acceptabilis  
erit? Tāta igitur super huiusmodi uictimis ti-  
bi sollicitudo est, ut in pecoribus tibi immolā-  
dis attentius discutias, caudas an habeant, an  
sine caudis adueniāt? Sed cur ista loquimur?  
Notum est eruditis in doctrina tua, non esse  
tibi de bobus cura: miramur tamē misericors  
pater, imo (ut dictum est) satis mirari non pos-  
sumus, quod sapientia tua ut nostræ insipien-  
tiæ conformetur, adeo se deponat, ut cum in  
sanctibus istis quodammodo balbutiat: mira-  
mur, in uasis tam uilibus tantas seruari diuiti-  
as: miramur, quod sermo tuus cū capiores  
ad cælum leuet, corā minus capacibus ab infi-  
mis se nō leuet. Videamus itaq; quid sit quod  
dicitur, bouem uel ouem, si aurem uel caudā  
perdiderint, spē posse offerri, uotum uero  
ex eis non posse persolui. Adhuc siquidem ui-  
ctimarum discussio agitur. In aure itaq; obe-  
diētiam, in cauda uero q̄ finis est corporis, in-  
tellige perseverantiam. Si enim homo in pro-  
posito suo usq; ad finē nō pmanet, caudā nō  
habet. Si arbitrio suo uelit uiuere, nec alicui  
subditus esse, etiam nec aurē habet. Si tñ hui-  
usmodi hostiā sponte sua offerat, placere po-  
terit: si uotū soluat, sufficere nō ualebit. Ver-  
bi gr̄a: Uouisti cōtinentiā ne carnes cōedas,  
ne mulierē cognoscas: iā ad cōtinentē uitā uo-  
ti tui necessitate cōstringeris, ut iā aliud face-  
re non possis, si deū irridere nō uis. Si igitur  
uis soluere uotum tuū, caudam necesse est ha-  
beat pecus tuum. Si nō perseveraueris, uicti-  
mam sine cauda obtulisti: ideoq; uotum non  
persoluis. Idē de aure intelligēdū est. Si uo-  
uisti deo obedientiā, ut alieno imperio subdi-  
tus uiuas, & alieno arbitrio quod agendū est  
agas: necesse est ut quod uouisti, cuius odias. Si  
aliquē cōtra prælatū tuū cōtumax extiteris, &  
cōtēpto ipsius imperio, tu qd tibi restū uide-  
retur, agere uolueris, uictimā quidē offers: sed  
quæ sine aure est, uoto soluendo sufficiens nō  
est. In uotis itaq; sicut maior est corona si cō-  
pleatur, sic maior est reatus nisi cōsummentur.  
Vndiq; constringimur ad profectū, dñi illinc  
gloria promittitur, ut perseveremus. hinc re-  
atus intentatur, ne uoto nostro quæquam sub-  
trahere psumamus. Si uero sine uoto aliquid  
boni operis arripueris, corporis afflictionē,  
pauperum sollicitudinē uel aliquid huiusmo-  
di: in arbitrio tuo positum est, qm̄ facias, quā-  
do quiescas, nec perseverare cogaris, quia nō  
uouisti, nec aliq̄ iubenti subditus esse. Offers  
ergo uictimam sine aure, sine cauda: nec ta-

1. Co. 9.

Auris.  
Cauda.

mē respuit, ga non fecisti uotū, cui consum mado integritas illa necessaria iudicetur. Aliud iterum in uictimarum examinatione consideratur.

Omne, inquit, animal, quod uel contritis uel tonsis uel sectis ablatisq; testiculis est, non offeretis domino: & in terra uestra hoc omnino ne faciatis.

Miror si Iudaei hoc praecipit etiam in uultis suis seruauerint, an forte tauri non secti aratum potuerint pati: quia dictum est, in terra uestra hoc omnino ne faciatis. Sed quod cunque populi illius se habuerit consuetudo, quid nobis deus praeeperit, non quid homo fecerit, considerandum est. Primum itaq; quaestio occurrit, cur spiritus sanctus per legem in pecoribus abominetur, quod per Isaiam prophetam in hominibus approbare uidetur. Sic enim scriptum est: No dicat eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia haec dicit dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quae uolui, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus. Sic & in libro Sapientiae: Felix, inquit, sterilis & incoquinata, quae nesciuit thorum in delicto: habebit fructum in refectione animarum sanctarum: & spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & fors in templo domini acceptissima. Moyses autem: Non intrabit, inquit, eunuchus attritis uel amputatis testiculis ecclesiam domini. Unde & in hoc loco ipsa quoque animalia, quae secta fuerint uel attrita, dicit non debere offerri. Fecunditatem quoque quasi pro magno bono reputans: Si custodieris, ait, praecipit domini dei tui, benedictus eris inter omnes populos: non erit apud te sterilis uiriusq; sexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis. Quae est ista inter legem prophetasq; contentio? Hinc sterilitas felix asseritur, laudatur continentia: illinc fecunditas praedicat. Nonne unus spiritus per utrosq; locutus est? Vere unus. Vbi enim non intelligentibus magna uidetur discordia, intelligentibus magna apparet concordia. Moyses namq; cum carnalem laudat pagationem, spiritus adumbrat fecunditatem: quae nec Isaias displicuit, ubi ait: Lauda sterilis quae non parit, erumpit & clama quae non parturit: quia multo filij desertae, magis quam eius quae habet uirum. Itemq; Domine, a timore tuocoecepim, & parturiimus & peperimus spiritui salutis. Moisaica tamen traditio in generis multiplicatione suis temporibus etiam carnaliter obseruata est: cum antiquus ille populus terrenis adhuc occupati-

Isai. 56.

Sapi. 3.

Deut. 23.

Deut. 7.

Isai. 54.

Gal. 4.

Isai. 26.

et quae

onibus irretitus, uenturae generationis iustitiam non solum in parabolis audiebat, sed etiam uiuendo umbram illius figuratiter obseruabat. Non igitur latebat Moyses quae esset dignitas uirginitatis, cum summo pontifici non uiduam, non repudiatam, sed tantum uirginem nubere concedebat. Non latebat eum quae esset in thoro etiam maritali contaminatio, quam non experta sterilis illa & incoquinata, per sapientem felix esse perhibetur: cum post coitum, post partum, mulier purificari iubebat.

Leuit. 21.

Sapient. 3.

Leuit. 12.

Isai. 56.

Mat. 19.

Deut. 23.

Isai. 56.

Non ergo legislatori contraria sensu Isaias, cum eunuchos, qui scilicet propter regnum caelorum se castrassent, beatos asseruit: sed claritatem uultus eius, non inuentibus reuelauit. Tamen diceret: Videtur quidem uobis filij Israel, cum auditis in lege, non intrabit eunuchus ecclesiam domini: cum auditis, Male dictus qui non suscitauerit semen in Israel: uidetur inquam uobis, quod odibilis sit deo uirginitas, execrabilis continentia: sed nolite sic existimare, nolite sic credere, nescitis quo animo legislator haec persecutus sit. quia haec dicit dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & ab opere corruptiois cessauerint: haec sunt namq; mea sabbata, hoc est, mihi accepta: & elegerint quae uolui, illam uidelicet optimam partem, quam maxime in eis amplector, ut sint & corpore sancti & spiritu: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus: ab his scilicet, qui inter electos sortem acceperunt, & hunc tamen gradum honoris ascendere non potuerunt. Iam igitur ad hoc quod propositum eramus reuertendum est. Et quia diximus legislatoris suo more figuratiter loqui, debemus praecipit huius mysterium perscrutari. [Omne inquit] animal, quod uel contritis uel tonsis uel sectis ablatisq; testiculis est, non offeretis domino. Hoc etiam de hominibus praecipit, spado ante commemorauimus: ut eunuchus attritis uel amputatis testiculis, non intret ecclesiam domini. Notum est autem, eunuchos generare non posse. Gestatio uero deo acceptissima illa est, de qua dicit Apostolus: In Christo Iesu per uos angelium ego uos genui. In hac itaq; generatione, semen est uerbi dei. Cuius feminis ministri, nisi trahant proles desiderio, nisi spiritali amore successi, lucradis aibus insudent: spadones utiq; sunt, sterilitatis suae rationem domino reddituri: audiri utiq; quod audiuit malus ille seruus & piger, Aufferet ab eo talentum, & stridor dentium. De huiusmodi spadonibus loquitur filius Sirach: Concupiscentia, ingens, spadonis de uirginauit in uentrem: ita & quod facit uim iudicii iniustus. Spado namq; uirginem opprimens, non prole querit, quam scit se gignere non posse, sed suae libidini seruit: & uirginem quam fecundare non potest, potestum uiolare. Ita

Deut. 23.

1. Cor. 4.

Luc. 8.

Mat. 25.

Ecc. 20.

Nota

\*quia Deut. 23.

Iohann. 10.

& doctor iracundus, quod nullo ducitur filiorum affectu, cum erga aliquem furore succenditur, immoderate uindicta, quicquid est illud unde offenditur. Non igitur fructum querit, sed suae iracundiae satisfaci: nec corrigere studet, sed punire: unde & innocentium mentes corrumpit, quia ad suum odium illas accendit. Spadones ergo isti, dei non intrant ecclesiam: quia diuino iudicio intra fidelium numerum non currunt, quibus cum prodesse possunt, prodesse contemnunt. Notandum autem quod dicitur, eunuchus attritis uel amputatis testiculis. In testiculis namque generandi affectio designatur. Haec nonnunquam, licet asit, atteritur, cum doctor ad praedicandum spiritali desiderio trahitur. sed ne praedicare praesumat, alicuius potentis terrore comprimitur. Voce autem ueritatis non pastor, sed mercenarius nominatur, qui uidet lupum uenientem, & fugit: uidelicet humano timore perterritus, cum loqui debeat, sub silentio se abscondit. Nonnullis uero omnem alieni profectus concupiscentiam negligentia subtrahit, dum sine charitate frigidus, de aliena utilitate non cogitant: aut etiam inuidia abidit, dum humanae laudis cupidi, soli sapientes uel religiosi uideri appetunt, & alios imitatores habere refugunt. Hi igitur amputatos, illi uero attritos testiculos habent. Sed quia non de hominibus, sed de animalibus loqui suscepimus, quae contritis, tonsis uel sectis testiculis offerri domino prohibentur: nunc ad simpliciores stylos uertendus est, qui docendi gratiam non perceperunt: sed per doctores imbuti, hostiae dominicae feri meruerunt. His itaque, sicut & doctoribus, cauendum est, ne steriles inueniantur: quia licet doctoribus in fructu non ualeant aequari, sui tamen generis non debent fecunditate priuari. Est enim etiam in uno homine quodammodo coniugalis copula, dum ratio mariti personam tenet, uoluntas uero uices uxoris exercet. Maritus autem iste quasi fontem seminis gestat, si memor diuinorum eloquiorum, seruat apud se unde uoluntatem grauidam reddat, & desiderium illi bonae operationis infundat. Haec est namque fecunditas filiorum, si uoluntas ad bene operandum inflexa, in fructus prorumpat iustitiae, pariens filios ex quibus secundam uideat generationem, aeternam scilicet in regno dei percipiens retributionem, sicut scriptum est: Et uideas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. Homo igitur qui uerbi diuini memoriam perdidit, eunuchus est amputatis testiculis: quia non habet unde mentem suam grauidam reddat, non habet unde illi recte agendi affectum iniiciat. Contritos uero uel tonsos (id est testiculos) habet, quod memoriae quidem uerbi dei possidet, sed inefficace: dum graue iudicium

quod praecipit est, ne surgere audeat, timore conteritur: aut forte dum uiribus passionibus languet, nec surgere mens agra conatur. Huiusmodi ergo animal idoneum non est ad dominicam oblationem, cum nullius boni operis habere studeat fecunditatem. Summatim huius secundae procreationis rationem perstrinximus, dum praemissa disputationis prolixitatem consideramus. Hinc ad reliqua transeundum est. Sequitur:

De manu alienigenae non offeretis panes deo, & quicquid aliud dare uoluerit, quia corrupta & maculata sunt omnia: non suscipietis ea.

Videmus hoc praecipit, sicut & multa caetera, a Iudaeis non obseruatum. Legimus namque in diuersis historijs, a regibus alienigenis transmissa donaria, & in templum suscepta. In Machabeorum sic legitur: Igitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam ad huc optime custodirentur, propter Oniam pontificis pietatem, fiebat ut ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent: ita ut Seleucus Asiae rex, de redditibus suis praestaret omnes sumptus ad ministrum sacrificiorum pertinentes. Sic & Hiram rex Tyri, ad domum domini construendam & artifices misit & ligna: nec a Salomone reiectus est, imo ut mitteret, exoratus. In Ezra quoque Cyrus rex legitur decreuisse, ut domus dei in Ierusalem edificaretur, sumptus uero de domo regis daretur. Animaduertitur igitur potest, nec tantum in hoc loco, sed & in alijs quibus pluribus, legis traditiones, a Iudaeis minus obseruatas, & a spiritalibus quidem uiris, sancti spiritus hoc agebatur instinctu, ut iustitiae in illis umbra esse, non ueritas intelligeretur: in carnalibus uero non erat dispensatio figurarum, sed contumax diuinorum uolatio praecipitorum. Nobis tamen quid praecipiat deus, non quid populus agat, considerandum est, recordantibus quod dominus ipse testatus est: Iota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant. Quod itaque de manu alienigenae panes uetat offerri, quod omnia quae dare uoluerit, prohibet suscipi, eo quod corrupta & maculata sint omnia: fidei commendatio est, sicut paulo ante super sanctificatis tractatum est, quod sine fide deo placere nihil possit. Fide enim mundantur corda nostra, fide opera sanctificantur: & quicquid ex fide non est, peccatum est. Queri tamen potest de Cornelio centurione, quomodo antequam facris mysterijs imbueretur, audiuit ab angelo quod orationes suae & eleemosynae ascenderint in memoriam in conspectu domini. Sciendum itaque quoniam a fide non profusus alie

2. Mac. 3.

1. Reg. 5.

1. Ezr. 6.

Mat. 5.

Heb. 11.

Act. 15.

Roma. 14.

Act. 10.

*Roma. 10.* nus erat, q iam deū inuocare nouerat. Vtiq esse credebat, quē inuocabat. Quō enim, inquit, inuocabūt, in quē nō crediderūt? Sed q̄ etiā de humanitate Christi famā audierat, q̄d aperte indicant uerba Apostoli, his qui in domo illius conuenerant p̄dicantis: Vos scitis, inquit, quod factū est uerbū p̄ inuierfam Iudæā. incipies em̄ a Galilæa post baptismū q̄d p̄dicauit Iohānes, Iesum a Nazareth: pro salute sua sollicitus, hoc ipsum (quantū x̄stimo) p̄cabat, ut quod sibi in hac parte deerat, perficeretur. Merito ergo quasi domesticus exauditus est, qui & de creatoris fide iam ueraciter sentiebat: & quod sibi ad fidei plenitudinem minus erat, persequi postulabat.

*¶* Ut nullum pecus ante octauum diem domino offeratur. Caput. VI.



**L**ocutusq̄ ē dominus ad Moysen, dicens: Bos, ouis & capra, cū genita fuerint, septem diebus erunt sub habere matris suæ. Die autē octauo & deinceps, offerri poterunt domino.

*Gal. 1.* **C**um gemina sit homini collata natiuitas, prima qua mundo huic nascitur, secunda qua in deum renascitur: duplex patet intellectus, ut illam dicamus matrem que prima nos aluit, carnalem scilicet conuersationem: cui se renunciaſſe gloriatur Apostolus, dicens: Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filiū suum in me, continuo non acquieui carni & sanguini: & matrem dicimus ecclesiam, quæ quos prima morti genuit, regenerando uitæ restituit. Si igitur ad primam natiuitatē respicimus, oēs nos septē diebus sub habere matris sumus: quia quādiu uitam istam quæ septem diebus agitur, solam diligimus, solis pascimur habere carnis, p̄ter cuius uoluptates nihil appetimus. Sed toto hoc tpe dño offerri nō possumus. respuit em̄ ipse huiusmodi oblationē, te st̄ate Apostolo: q̄a qui in carne sunt, deo placere nō possunt. A die uero octaua & deinceps, nostra oblatio nō respuit: q̄a quisq̄ futuræ uitæ fidē receperit, & cōtemp̄tis plēnibus æterna quæſierit, iā placet creatori, cū sub p̄missionis eius expectatione cōceperit iustificari. Videamus & de matre ecclesia, quō sub habere eius cōstituti, ad oblationē dñicā minus sumus idonei. Sunt em̄ nōnulli, q̄bus p̄ Apostolū d̄f: Tanq̄ paruulis in Christo, lac uobis potū dedi, nō elcā. Nōdū em̄ poteratis, sed nec nunc q̄dem potestis. Quod uero septē diebus his nos oporteat habere emutiri, docet idem Apostolus, cum causam im-

*Ibidem.* becillitatis nostræ subūgit, dicens: Adhuc em̄ estis carnales. Carnales (ing)estis, i. carnis uestræ sensibus dediti, tanq̄ diceret: Nōdum septē diez sp̄ritū excessistis, quādiu uerba uestrā regē sp̄alium phantasmatis occupatis. Ideo lacte alēdi estis, nō solido cibo: q̄a quicq̄ de inuisibilib⁹ loquimur, credere quidē potestis, sed capere nōdū ualeitis. Septē igitur diebus iuxta legis p̄ceptum, unusquisq̄ nostrū sub maternis uerberibus cōtinēdus est: ut quādiu p̄ter sp̄alia cogitare nihil potest, doctrina simplici nutriat, cui capacitatis eius mensura sufficere uideat. Die uero octaua tādē dño poterit p̄sentari, cū renouatus sp̄i mētis suæ, & sp̄ialis effectus, ad inuisibilia cōteplanda reuerit: mane cū psalmista dño asistēs, & inuisibilia ipsius p̄ ea q̄ facta sunt, intellecta cōspiciēs. In hac bipartita expositione, que pars magis placeat, lectoris referuamus arbitrio. Sequitur:

*Ephē. 4. Psalm. 5. Roma. 1.*

Siue illa bos, siue illa ouis, nō immolabuntur una die cum fœtibus suis.

*Psal. 148.* Quid causæ putamus esse, ut cū fœtibus suis bos aut ouis nō possit immolari? Quid enim contrarietatis aſert sanctificatio filiorū, ut nō eadē die fieri possit & parētis iuuenes, inquit, & uirgines, senes cū iunioribus, laudē nomē dñi. Oēs pariter admittit, qui oīm uitā q̄rit. Cur ergo in oblationē dñicā, matres cū fœtibus cōuenire nō possunt? Queramus aliis capituli huius intelligētiam, redeamus ad nos, & inueniemus in moribus, q̄d in diuersitate p̄sonarū inuenire nō possumus. Paulo ante, si bene recolimus, tractatū est, quia mens iusti uerbo dei grauidata parit, cum bona uolūtas in sanctas actiōes p̄umpit. Hæc est mater, hi sunt fœtus illius q̄s deo immolat, cū in exteriori cōuersatione sua, q̄cquid dei legib⁹ cōtrariū inuenit, p̄ posse suo trucidat. Sed cū iā lingua cessat à piurio, falsū testimoniū refugit, manus cessat à furto: gula crapulā, ebrietatēq̄ repellit, cū iā corpus fornicationi subtrahit, & ois actio nostra iuxta legis diuinæ regulā castigat. tūc primū uitia altis sensibus radicata, q̄a p̄ripere, phibent, intus fauiunt, & mētē renitētē suis tētationib⁹ lacessunt. Iā igitur fœtus suos mater ista dño maſtauit, sed circa seipſam grauis ei labor est: q̄a uoluptatū memoriā, q̄bus diu spōte se subdidit, cū ad deū tendere nitit, etiā inuita gemēsq̄ molestiā sentit. Nō est res ignota quā loquimur: unusquisq̄ q̄ hoc opus aggressus est, q̄d audit, in se recognoscit. Quasi ergo cōsolās nos sp̄s dei, ne desperet quis, cū in affectibus suis tantā contradicōne offendit: Bos, inquit, uel ouis nō immolabuntur una die cum fœtibus suis. Tāquam diceret: Cum iam recepta in uerbis actibusq̄ disciplina, insurgētia contra uos uitiorum certamina sustinetis, ne-

mo terreatur. noui abscondita cordium uestrorum, imbecillitatem uirium uestrarum, si eri nō potest, ut una die mater cum fœtibus immoletur. Quia tamen summa intentiōe studendum est, ut compresso tentationum tumultu, interiora nostra pacificentur. dum em̄ uiuimus, tempus est proficiendi. qui uero ad laborandum hic piger fuerit, uitæ huius sp̄ritijs transmissis, hanc laboris sui opportunitatem recuperare non poterit, recte subiungit: Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione domino, ut possit esse placabilis, eadem die comedetis eā. non remanebit quicquam in mane alterius diei.

De hostia gratiarum qui plenius cupit instrui, in libro quinto capitulo primo requiratur: ibi inuenitur est, quæ sit ista hostia, curq̄ in mane alterius diei non sit referuanda. Quod tamen præsens locus exigere uidetur, paucis uerbis comprehendimus. Excitare nos uolens, ut ad mundandam conscientiam nostrā pigri non simus, admonet ut si pro gratiarū actione hostiam immolamus, primā die edatur, & nihil ex ea diei postere referuetur. Tāquam diceret: Labor quidem imminet uobis, dum uitia uestra mortificatis, sed si beneficijs eius respōdere uultis, qui pro uita uestra morti dignatus ē, dum tēpus habetis, facite quod iubet, nec differre uelit. Quod si dilatum fuerit, mane sequenti illucescite iam facere nō potestis. Quia uero quod præcipiebat, nō intelligentibus per se sumum possit uideri: autoritate sua premit eos, cum subiungit:

Ego dominus. Custodite mandata mea, & facite ea.

**RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER XVI.**



*Præfatio.* **A**UTORITAS habet scripturæ, hominē a deo plasmattū, in paradiso collocatum fuisse, plenam uoluptate omnimoda regionem sortitum: in q̄ & corporis inco-lumitate, & sensuū integritate, omnīq̄ quæ sensibus ipsius iucunditatē afferre potuissent, abundantiā lætaretur, angelorū frequenti foueretur alloquio: diuinis insuper amicitijs, si deo subditus perstitisset, omnis illa beatitu-

Custodite & facite, id est, faciendo custodite. Nil abiciatis, nihil contemnēdum ducatis, ego enim dominus. Addit etiam quasi minas intentans:

Ego dominus. Ne polluat is nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israel.

*Matt. 6.* *Roma. 2. 14. 5.* **V**t sanctificer, inquit, id est, ut sanctus habeat, sicut & in oratione quotidiana rogamus patrem, ut sanctificetur nomen eius: uidelicet, ut sanctitas nominis eius mundo innotescat. [Ne ergo, inquit, polluat is nomen meum, ut sanctificer in medio filiorum Israel.] Nonnunquam etenim ex prauitate feruorum, dominus ipse contemnitur, sicut scriptum est: Nomen dei per uos blasphematur inter gentes. Ne uero ad obseruationem in datorum eius se inualidos arbitrentur, benigna satis ac frequenti adiutorij sui pollicitatione in spem eos erigit, cum subiungit:

Ego dominus qui sanctifico uos.

Et ut de promissione ista dubitare non debeant, etiam præterita beneficia sua eis ad memoriam reuocat, dicens:

Et eduxi de terra Aegypti, ut essem uobis in deum.

Ut uero amplius gratiam istam commendat, quod super omnes ipse sit, qui deus illorum esse dignatus est, paucis uerbis innuit, cum subiungit:

Ego dominus.

Hinc ad nouam materiam mens erigenda est: & de solemnitatibus filiorum Israel locuturi, ipsarum petimus solemnitatū institutorē, ut cōgruum materiei dignetur impartiri sermonem.

*Matt. 6.*

*Roma. 2. 14. 5.*

*Gene. 9.*

turali cordis motu gaudia semper querit, flentium dolore circumfusus, & suis ipse miseris oppressus. Hoc est tamen unde magis contra se indignantis domini iustitiam exacerbabat. quia percussus non dolet, attritus dissimulat, & sub manu flagellantis humiliari recusat. Hinc enim propheta Ieremias queritur, dicens: Domine, percussisti eos, & non doluerunt: attri uisti eos, & renouerunt accipere disciplinam. In durauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Homo igitur postquam dereliquit uenam aquarum uiuicium, delicias inde scientes, aquas de quibus super iusto dicitur, Aquæ eius fideles sunt. fodit sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ non possunt aquas continere: quia cum magna sollicitudine, percurat si berum temporalium abundantiam, unde fugitiuam percipit uoluptatem: quas non ad hoc possidet, ut earum beneficio corporis in firmitas auferatur, mori prauitas corrigatur, mors denique repellatur: sed ut tantum interiore sensu animæ quadam ebrietate sopito, omnis hæc necessitas ab eis etiam qui sustinent, non intelligatur. Hoc mihi uidetur significasse scripturam, ubi ait, quia egressus Cain à facie domini, habitabat in terra profugus ad orientalem plagam Eden. Eden namque locus est uoluptatis. Reprobis igitur de loco uere uoluptatis eie cti, in orientali se parte constituit: dum transitoria prosperitate decepti, quid perdidissent non aduertunt, sed se quasi in luce magna felicitatis attendunt. Hinc est quod homo dum mortem suam non sentit, nullam sollicitudinem sui gerit: sicque in breui dum negligit, ad illos dolores pertrahitur, quos præ sui magnitudine dissimulare non permittitur, & in quibus iam euadendi exitus non reperitur. Hac de causa sacræ paginæ uoluptatum ebrietatem con demnant, diuitias interdicunt, dicente domi no: Væ uobis diuitibus qui habetis consolati onem uestram, & Væ uobis qui ridetis nunc quia plorabitis, ut homo sibi derelictus, se tandem inueniat: & mendacio spoliatus, sibi innolescat. Hic est nostræ religionis finis, hæc sanctorum exercitiorum utilitas, cui militare debet renunciatio facultatum, extirpatio uoluptatum, habitus utilitas: ut priusquam mors cadauerisque factor hoc clamet, damnatum se homo intelligat, exulem sentiat: & de profundis ad eum qui subuenire potest, exclamet, sicut scriptum est: Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui. Et alius propheta: Ego, inquit, uir uidens paupertatem meam in uirga indignationis eius. Sancti igitur quæ diu dei manum grauem sentiunt, flere dulce habent: & eos ipsos quos ridere conspiciunt, plangunt: quia risum, inquit, deputaui errorem, & gaudium stultorum perpetuum inuenit lic tum, sic iustorum tristitia perpetua mutatur

Iere. 5.

Isai. 55.

Iere. 2.

Gene. 4.

Luce. 6.

psal. 114.

Thre. 4.

Eccles. 2.

læticia: gaudium enim & læticiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Quis autem etiam in presenti gaudia possit æstimare sanctorum? Secundum namque multitudinem dolorum qui in eorum cordibus abundant, consolatio nes diuinæ lætificant animas eorum. Unde scriptum est: Date sceram merentibus, & uinum his qui amaro sunt animo. Gaudent enim dei serui, cum ab antiquo iugo se sentiunt releuari, laboribus superfluis renunciantes, ut iuxta quod scriptum est, ingrediantur in abundantia sepulchrum, sicut infertur acer uus in tempore suo. Hæc sabbati celebratio est. Gaudent cum precium suum attendunt: quia tanti habiti sunt, ut redimeretur reus homo dei morte, cuius gloriæ merito collatantur. Quem enim pro salute sua morte subisse cognouerant, iam de ipsa morte triumphasse non dubitant. Hæc est paschalis celebratio, de qua post sabbatum secundo loco tractabitur. Tertiam uero in spe sua dei populus habet solennitatem, quia tenens domini sui fidelissimam promissionem, dicentis: Ego uiuio, & uos uiuetis: gloriæ quæ præcessit in suo capite, sperat se assecuturum sub temporum summatione. Hæc beata sanctorum expectatio, sub quinquagesimæ tegitur sacramento, cui lex post pascha primum locum dedit, sicut sequens lectio declarabit. Sequuntur dein de septimi mensis festiuitates: quia populus Christianus præter sociæ suæ gaudia, in quam se saluatum præsumit, etiam in presenti pignus accipit spiritus sancti, arram futurorum bonorum: quia fluminis impetu dei ciuitas lætificatur, eiusdem spiritus ditata munere: dum aliquid datur sermo sapientiæ, aliquid scientiæ, aliquid gratia curationis: & quod uoluptates omnes antecedit, cunctisque supereminet charismatibus, ex ipsius spiritus gratia, delicias possidens charitatis. Sed iam ad literæ textum descendere nos oportet: & quæ sequuntur ex ordine, pertractare.

De solennitatibus filiorum Israel, quarum prima ponitur septimæ diei obseruatio.

Caput I.

**O**cutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Hæc sunt feriæ domini, quas uocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus, dies septimus quia sabbati requies est, uocabitur sanctus. Omne opus non facietis in eo. sabbatum domini est in cunctis habitationibus uestris.

Magna legislatori, imo spiritui qui per eum loquebatur, super sabbati obseruatione

Isai. 35.

Psal. 93.

Pro. 31.

Iob. 5.

Ioh. 14.

Psal. 45.

1. Cor. 13.

LEUITI ci caput XXIII.

Gene. 3.

Heb. 4.

Apoc. 14.

Isai. 66.

Psal. 64.

Ioh. 19.

solicitude, frequensque huius præcepti repetitio est. Post præuaricationis nanque reatum homo laboribus addictus, dicente domino, In sudore uultus tui comedes panem tuum: dum uisibilium trahitur cupiditate, ne cessitatem uertit in uoluntatem: cæcatusque ignorantia, dum nescit quanta quietis amissa iucunditas fuerit, laborandi etiam consuetudine quodammodo debriatus, uoluptati deputat laborem, qui ex iudicis sententia laboris sustinet damnationem: Prius ergo compefcenda fuerat insana laborandi cupiditas, deinde necessitas releuanda. Hinc est quod sacra scriptura nunc obseruari sabbatum præcipit, nunc autem laborantibus sabbatum repromittit. Inquietos nanque ad quietem, præcepti sui autoritate restringit: fessis uero & iam quiete suspirantibus, post sanctos labores quæscendum prædicat. Habes in Apostolo, quia relinquitur sabbatum populo dei. Ingressi emur enim, inquit, in requiem nos qui credidimus. Sed & in Apocalypsi sua beatus Iohannes: Beati, inquit, mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Triplex uero est sabbati figura. nã in presenti uita dupliciter obseruatur. in futura autem sabbatum sabbatorum, deo (ut diximus) promittente, speratur. Erit enim tunc, ut Isaias testatur, mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. In mense siquidem sit dierum collectio. Dies autem uirtus intelligitur, sicut & peccatum nox. Quantumcunque ergo iustus dum hic uiuit, uirtutibus abundet, illi tamen uirtutum plenitudini non ualet æquari, cum replebimur in bonis domus dei: quia mensis ille erit ex mense, id est, à mensium caterorum exceptus numero, & omnem uitæ præsentis transcendens profectum sanctitatis perfectio. Erit & sabbatum ex sabbato, quia sanctorum quies hic inchoatur, illic uero qualiter ex parte perficitur. In huius sacræ perfectæque pausationis mysterium, uidetur hic sabbati celebratio introduci, cum dicitur filiis Israel, [Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia sabbati requies est, uocabitur sanctus.] Per sex quippe huius mundi ætates, iusti laboribus afficiuntur, operantes opus dei: dum sibi inuicem per charitatem seruiunt, dum carnem domant, corpori necessaria procurant. Sed sicut sex diebus fecit deus caelum & terram, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo, sicut Christus sexta feria in cruce positus compleuit opus suum, dicens post propinatum acetum, Consummatum est, sabbato autem qui euit in sepulchro: sic & iustis omnibus in mundopressura, in mudo labor indicitur: sed post mundi finem, qui (ut dictum est) per sex ætates quasi per sex dies paritur, in septima eis requies perfecta seruatur. Cuius imago iam

sub sacramento prætenditur, cum de sabbati obseruatione dicitur filiis Israel: [Omne opus non facietis in eo. sabbatum domini est in cunctis habitationibus uestris.] Nulla quippe tunc erit in illa beata ciuitate necessitatis opera, sed sabbatum domini celebrabitur in cunctis habitationibus filiorum Israel, cum ad laudes eius ubique uocabitur, sicut scriptum est: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Sub hac forma etiam Exodus sabbati tradit obseruationem, de celo loquente domino atque dicente: Memen to ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opa tua. Septimo autem die sabbatum est domini dei tui, non facies in eo omne opus tuum & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas. In calestis etiam panis collectione, dum manna lud à filiis Israel congregatur, præcipitur eis ut sex diebus colligant, sexto tamen duplices sibi cibos procurent. Nam die, inquit, septimo sabbatum domini est, idcirco non inuenietur. Vbi manifesta generis humani figura prætenditur, quod quinq; ætatibus quasi diebus quinq; Christi præcesserunt aduentum, non nisi simplices sibi colligit cibos: quia uitam nesciens futuram, huic ratum necessaria procurabat. Sexta uero per Christum doctrinã audita & credita caelestis regni prædicatione, uiuens ex fide, iustus se pacit laboribus, & iustitiæ ipsius retributionem, per quam in æternum uiuat, in septima se adepturum confidit. Itaque nunc duplices cibos colligit, cum in diuinis eloquijs (hoc est siquidem manna caeleste) & præsentis fidei sanctitatem, & futuræ uitæ sibi percurat beatitudinẽ. In septima uero non repietur: quia post uitæ cõsumptionem, sancto rum quodam laborum merces redditur, sed laborandi amplius nulla opportunitas inuenietur. Unde scriptum est: Ante obitum tuum opere iustitiæ, quia non est apud inferos inuenire cibos. Hoc est sabbati magni & præcipui sacramenti, de quo recte dicitur, quia dies hic septimus sanctus uocabitur: integer uidelicet & incorruptus, cum nec anima nostræ per concupiscentiam, nec corpora uiolabatur per infirmitatem. Unde & quod præmissum est, [Hæc sunt feriæ domini quas uocabitis sanctas,] ad distinctionem dicitur carnaliu gaudiorum: quæ quia mentem corripunt, sancta dici non possunt. Porro dominicæ feriæ non immerito dicitur sanctæ: quoniam lætitia spiritualis nos sanctificat, dum diuinam in nobis charitatem restituit. Sed quoniam supra diximus, etiam in presenti sabbati figuram dupliciter obseruari, & nos uiuat, & nostræ propositionis lex hoc exposulat, ut geminæ huius obseruationis rationem explicare non pigeat. Obseruam? igitur sabbatum dñi hic uiuimus, si ab illicitis quibusque tēper

Psal. 83.

Exo. 20.

Exo. 6.

Ecc. 14.



**Isai. 1.** mus, sicut scriptum est: Lauamini, mundi estote. auferite malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. quiescite agere peruerse. Hoc sabbati mysterium lex nobis inuinit, cum opus seruuile sabbatis interdicit. Opus enim seruuile, peccatum est. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. Opus ergo seruuile non facit, qui peccare desistit. Superius quoque cum pracepisset dominus, dicens: Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra & impleatur piaculo: continuo subiunxit, Sabbata mea custodite: ostendens hanc esse ueram sabbati observationem, si cuiuslibet immunditiae declinemus contagionem. Ieremias quoque propheta hoc sabbati sacramentum plenius nobis exponit, dicens: Hec dicit dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur & egrediuntur reges Iuda, & dices ad eos: Audite uerbum sabbati reges Iuda & omnis Iudaea, cunctique habitatores Ierusalem, qui ingrediimini per portas istas. Hec dicit dominus: Custodite animas uestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem: & nolite eijcere onera de domibus uestris in die sabbati. Si recordemur Psalmistae dicentis, quoniam iniquitates meae sicut onus graue grauatae sunt super me, intelligimus omne peccatum ponderosum esse. Ierusalem uero, id est, uisio pacis, debet esse anima nostra, ciuitas utique quam deus inhabitare dignetur, si nihil in illa uideat unde offendatur. Ut autem pacem ueram cum deo possideat, & fiat in pace illius dei locus, praecipitur ei ne leuet super se pondus graue, pondus iniquitatis: quo depressa in terram, facies eius caelum non possit attendere, nec ad deum mentis oculos eleuare. Praecipitur etiam ut non inferamus pondera haec per portas Ierusalem, nec eijciamus ea de domibus nostris. Portae autem animarum nostrarum, sensus sunt corporis: per quos ad haec sensibilia exeunt, & sensibilibus imaginibus ad se introducunt. Per has ergo portas in Ierusalem pondus inferitur, cum per sensus exteriores praua concupiscentia ad conscientiae secretum admittitur: in quo sibi prospexisse iustus ille cognoscitur, qui ait: Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. De domibus quoque nostris eijciuntur onera, cum intus coepta iniquitas, laxatis sensibus membrisque expositis, ad opus prauum perducitur: & adolescens ille euangelicus per portam ciuitatis Naim, id est, animae fluctuantis, mortuus effertur. Nam nec hanc cautelam se praeterisse supradictus uir significat: Si secutus est, inquit, oculus meus cor meum, & in manibus meis adhasset macula. Cum enim tentatio intus exoritur, nisi diligens sensibus adhibeatur custodia: repete corruptio mentis, transit

in maculam actionis. Sabbati itaque celebratio prophetica autoritate hoc a nobis exigit, ut peccati iugum summa intentione declinantes, onus illiciti desiderii nec ab exterioribus ad conscientiam recipiamus: nec intus conceptum, ut prodire ualeat, relaxemus. Haec autem sacra pauisatio merito diei septimae attributa est: quia libertas ista non nisi per spiritus sancti gratiam possidetur, cui septenarius numerus consecratus est. Ut enim testatur Isaias, computrescet iugum a facie olei: quia mens nostra mox ut sanctis spiritibus perciperit unctionem, antiquam peccati reijcit dominationem. Habemus itaque primam sabbati figuram: quae tunc demum in nobis expletur, si perfecte ab illicitis quiescat. Restat secunda sabbati observatio, quae non solum praua quaeque satagit declinare, sed omnes tumultus refugit seculares, ut studiis spiritualibus liberius possit uacare. Sapientiam enim, inquit, scribe in tempore otii: & qui minoratur actu, percipiet illam. Hinc est etiam quod paulo ante commemorauimus, quia ingreditur homo in abundantia sepulchrum, cum abscondus in abscondito faciei diuinae a conturbatione hominum, dum quasi foris minuitur, interius ultra quam ab inexpectis credi possit, spiritus fructibus locupletatur. De huius sabbati excellentia, propheta Ieremias in operis sui uisione postrema, nos instruit, dicens: Hec dicit dominus deus: Porta atrij interioris quae respicit ad orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus fit, die autem sabbati aperietur. Alia est latitudo exterior, qua sensus carnis diffunditur, dum multipliciter corporis formas aut percipit, aut iam perceptas recollit: alia interior, dum in diuinarum rerum contemplatione animus dilatatur, quo non nisi purgatae mentis acie penetratur. Porta igitur atrij interioris, quae orientem respicit, id est, quae spiritualis intelligentiae solem admittit, sex diebus clauditur, in quibus opus fit: quia diuinorum cognitio non nisi quietis & uacantibus aperitur. Unde scriptum est: Vacate & uidete quoniam ego sum deus. Martha namque dum sollicita est erga plurima, perturbatur: & Lia, id est, laboriosa acies, ne subtiliora prospiciat, sub lippitudine praeditur. Sabbati uero die porta haec de qua loquimur, aperitur: quia pulchra facie Rachel corde uigilat, dum exterius consopitur: & patriarchae Iacob, dum in Berhel quiescit, posito ad caput lapide, caelestia secreta panditur. Iam igitur manifestum existimo, quod nos often suos spondimus: iuxta praescriptum puritatemque sanctorum, uarie sabbati ferias, etiam dum hic uiuimus, obseruari: & si debiti psolui mus, hinc ad reliqua praestanda debet intentio reuocari.

*De paschalibus feriis. Caput II.*



Ac sunt ergo ferie domini sanctae, quas celebrare debetis temporibus suis.

Hucusque de sabbato tractatum est, quod singulis hebdomadibus die rum ordine reuoluta lex celebrandum decre uit: nunc ad reliquas solemnitates transitur, quae semel in anno suis temporibus obseruantur. Mense primo, quartadecima die mensis ad uesperum, phase domini est.

De solemnitatibus filiorum Israel tractatus legislator, merito ab illius morte incipit, qui moriendo mortuis uisitam restituit: & perpetuo lectu damnatos, ad perenne gaudium reuocauit. Per hominem enim mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut nanque in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificantur. Huius itaque crucem mortemque praefigurans Moyses, uelata uultus sui claritate, in Mense, inquit, primo quartadecima die mensis ad uesperum, phase domini est. Phase Hebraeorum est, & transitus interpretatur. Si igitur uis agnoscere quae sit dominus, cuius hic transitus commemoratur, recole uerba euangelistae: Sciens, inquit, Iesus quia uenit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Huius itaque transitus sub agni paschalis immolatione, signabatur transitus ueri agni, qui tulit peccatum mundi. Primo mense, id est, luna Aprilis, quando resoluta hyemis asperitate, in uarios faetus reclusus effunditur: quia Christus passo in cruce, ac passione illius sacrosancta per populos diuisa, ut fidem eius recepit, mox ad fructum iustitiae mundus resurrexit. Cur uero immolationi agni legalis, luna quartadecima deputata sit, iam quidem longe superius reddita est ratio: sed tamen non ab re creditur, si repetatur. Quartadecima igitur die ad uesperum, dum sol in occasum flexitur, luna in oriente plena, luminis sui integritate ad alta sustollitur. Luna autem ecclesia est. Huius sponsus Christus sol iustitiae, cum pro eius redemptione mortis occasum petiit, illa de damnationis suae barathro, sanguine illius a fordibus suis abluta contendit. Quae est, inquit, ista quae progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut luna? Mense ergo primo, quartadecima die mensis ad uesperum, phase domini est.

Et quintadecima die mensis huius, solennitas azymorum domini est.

Notandum quod uespera quartadecima nihil de solennitate loquitur legislator: sed tantum, phase, inquit, domini est. Transitus quippe ille non solennis, sed lugubris beatis

apostolis fuit: sicut etiam ipse dominus praenunciauerat eis, dicens: Amem dico uobis, gaudebitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Uespera uero haec non unius diei fuit, sed quandiu sol noster sub occasu mortis latuit, donec ad resurrectionis ortum reuersus est, mactatae nox discipulorum mentes obtinuit. Porro quintadecima die cum CHRIS TUS surgens ex mortuis, & animae suae impassibilitatem quam passibilem sibi ipse assumpsit, & corporis incorruptionem, quod ante corruptibile fuerat, patris suaeque largitate percipit: hoc enim septem & octo signant, ex quibus quindecim constant: tunc primum passio illius solennis apparuit, cum manifestata resurrectione, discipulorum tristitia in gaudium uertit. Sed nec illud praetereundum uide tur, quod non dixerit, solennitas domini est, sed, solennitas azymorum domini est. Azymi quippe domini sunt, quibus Apostolus loquitur, dicens: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Fideles quippe per resurrectionem Christi iustificati, resurgentes enim cum illo, quae sursum sunt sapiunt, & iam in nouitate uitae ambulat: isti sunt azymi, purgato ueteri fermento malitiae & nequitiae, epulantes in azymis sinceritatis & ueritatis: sinceritatis, propter castam uitam: ueritatis, propter fidem rectam. Horum igitur azymorum in dominica resurrectione solennitas habetur, cum & ipsi de re demptoris sui gloria laetantur, & uicissim de eorum profectibus ipse gratulatur. Quam mutuae capitis membrorumque laetitiam, Ieremias nobis ostendit, dicens: Haec dicit dominus exercituum, deus Israel: Adhuc dicent uerbum istud in terra Iuda & in urbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum. Terram Iuda, intellige reliquias quae ex illo populo per electionem gratiae saluae factae sunt. Urbes uero, eius ecclesias, quae per orbem terrarum ab apostolis fundatae sunt. Dicent ergo, inquit, in terra Iuda & in urbibus eius: Benedictus tibi dominus, pulchritudo iustitiae, mons sanctus, & habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul. Quis est mons sanctus, pulchritudo iustitiae, cui benedictio Iudaei cum gentibus, in cuius fide & dilectione requiescit omnis creditus populus simul, nisi mors domini, Christus dominus, speciosus forma prae filijs hominum, qui nunc eleuatur super colles, & fluunt ad eum omnes gentes? Sed quia in his uerbis apparuit, quae sit supra illud suorum laetitiam, mox ex eius persona loquitur. Et quoniam uidens precium mortis suae redemptorum salutem, ipsam suam amplectens mortem, gaudeatque sic obdormisse, cum ex fomno illo tanta miseris saluati uenerit, subsequenter exponit, dicens: Quia inebriati animam lassam, & oem animam

1. Cor. 15.

Eccl. 38.

Iob. 5.

Psal. 30.

Iob. 13.

Psal. 45.

Luc. 10.

Gene. 29.

Ibidem.

Gene. 13.

1. Cor. 6.

Iob. 16.

1. Cor. 5.

Iere. 31.

Ibidem.

Isai. 2.

Psal. 44.

Iere. 31.

esurientem saturauit, ideo quasi de somno suscitatus sum, & uidi, & somnus meus dulcis mihi. Quinta decima ergo die mensis huius, solennitas azymorum domini est. Sed quia ab hac incipiens die, multis protendebatur diebus, ipsum dierum numerum exprimit, cum subiungit: Septem diebus azyma comedetis. Septem diebus uita nostra temporalis designatur, quia septem diebus tempus omne uoluitur, dum euoluto circulo ad principium rursus reditur. Notissimum est & frequens in scripturis, hoc septenarium numeri sacramentum. Septe ergo diebus azyma comedimus, si recepta Christi fide, omni uita nostra iuxta Apostoli præceptum in azymis sinceritatis & ueritatis epulemur; ut nec in fide nostra recipiamus fermentum fallitatis, nec in moribus, iniquitatis. Sequitur:

**Dies primus erit uobis celeberrimus, sanctusque. Omne opus seruile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne domino septem diebus. Dies autem septimus erit celebrior & sanctior, nullumque opus seruile facietis in eo.**

Testis est euangelica autoritas, gaudium esse angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Ipsa igitur conuersio nostra mox ut ab iniquitate resipiscimus, deo nostro angelisque eius solennis est: quia pater piissimus prodigum filium etiam si partem substantiæ quam ab eo acceperat, cum meretricibus consumpsit, reuertentem tamen lætus suscipit, & obuius exit: proferri stolam primam iubet, ut nudus uestiat: occidi uultum saginatum, ut eius esuriet reficiatur, manducemus, inquit, & epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Prima ergo (ut diximus) dies azymorum nostrorum, cum scilicet uitæ puritate amplectimur, celebris atque festiua est: sed septima, id est, postrima, multo celebrior: quia incipientibus, de progressu ne deficiant, ualde timendum est, eo quod incertus sit uitæ nostræ cursus, lateatque nunquam quod crastina pariat dies: qui autem laborum suorum finem attigit, lætus cum Apostolo decantat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, si de seruaui. De cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Notandum tamen, quod de utraque die prima & septima dicitur, Omne opus seruile non facietis in eo, aliter atque aliter intelligendum esse. Aliter namque prima dies in prolicentibus innocentiam seruat, aliter septima. Prima namque, ut non peccet, aut certe ut rarissime peccet, summopere nititur: ultima, si ad perfectionem perueniat quis, hoc adipi-

scitur. Prima ergo libertatem habet in affectu, ultima in effectu. Quapropter, ut ait quidam, diu laborandum est, ut sit bona mens, quod est bona uoluntas. Plus enim, inquit, laboris est ut proposita custodias, quam ut honesta proponas. Cæterum sicut diuina testatur scriptura, equus dei quasi locusta suscitatur: quia anima cui misericorditer deus præfidelis, quando deum sequi incipit, in ipso suo exordio in quibusdam more locustarum flexis poplitibus, terræ inhæret: in quibusdam, expansis alis, sese suspendit. Conuersionem quippe in bona moribus malisque permixta sunt, dum & noua iam per intentionem agitur, & uetus adhuc uita ex usu retinetur. Tanto autem minus permixtis interim malis lædimur, quanto contra illa quotidie incessante pugnamus. Nec suos nos iam culpa uendicat, cuius prauo usus nostra sollicitudo resultat. Habet itaque prima dies solennitatem suam, si quantum in nobis est, omnia uitia detestemur: habet ultima longe potiorē, si peccati iugum quod abhorremus, nec saltem inuiti tollere cōpellamur. Quod uero præcipitur, ut septem diebus istis offeramus domino sacrificium in igne: ignis splendor, sicut etiam supra ostensum est, resurrectionis dominicæ claritate designat. Pro hac quippe rogans pater ipse filius: Pater, ait, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Omnibus ergo diebus uitæ nostræ deo sacrificium in igne offerimus, si eam filij eius fidem in corde seruemus, ut de resurrectione eius gloria non dubitemus. Si enim confessus fueris dominum Iesum, Apostolus loquitur, & credideris in corde tuo quod deus illi suscitauit a mortuis, saluus eris. Hac interim de sacrificio, quod in igne offerri iubetur, sufficiant: cæterum in Numeris de holocaustis horum dierum, quod lex in hoc loco ignis sacrificium nominauit, plura dicuntur: & si lectio illa in manibus esset, prolixior disputationem exigere uiderentur.

De manipulo primitiarum.  
Capit. III.



Ortem Christi resurrectionem illius in manibus habemus, humani generis medicinam. Nos enim quod nemo Christianus ambigit, & anima & corpore mortui sumus. Mors namque animæ, impietas est: & mors corporis, corruptibilitas: per quam fit & animæ a corpore abcessus. Vtrique ergo rei nostræ, id est, & animæ & corpori, medicina ex resurrectione operis erat: ut in melius renouaretur, quod erat in deterius commutatum. Resuscitatur uero anima per penitentiam, & in corpore ad huc mortali, renouatio uitæ inchoatur a fide, qua creditur in eum qui iustificat impiū: bonisque

moribus augetur & roboratur de die in diem, cum magis magisque renouatur interior homo. Corpus autem tamquam homo exterior, quanto est hæc uita diuturnior, magis magisque corrumpitur, uel ætate, uel morbo, uel uariis afflictionibus, donec ueniat ad ultimam, quæ ab omnibus mors uocatur, cuius resurrectio differtur in finem. Ad faciendam ergo utramque resurrectionem nostram, saluator in sacramento & exemplo præposuit, & proposuit unam suam. Neque enim fuit peccator aut impius, ut ei tanquam spiritu mortuo, in interiore homine renouari operaretur: sed indutus carne mortali, & sola moriens, sola resurgens, ea sola nobis ab utroque concinuit, cum in ea fieret interioris hominis sacramentum, exterioris exemplum. Sed quia de interioris hominis nostri resurrectione paulo ante tractatum est, hanc enim lex designauit, cum post immolationem agni paschalis, septem azymorum dies obseruari præcepit: consequens erat, ut etiam corporis nostri renouatio præfiguraretur, quæ licet in finem differatur, ad firmamentum suæ spei iam habet in cælo testem fidelem, dominici corporis immortalitatem. Si quis igitur in litera occidenti nouit querere uitam suam, & sub umbra ueteri potest attendere lucem nouam, legat sequentia: & quæ nunc ecclesia manifeste docet, iam dudum sub legis ænigmatibus præsignata reperiet.

**Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis, & messueritis segetes, feretis manipulos spicarum primitias messis uestræ ad sacerdotem.**

Messum in hominibus intelligendam, docet nos ipse dominus in euangelio, cum discipulis loquens, Messis, inquit, multa, operarij autem pauci. Itemque, Leuate oculos uestris & uidete regiones, quia alba sunt ad messum. Messis ergo hæc cum iustitia perfectionem pertingunt, habet hic tempus maturitatis suæ: post maturitatem uero de presentis exercitij agro colligitur, & in horreum congregatur, dum illorum interium spiritus in requiem suscipiuntur: in consummatione tamen seculari, generalis erit messio, cum post reparationem corporum humanorum, in uiciorum regione, omnium fiet congregatio beatorum. Hæc est namque terra de qua dicitur: [Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis.] Terra quippe Chanaan, non nisi umbra diuinæ promissionis extitit: per quam, dum antiquo illi populo temporaliter exhibetur, apud dei filios æternæ hereditatis expectatio cer-

tior redderetur. Alioqui propheta Dauid, qui Israeliticæ illius possessionis regnum adeptus fuerat, non se peregrinum & aduenam fateretur, dicens: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. & iterum, Ne scieas quoniam aduenæ ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei: nisi aliam hereditatem iustis promitti, aliamque ab illis patriam suspirari intellexisset. Inde est quod in Psalmo cum præmississet, Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hereditas mea præclara est mihi: statim subiunxit, Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum. Credo enim, inquit, uidere bona domini in terra uiuentium. Huius igitur terræ dominum promissorem tenemus, hæc spe ingredimur, quia nos ingressuros speramus. Nouum enim cælum & nouam terram, ut ait beatus Petrus, secundum promissa illius expectamus, in quibus iustitia habitat. quia de hac hereditate scriptum est, Semen seruatorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. Hanc igitur spei (ut diximus) certitudine ingredientem terram, iubemur ferre manipulos spicarum, primitias messis nostræ ad sacerdotem. Quæ autem ista sint primitiæ, docet nos Apostolus, ad Corinthios scribens: Christus, inquit, resurrexit ex mortuis, primitiæ dormientium. Itemque: Sicut in Adâ omnes moriuntur, ita & in CHRISTO omnes uiuificabuntur: unusquisque autem in suo ordine. Primitiæ Christus: deinde hi qui sunt Christi, qui aduentu eius crediderunt. Inde est etiam quod in Apocalypsi Iohannis, primogenitus dicitur mortuorum. Ipse est initium messis nostræ, in ipsam metere cœpimus, quia ad horreum nos antecessit ipsum tamen horreum nobis præmissit, dicens: Et si abiero & preparauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Dum ergo iam immortalæ factum credimus, in fide nostra quasi spicas recentes domino offerimus: quoniam qui adhuc mortalis sub agni figura patri immolatur, recte, per spicas recentes in resurrectione signatur. Iam enim carnis & sanguinis corruptionem euaserat, in nouam translatus creaturam: quia corpus quod resumpserat, licet eiusdem esset substantiæ, alterius tamen erat gloriæ. Et si noueramus, ait Apostolus, CHRISTVM secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Inde est quod in lege carnalibus hostijs figurabatur, nunc autem in sacramento ecclesiæ, dum passionis illius celebramus mysterium, panis uinique substantia ministratur. Nam & in Deuteronomio cum de agno paschali loqueretur legislator: Non remanebit, inquit, de carnibus eius quod immolatum est uespere, in die primo mane. Dies enim primus azymorum

Psalm. 119.  
Psalm. 38.

Psalm. 15.

Ibidem.  
Psalm. 26.

2. Petri. 3.

Psalm. 68.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Apoc. 8.

Ibidem. 14.

2. Cor. 5.

Deut. 16.

morum, quem solēnem esse paulo ante decrevit, ad Christi pertinet resurrectionem. ideoque prohibet ne de carnibus agni in illud mane quicquid seruetur, ne uidelicet in Christi corpore post resurrectionis gloriam, aliquid corruptionis relictum credatur. Si quidem per carnem multis in locis non ipsa substantia, sed substantiæ imbecillitas designatur: ut est illud, Maledictus qui brachium suum ponit carnē: & Non timebo quid faciat mihi caro. Si quid ergo, inquit, residuum fuerit, igne comburentis. Certissime namque tenendum est, quia carnem Christi licet post resurrectionem eadem quæ prius fuerit, ita tamē uirtus immortalitatis abforbuit, ut carnis quidem haberet substantiam, sed carnis non haberet infirmitatem. Quia autem die etiam manipuli offerantur, de quibus nunc sermo est, sequētia mani festant. Sequitur enim:

**Qui leuabit fasciculum coram domino, ut acceptabilis sit pro uobis altero die sabbati, & sanctificabit illū.**

Leu. 17.

Psal. 55.

Josephus

Alterum diem sabbati, dicit Iosephus secūdam azymorum, quæ est luna decimasexta. Hic est enim alter dies sabbati, id est, secūdus celebritatis illius, quæ per septem dies extendebatur. Aperte ergo per nouas fruges, quæ luna decimasexta offeruntur, etiam diēti numero seruato, ille immortalis effectus exprimitur, cuius mors uespera decimaquarta sub agni sanguine prænunciabatur. Notandum uero quod cū manipulos spicarū iubeat lex offerri, non nisi fasciculum unū à sacerdote leuandum dicit corā domino, ubi intelligendū iuxta literā, quia plures à diuersis oblati manipuli, in unā redigebantur congeriem, & sic pariter coram domino leuabantur: mystice autē signatur, quia cū fides multorum sit, & à singulis offeratur, fides tamen una est omnium, dū in catholica ecclesia quod profitentur singuli, perhibent uniuersi. Quod uero præcipitur, ut ad sacerdotem manipulos suos singuli deferant: hoc significare uidetur, ut unusquisque nostrū quod de Christo credit, ad doctores referat: & utrum sana probabilisq; sit fides illius, per eos examinetur: sicut etiā doctor gentiū Paulus, ad coapostolos ascendisse se perhibet, & euangelium contulisse cum eis, ne forte in uacū curreret aut cucurrisset. Leuat autem sacerdos fasciculum nostrū coram domino, ut acceptabilis sit pro nobis: cū sancti doctores fidei nostræ integritatē, à diuersarij heresum erroribus sua eruditiōe sustolunt: & sanctificantes illā, id est, ab omni falsitate purgātes, domino deo nostro acceptabilem reddunt. Sequitur:

**Atq; in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus annicu**

**lus immaculatus in holocaustum domini.**

Nōnulli hæretici senserunt, Christū resurgentem à mortuis, aerium corpus sibi assumptū esse: non ueram carnem, in qua passus fuerat, resumpsisse. Nam & apostoli cū post resurrectionem secū loquentem eum attendissent, turbati & perterriti, existimabant se spiritum uidere. Ipse autē: Videte, inquit, manus meas & pedes, quia ipse ego sum. Palpare & uidete, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Hoc igitur & lex docere uidetur, cum in eadem die qua manipulus consecratur, cædi iubet agnus immaculatus: ut uidelicet cū gloriam resurrectionis eius attendimus, sciamus ipsum non alium à patre exaltatū, quem usq; ad mortem nouimus patri fuisse subiectum. Vbi & subditur: **Et libamēta offerentur cum eo, duæ decimæ simillæ cōspersæ oleo, in incensum domini odoremq; suauissimum.**

Quod dicitur, in incensum domini, non tota similia incēdebatur super altare coram domino, sed pars illius: iuxta legē sacrificij quæ longe superius in hoc eodē uolumine descripta est, dicente domino: Hæc est lex sacrificij & libamentorū. Tolle sacerdos pugillū simillæ quæ conspersa est oleo, adolebitq; illum in altari in monumentū odoris suauissimi domino. Reliquā autē partē comedit Aaron cū filijs suis absq; fermento. Duæ igitur decimæ simillæ, puritate mentis designant, quæ per duo præcepta charitatis legē cōsummat, diligens deū & proximū: quia in his duobus præceptis uniuersa lex pendet & prophætæ. Similia autē hæc oleo conspergitur: quia mens nostra gemina hac dilectione per sancti spiritus unctionem imbuitur, testāte Apostolo, quia charitas dei diffusa ē in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. Hoc igitur sacrificiū cū holocausto agni nostri offerre debemus, ut cū credimus Christum pro nostra charitate mortē suscepisse, fides nostra fidei dæmonū non conformetur, qui, testante scriptura, & credunt & contremiscunt: sed sit talis, quæ per dilectionē operetur. Quia uero in passione dāica perpetua & certa credentibus lætitia reposita est, apte subiungitur:

**Liba quoq; uini, quarta pars hin.**

Hin, mensura est liquentis materie. Vinum autem lætitiā signat, quia uinum lætificat cor hominis. Quaternarius quoque solitatus typum tenet, sicut iam supra pluribus in locis ostendimus: eo quod omne quadratum, in quocumque latere solide stat. Libatio igitur uini, cuius quarta pars hin cum agno

Luc. 24

Phil. 2

Leuit. 6

Matt. 22

Roma. 5

1 Cor. 2

Psal. 103

offerretur, nobis innuit, ob hoc redemptorem nostrum usq; ad mortem tristatū fuisse, ut gaudium nobis conferret, quod sicut ipse permittere dignatus est, nemo nobis auferret. **Job. 16.** Qm̄ autem sicut in illo reposita est generis humani lætitia, ut nisi per illum nulla salutis spes sit concipienda, recte subditur:

**Panem & polentam & pultes nō comedetis ex segete, usq; ad diem qua offeretis ex ea deo uestro. Præceptū est sempiternū in generatiōibus cunctisq; habitaculis uestris.**

Comestio lætitiā parere solet. Cibis em̄ edentibus uoluptatem affert, uoluptas quoq; iucunditatem. Quicquid ergo illud est super quo gaudemus, quasi comeditus: quia uoluptatē ex eo percipimus. Itaq; quia (sicut diximus) nulla est homini salus, quandiu à fide Christi manet alienus, de segete generis humani comedendū non est, donec ex ea præscripta dño primitias offeramus: quia sanū sapientibus nullus homo gaudium præstat, qui nondum credens filium dei uenisse, carnē induisse nostri causa, passum esse & à mortuis surrexisse, aliunde salutē expectat. Vnicuiq; enim tunc offeruntur primitiæ istæ, cū oblatæ creduntur. Alioquin si nō credideris, quod alijs credentibus iam causa salutis est, tibi adhuc factum nō est. Inde est nanque qd̄ Mariæ dicitur: Noli me tangere, nondū em̄ ascendi ad patrem meum. Ipse quidem filius dei cum patre semper manet æqualis, sed in corde mulieris, quæ æqualem nondum credebatur, ad patrem nondum ascenderat. Nec igitur panem, nec polentā, nec pultes, nec aliquid omnino ante primitiarum oblationem de segete ista comederis: ut scilicet si uiscera te possident charitatis, & omnium optas uiram, quos tibi naturæ cōmunionē de uinctos attendis, nec Crecei mireris diuitias, sciēs scriptum, quia non proderunt diuitiæ in die ultionis: nec Macedonis Alexandri fortitudinē magnipēdas, neq; enim saluatur rex per multam uirtutem: sed nec super sapientium huius mundi uirtutibus gaudeas, quos sacra scriptura tinctos Indiæ colores appellat, quia maledictus homo qui in homine spem suam ponit, & suo se brachio saluare confidit. Et qui dem̄ in eorum scriptis multa reperiuntur q̄ placēt, quæ cū sacris paginis magnam consonantiam habeant: cum aut rerum inuestigant naturam, aut humanos mores examinant, recepti nonnunquam etiam in ipsius diuinitatis notitiā: deus enim, teste Apostolo, reuelauit illis: quia tamen illum nescierūt, sine quo nemo ad patrem redit, non nos eorum consolatur sapientia, ut saluari posse credamus, quos mediatoris nec sanguis abluat,

Matt. 26.

Job. 16.

Job. 20.

Pro. 11.

Psalm. 52.

Job. 28.

1 Cor. 17.

Roma. 1.

nec salutaris hostia. reconciliauit. Inde est, quod eorum nonnunquam & dicta suscipimus, & damnationem dolemus. Hoc enim etiam lex sacra nos facere docuit. Habes scriptū in Deuteronomio: Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manus tuas, captiuosq; duxeris, & uideris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eā, uoluerisq; habere uxorem, introduces in domum tuam. Quæ rader cæsariem, & circumcidet ungues, & deponet uestem in qua capta est: sedesq; in domo tua, flebit patrem & matrem suam uno mense. & postea intrabis ad eam, dormiesq; cū ea, & erit uxor tua. Egressi sunt namq; ad pugnam doctores ecclesiastici contra inimicos suos, cum armati gladio spiritus quod est uerbum dei, ad subuertēda mūdanæ sapientiæ dogmata processerūt. Arma, inquit Apostolus, militiæ nostræ non carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitio, consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersum scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Quia ergo tradidit dominus hos inimicos nostros in manus seruatorum suorum, uiamq; fecit in mari equis suis, in luto aquarem multarū, in numero captiuorum pulchra mulier adamatur, cum in scriptis pegrinis aliqua utilis doctrina quæ placeat, reperitur. Quam si quis ex nobis ducere uelit uxorem, domesticamq; sibi facere, non prohibetur: si tamen puella rafa cæsariæ & circumcisis unguibus exponat uestem in qua capta est: sedesq; apud nos, sicut patrem & matrem suā uno mense. Raditur quippe cæsariæ & unguibus circumcitur, cum si quid apud eam superfluum est, resecatur. Vestem deponit in qua capta est, cum tumoris nudatur superficie, qua apud pgenitores tota uestiebatur: qui utique dicētes se esse sapientes, in doctrinis suis magni sibi uidebantur: nec humiliter loqui nouerant, etiam quæ ueraciter sentiebant. Sub alio ergo habitu intro ducitur ad nos mulier ista, cum eorum dicta utilia sine supercilio legimus, & cum sobria grauitate proferimus. Sedens tamen apud nos, sicut patrem & matrem suam, eos uidelicet à quibus edita est: cum legentes, ut tantorum uirorum perditionem doleant, ad misericordiam flebit. Sic enim dici solet læta epistola, quæ lætos facit: & fouea cæca, quæ inustus deprehensus uisum subtrahit. Et spiritus sanctus postulare pro sanctis dicitur, quia quos repleuerit, postulantes facit. Sic quoq; hæc mulier plangit apud nos parentes suos, cum plangere nos compellit: & ea stimulantē, quorum miramur ingenium, dolemus exitium. Per mensem uero, in quo lunæ cursus compleretur crescendo & decrescendo, humanæ ui

Deut. 21.

2. Cor. 10

Roma. 16

Roma. 8.





gratiarum actione domino separatur. Manipulus primitiarum qui prima azymorum domino iubetur offerri, de illis primitiis est, quæ generalem præueniunt messem: panes uero isti de quibus nunc agimus, ideo primitiæ nominantur, quia messis introitus eorum oblatione sanctificatur. Porro quantum ad mysterium spectat, panes isti coqui iubentur in primitiis domini, quia charitas inter omnes uirtutes obtinet principatum: & cum dei gratia præcedente nostræ sollicitudinis studio cõquiritur, nihil est quod uel hic uel in futuro diuinis oculis gratius offeratur. Hoc est igitur generale sacrificium, quod ex omnibus habitaculis eorum dicit offerendum. Deinde quisque qui illud offerant, id est, qui ad hanc charitatis perfectionem in æterna uita pertingant, docent sequentia, cum sub hostiarum diuersitate quæ cum istis panibus offerri præcipiuntur, sanctæ illius multitudinis uniuersitas demonstratur. Has enim cõtinuo subiungit, dicens;

Offeretisq; cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & uitulum de armento unum, & arietes duos: & erunt in holocausto cum libamenti suis in odorem suauissimum domino.

Si quis ea recolat, quæ de hostiarum uarietate iam supra tractata sunt: facile intelligit, inter eos qui hostias deo seipfos exhibent, quæ sunt holocausta, quæ pacificæ hostiæ, aut peccato: qui boues, qui agni, qui arietes. Holocaustum nanque totum incensum interpretatur, quod scilicet in altari totum incenderetur. Holocausta igitur sunt, qui uehementiore spiritu feruore succensi, cunctis mundi huius spretris, diuinis ex integro se tradunt obsequiis. Pacificorum uero adipibus concrematis, carnes ab ipsis edebantur, à quibus & offerebantur, certis tamen portionibus ex legis præcepto sacerdotibus sequestratis. Pacifici igitur offerunt hostias, quæ etiam salutare plerumque nominantur, qui sua salute contenti, si in quocunque gradu pacem cum deo possideant, ad perfectionis culmen non aspirant: & de hoc tantum præsumentes, quod bonæ uoluntatis sunt, & in affectibus eorum diuinus ardet ignis, ex parte magna uiuunt sibi, suis uoluptatibus dediti, quas sibi sacris legibus interdicti non audiunt. In holocaustis autem boues sunt sancti pastores, qui sua sollicitudine sanctam ecclesiam, dominicum uidelicet

excolunt agrum: pro quibus etiam dictum est, ut non alligetur os boui trituranti. Porro arietes doctores intelliguntur, qui in uia iustitiæ fidelibus præeunt: & tam exemplo quam uerbo, qua sequi debeant, illis ostendunt. Habes in Actibus apostolorum, quia Paulus dux uerbi dictus est. Salomon quoque quasi arietem se ostendit, cum unumquem nostrum alloquitur, dicens: Audi fili mi, & suscipe uerba mea. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquiritis, Hæc duo officia quamuis in plerisque conueniant, & unum esse uideantur, in muneribus tamè spiritus sancti ab Apostolo distincte ponuntur: Ipse dedit, inquit de CHRISTO loquens, quosdam apostolos, quosdam prophetas, alios uero euangelistas, alios pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis CHRISTI. Et reuera aliud est populi fidelis regimen suscipere, quod episcopi faciunt, inter dum etiam lege diuina minus eruditi, subditorumq; prouectibus spirituales, sed & corporalibus necessitatibus assiduam curam impendere: aliud, tantum uerbo docere, quid aut in fide tenendum, aut in uita obseruandum sit: quod nonnumquam etiam à transeuntibus fieri solet, sicut à sanctis apostolis in transitu factum est: qui circumeuntes orbem terrarum, & CHRISTI fidem ubique feminantes, ciuitatibus singulis pastores ordinabant, ut ipsis recedentibus, non deesset qui continuam sollicitudine credentibus exhiberet. Habes in Actibus apostolorum, cum Paulus à Mileto mittens Ephesum, uocasset maiores natu ecclesiæ, quasi se doctorem insinuans, illos autem pastores: Mundus, inquit, ego sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annunciam omne consilium dei uobis. Manifestum, quod suo officio tanquam solam doctrinam ascribit: illos autem pastores designans, qui commissi sibi regiminis onus susceperint. Attendite, inquit, uobis & uniuerso gregi, in quo spiritus sanctus uos posuit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Sic & beatus Petrus ad ecclesiasticos scribens, eisdem episcopos hortatur, dicens: Seniores qui in uobis sunt, obsecro conuenite, ut in uobis gregem dei. Quanquam ergo pastor Petrus, pastor Paulus, quia sollicitudo ecclesiarum non deerat illis: doctoris tamen magis in eis apparet proprietatem, cum qua quæuerunt euangelium uniuersis: & transeuntes de ciuitate in ciuitatem, aliis qui cum credentibus perseverant, pastora-

Dent. 25.  
1. Cor. 9.

Act. 14.

Pro. 4.

Eph. 4.

Act. 20.

Ibidem.

1. Pet. 5.

lem curam assignant. In bobus itaque ut diximus, pastorum labor: in arietibus uero, doctrinæ ducatus intelligendus est. Si in plerisque conueniat utrunque, non scandalizeris: imo adde & tertium, quia qui pastores & doctores sunt, tanquam boues & arietes, ipsi & agni propter innocentiam reperiuntur. Habes pastorem pastorem, qui agnus dei dictus est, qui & pastores doctoresq; ceteros, agnos uocat, dicens: Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Sicut tamen agni multi in grege Christi, quibus nec pondus regiminis, nec officium doctoris imponit. Hi uero si holocaustum se deo offerunt, iubetur ut anniculi sint, id est, unius anni: ut non pueriliter aut sine consilio arduis arripiat iter, nisi prius sol sancti desiderij in corde illius compleat cursum suum, & ad roboris sui perueniat plenitudinem: deliberandum enim est diu, ut ait quidam, quod semel statuendum est: ne forte mittens manum suam in aratrum, retro respiciat, & uotum non reddat: cum melius utique sit non uouere, quam post uotum non reddere. Septem autem sunt agni isti, quia seruant unitatem spiritus in uinculo pacis. Huius enim numeri sacramentum, in agnorum holocaustis scriptura nobis commendat in Numero rum libro, cum pene ubicunque agni offeruntur in solennitatibus, septem iubentur offerri: aut certe quatuordecim, duplicato septenario propter duos populos ex quibus ecclesia congregata est. Repetitur quoque idem numerus ad maiorem sui commendationem, quia si ex superfluo: cum postquam dictum est, agnos septem immolandos esse in libaminibus, dicitur ut una decima per agnos singulos offeratur: & subditur, qui sunt simul agni septem, uel qui sunt simul agni quatuordecim. Vitulus uero unus offertur: quia licet ad primum gregem alia oues adductæ sint, ex utrisque tamen factus est unus grex, & in uno grege pastor unus. Omnes enim in summo pastore unum sunt, quicunque tradente ipso curam ouium susceperunt. Quod dicitur, uitulum de armento, teste beato Augustino, hebraea locutio est: sicut cum dicitur, agnus de grege, hircus caprarum, agni ouium, & si qua similia. Vitulo autem uno arietes duos iunguntur, ut saltem in arietibus populorum diuersitas intimetur, quorum in uno uitulo fidei charitatisq; concordia commedatur. Sed dicit forte aliquis, hæc ratio etiam duos uitulos arietemq; unum apte potuisse offerri, cum & in utroque populo pastores sint constituti, & doctorum omnium catholicorum uniformis prædicatio ualeat reperiri. Nos quoque hoc concedimus, imo addimus non tantum fieri

potuisse: sed etiam ut fieret, legem alibi præcepisse. In Numeris cum de his tractatur sollemnitatibus, uenitur ad præcepostent, quæ nunc in manibus est, & eius holocausta decernuntur his uerbis: Dies primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino, expletis hebdomadibus, uenerabilis & sancta erit. Omne opus seruire non facietis in ea: offeretisq; holocaustum in odorem suauissimum domino. Vitulos de armento duos, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos septem. Videat itaque Iudæus, qualiter literæ suæ scissuras reseruat, aperte nanque multis in locis ipsa se impugnat, & sibi contraria est, ut in presenti apparet, cum eiusdem diei ceremonias instituens, hic uitulum unum cum duobus arietibus, illic quasi oblitus quod dixerat, uitulos duos cum uno ariete holocaustis assignat. Videat ergo (ut dixi) Iudæus, quomodo hanc literæ contrarietatem euadat. Christianus enim intellectus liberum inuenit transitum, cum animaduertit legislatorem ob id scripturæ superficiem frangere, ut ad interiorem medullam etiam rebelles compellat intrare. Attende nanque hæc duo decreta, nescio utrum literæ consonantiam ualeas reperire. Transit ad mysterium, uidebis iam nihil interesse, utrum duo uituli cum ariete uno, an uitulus unus cum duobus arietibus in holocaustis esse dicatur: cum tam pastores quam doctores, & unum sint propter fidei pacisq; concordiam: & duo intelligatur, si duorum populorum quibus prælati sunt, respiciamur distantiam. Notandum autem, quia licet die qua manipulus oblati est, eadē agnum præcipit lex, ut per agni doceremur immolationem, quoniam ille mortalis erat futurus, cuius securam immortalitatem manipulus designabat: sic in die plenæ messis cum offeruntur panes primitiarum, immolatur & diuersitas hostiarum: quibus innuitur, quales in hac uita fuerint, quosq; gradus in religione habuerint hi, quorum per panes consummata in resurrectione iustitia designatur. Nam & hircus pro peccato, & hostiæ pacificæ partem adiungitur: ut omnis electorum multitudo, cuiuscunque ordinis fuerit, in uictimis istis comprehendatur. Sed prius de holocaustis uidendum est, quid sit quod cum libamenti suis offerri iubetur. Libamenta enim hæc, liber Numerorum plenius exponit, in quo sic legitur: In sacrificijs eorum similes oleo confersq; tres decimas per singulos uitulos, per arietes duas, per agnos decimam decimam, quæ simul sunt agni septem. Et ante: Libamenta autem uiniq; per singulas fundenda sunt uicima, ista erunt: Media pars hinc per uitulos singulos,

Num. 28.

Num. 28.

Ibidem.

NUM. 15.

tertia per arietem, quarta per agnum. Quia uero & ipsius olei quæ similia conspergit, regenda est mensura, hoc totum alibi, in eodem tamen uolumine, plenius inuenitur: Offeret, inquit, quicumque immolauerit uictimam, sacrificium similia. Decimam partem ephi consperfam oleo, quod mensuram habebit partem hin: & uinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ, dabit in holocaustum sue in uictimam per agnos singulos. Et arietis erit sacrificium similia duarum decimarum, quæ consperfa sit oleo tertie partis hin: & uinum & libamentum tertie partis hin, eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis domino. Quando uero de bobus feceris holocaustum aut hostiam, dabis per singulos boues similia tres decimas consperfa oleo, quod habeat medium mensuræ hin, & uinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ, in oblationem suauissimi odoris domino. Omnia igitur in libamentis his, per diuersas uictimas certis gradibus augmentantur. Nam similia in uittulis tres decimæ reperiuntur, in arietibus duæ, in agnis una decima, uel decima decimæ. Sic etiam olei uel uini media pars mensuræ hin, per uittulos singulos: minus autem per arietes, id est, pars tertia: minus quoque per agnos, id est, quarta pars offertur. Quia igitur longe superius cum de sacrificijs ageretur, diximus per similia quæ pura farina est, mentis puritatem intelligi: agnis singulis in sacrificio decima similia coniungitur, cum omnes qui per uetam innocentiam domino placere desiderant, mentis perficiunt sanctitatem, dum eam nullius criminis confusu contaminant. Quod decima decimæ in holocaustis plerumque poni iubetur, munditia mundo renunciantium, à secularium puritate discernitur. Qui enim in seculari conuersatione deo deseruiunt, quasi perfecti sibi uidentur, si criminalia quæque non solum ab actu, sed etiam à consensu suo repellant. Hanc denarij formam, & sui generis perfectionem, uirtutum suarum prerogatiua transcendunt, qui proficiendi desiderio cuncta quæ mundi sunt, derelinquunt: & primam decimam quasi iterum decimant, cum perfectionem uulgi imperfectam reputantes, ad perfectiora se extendunt: & carnis illecebras non solum à consensu repellere, sed earum quoque delectationem, imo & cogitationem pro uiribus à fere creto cordis nititur excludere. Nonnunquam tamen decima indeterminate dicitur, ut cuius modi sit illa perfectio, non discernatur. In agnis tamen holocausti uinum decima decimæ semper intelligenda est: quia mos est scripturæ, ut quædam locis competentibus diligenter exponat, eademque alijs in locis prætermissis, subintelligenda relinquant. In arietibus ue-

ro similia decima geminatur. Qui enim sibi uiuit, & quasi agnus spiritualis sua innocentia contentus est: sufficit ei ad propriam puritatem, si iniquitati nec affectum, nec cogitationem apponit. Cum autem docendi officium suscepit, maiori periculo urgetur: ne forte qui uirtute animi carnis suæ presserat incensum, iam in multorum notitiam delatus, alijs laudibus se præbeat corruptedum. Tutius quippe auditur ueritas, Augustini uerba sunt hæc, quæ prædicatur. Cum enim auditur, humilitas custoditur: cum autem prædicatur, uix non subrepat cuius hominum quantalacumque iactantia, in qua utique maculatur conscientia. Duæ ergo decimæ sunt doctori, si & uiuendo nullam prauitatem affectet: & docendo, ab inanis gloriæ contagione conscientiam mundam seruet. Qui uero non solum doctoris officium, sed & regiminis pondus suscipit: tertiam, & hanc quidem uehementiorem, sui lapsus occasionem reperit. Suscepta quippe cura regiminis, cor per diuersa diuerberat: & impar quisque inuenitur ad singula, dum confusa mente diuiditur ad multa. Fit mens in exteriorum dispositione sollicita, & sui solummodo ignara, scit multa cogitare, se nesciens. Ita fit ut ab studio suæ inquisitionis aliena, ne ipsa quæ patitur damna consideret, & per quanta delinquit ignoret. Sepæ dicitur multa suppetunt, dumque agi possunt quæ subiecti, quia acta sunt admirerentur, in cogitatione se animus eleuat: & plene in se iram iudicis prouocat, quauis per iniqua foras opera non erumpat. In bouis itaque holocausto duabus decimis, quas præmisimus, tertia iungitur, cum pastores sanctæ ecclesiæ post conuersationis suæ puritatem, post doctrinæ simplicitatem, etiam in dispensatione sibi tradita, per cordis sinceritatem deo placere conantur. Sicut autem per hostias supra dictas similia mensura uarie distribuitur, sic & olei uinique per easdem hostias distributio uariatur. Media quippe pars hin per boues singulos, tertia per arietes, quarta per agnos offertur. Per oleum autem spiritus unctio, per uinum lætitia designatur. Eis igitur qui propter deum amplius laborant, abundantior sine dubio sancti spiritus consolatio ministratur. Ex huberiere autem gratia, huberius & lætitia generatur. Quia ergo (ut diximus) maius est pondus regiminis, quam solius prædicationis, qui tamen suæ tantum innocentie custodes sunt, minori sollicitudine urgentur, quam quibus cum suorum actuum custodia, alienæ iussu instructionis labor iniungitur: non immerito maior olei uinique mensura bobus quam arietibus, arietibus quam agnis tribuitur: ut quæ amplius laborat, etiam in præsentem plus mercedis accipiat

& ditior fiat muneribus, quod ad seruandū proprior est inuentus. Hæc igitur sunt libamenta, quæ cum holocaustis in solennitate pentecostes offerri iubentur: ut quorū in panibus incorruptio futura signatur, quoniam iam à carnis sanguinisque infirmitate Christo conformes alienabuntur, eorum quoque in holocaustis & eorum libamentis, qualis in hoc mundo fuerit tam mens quæ actio, designetur. Nec mouere debet, si in illa die quæ futuri seculi typum tenet, holocaustorum immolatio celebretur: quia conseruata iustitiæ labor quamuis ibi non repetatur, quasi tamen non præterisset, domino presentatur, ut iustorum meritis digna retributio compensetur. Hinc enim per Isaiam scriptum est: Dicitur filiis Sion, Ecce saluator tuus uenit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Iam ad reliqua transeundum est.

Isai. 62.  
Matt. 21

**Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos, hostias pacificorum.**

Hircus pro peccato qui domino immolatur, quod eos designet, quæ uitia sua mortificat, & per dignos penitentiae fructus ueniam mereatur, superius in libro duodecimo tractatum est. Pacificæ uero hostiæ, mediocris conuersationis typum tenent, eorum scilicet qui nec in flagitiorum gurgitem lapsi sunt, nec tamē ad perfectionis culmen tendunt. Cui ergo holocaustis hircus pro peccato & agni pacificorum adduntur, omnis electorum numerus, qui in cælesti patria congregandus est, adimpletur. Omnes hæc uictimæ nouo illi sacrificio, panibus uidelicet primitiarum, subiunguntur: quia iustus omnibus & in mente uirtutum perfectio, & in carne dabitur incorruptio. Offerent igitur sacrificium nouum, offerent quod accipient. In nouati enim tam mēte quam corpore, illius in sempiternum uacabunt laudibus, cuius inestimabilibus fruuntur muneribus. Inde est quod de his agnis pacificorum statim subiungitur:

**Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedent in usum eius.**

Si legem uniuersam percurras, puto quod aut uix, aut nunquam amplius super pacificis hostijs hoc decretum reperiās. Superius namque pluribus in locis hæc pacificorum lex fuerat constituta, ut macatis uictimis, eas sanguis funderetur, adipēs cremarentur, armus dexter cū pectusculo in partē sacerdotis feruistraret. Dicitur igitur mihi Iudæus, cur in hoc loco constitutio illa soluitur: cur quod generaliter decretum est, non ubique seruetur. Nō

enim agni isti iubentur occidi, nō eorum sanguis effundi: non cremantur adipēs, nec sacerdoti portiones aliquæ sequestrantur: sed integros coram domino leuare præcipitur, integros suis uisibus applicare. Ut igitur nouitatis huius mysterium inuestigemus, in die siquidem noui sacrificij dignum est, ut ueteris consuetudinis frangatur lex: sacerdos noster Christus est, & sacerdos maximus inter fratres suos, sicut iam supra tractatum est. Hic hostias pacificas panibus primitiarum apponit, cum eos qui in mundana conuersatione fide illius & dilectione sanctificati sunt, in æternitate futura, ad eandem quæ perfectis tribuitur, uitæ nouitatem perducit. Quos etiam eleuare coram domino dicitur, quia fauente patre, de præsentemiseria ad honores æternos sustollit. Hi igitur tunc cedent in usum eius, quia liberari occupatione terrena, laudibus eius in æternum uacabunt, de illius societate lætantes, & mutuam illi lætitiā de sua salute præbentes, sicut scriptum est: Gaudebit spiritus super sponfam, gaudebit super te deus tuus. Quod uero agni isti anniculi esse dicuntur, nec iste pacificorum ritus est. Soli namque holocaustorum agni anniculi esse solent, non pacificorum. Sed & de hoc illius uitæ perfectioni aptissime congruit, de qua in psalmo canitur, cum loquente patre, sermo de Christo habetur sub persona Dauid: Et thronus, inquit, eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum. Thronus quippe Christi omnes illi sunt, in quorum mentibus eius spiritus requiescit: quia anima iusti, sedes sapientiæ est. Omnes igitur in ciuitate illa anniculi erunt: quia iuxta Isaiam, non erit ibi amplius infans dierum, nec senex qui nō impleat dies suos, quando thronus Dauid sicut sol in conspectu dei, & sicut luna perfecta in æternum. Nec hoc prætereundum est, quod in hac die duo pro pacificis offeruntur agni. Duo namque agni, sicut in emundatione leprosi plenus disputatum est, duplicem signant innocentiam: quando non solum actu, sed & affectu proximorum læsio declinatur: nec sola facie, sed & mente mansuetudo seruatur. Quam in nocentiæ plenitudinem hic assequi nequaquam possunt, quicumque temporalibus occupati, perfectionis fastidium non apprehendunt: quæ magnum est eis, licet iracundiam penitus nō excludant, si timore diuino ligati, iracundiam suscitata frenare sufficiant. In ciuitate autem Ierusalem, cuius ponit deus omnes fines pacem, etiam pacifica ad duorum agnorum mensuram pertingunt: quando post innocentiam operis, quam hic contra commotionum suarum impetus non sine sollicitudine seruauerunt, interiora quoque iustorum iam pacificata, domino benedicunt. Sequitur:

Isai. 62.

\*E\*

Psal. 88.

Isai. 65.

Psal. 147

Et uocabitis hunc diem celeberrimū atque sanctissimum. Omne opus ser uile non facietis in eo: legitimū sem piternum erit in cunctis habitaculis & generationibus uestris.

Apertissime in typi illius ueræ libertatis no stræ dicitur eis, ut in hac die nullū seruire fa ciant opus: quia quoscunq; filius tunc libera uerit, nec cupiditas iniquitati seruire compel let, nec corruptio neccipitati. Quia uero de messis tēpore sermo cepti haberi, legem me tendi quam & ante posuerat, repetit, dicens

Postquam autem messueritis sege tem terræ uestræ, non secabitis eam usque ad solum: nec remanentes spi cas colligetis, sed pauperibus & pe regrinis dimittite eas. Ego dominus deus uester.

Si seges usq; ad solum secetur, quicunq; de inceptis accesserit, materia laboris exhausta, nō inuenit ubi operetur. Cum igitur seges sa cra scriptura dicatur, sicut plenius libro ter tiodecimo disputatum est, quicunq; acumine intelligentiæ sensus illius penetrās, alieno in tellectu præiudicium facit, ut iam neminem sibi capere posse existimet, ultra quam ipse cō prehendere potuit: hic quantū ad opinionem suam, segetem diuinam usq; ad solum secuit, qui omnes scripturæ sensus exhaustisse se cre didit. Ab hac autem opinione carnalis Israel maxime fuerat repellendus, ne sibi legis pro funda penetrasse uideretur, cum sensu inuali do uix literæ superficiem decerpisset, & spiri tus soliditatem penitus ignoraret. Hinc enim habes in historia ueteri, quia cum Dauid in a gro lateret, fugiens à facie Saul, Ionathas fili us Saul uenit in agrum iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cum eo. Notum est nanque per Dauid, Christum significari. Saul autem illius populū typum gerit, cuius etiam suis tē poribus princeps fuit. Ab huius facie Chri sti notitia fugit, cum à persequentium Iudæorum notitia se abscondit. Latet autem in agro, & ut scriptura dicit, latet in loco quæ uergit in a ustrum, quia occultatur CHRISTVS in scripturis, loco utique uerbi segetibus abun danti, & luminosam plagam mysticorū sen suum respicienti. Ionathas, qui interpretatur columbæ donum, persecutoris filius, & con tra patris uoluntatem Dauid per amicitiam copulatus, chor; prophetar; designat: q̄ à spi ritu sancto prophetiæ munus accepit, ex car nali Israel ortus, sed nostro Dauid licet patre persequente, dilectionis fœdere coniunctus.

1. Reg. 20.

1. Reg. 20.

uid: uenit quilibet prophetar; in agrum scri pturarum, uenit mente & opere, actu & intel lectu. Actū nanque uenit, qui scribere pouit, & labore suo scripturis aliqd addidit. Intel lectū uenit, q̄ ab alijs scripta recte intellexit. Venit iuxta placitū Dauid: q̄ ut filius dei p̄ prophetas incarnandus p̄nunciaretur, dispo sitio eius fuit. Venit & puer paruulus cū eo: q̄a carnalis ille populus, sensibus puer, pphe ticus scriptis adhæsit. Ad quē loquitur Ionathas, dicens: Vade & affer mihi sagittas, q̄s ego ia cio. Cumq; puer cucurrisset, iecit aliā sagittā trans puer. Scriptura pphectica q̄si duas sagit tas iacit, cū & historicū & mysticum legenti bus intellectu infundit. Sed secūda sagitta pu erum trāsit, q̄a mysterij indagatio carnalis Is rael uires excedit. Primū itaq; iaculū currens apprehēdit, secūdi uelocitate p̄uenit: q̄a hi storia adhæsit, allegoricis interpretatiōibus minus idoneus. Vñ & subditur: Venit itaq; puer ad locum iaculi q̄d miserat Ionathas, & clamauit Ionathas post tergū pueri, & ait: Ec ce ibi est sagitta porro ultra te. Ipsa p̄pe scri ptura satis inuuit, si sit q̄ aduertat, & quasi cla more ualido humanā r̄p̄ere nitit̄ surditatē, aliud apud se inuestigandum esse p̄ter q̄ q̄d li tera sonat. Sed q̄a puer iste Moyſen nō intelli git, nec Christo credit. Vñ & Ionathas post quam iaculū secundum ultra puer; esse inno tuit, iam ipsi Dauid loquēs, puerō tñ nō aduer tēte: Festina, inqt, uelociter, ne steteris. His q̄ pe uerbis odiū paternū ei innotuit. Sic enim & ante ambo disposuerat: Si dixerō, inquit, puerō, ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu ueni ad me, quia pax tibi est. Si autem sic locu tus fuero, ecce sagittæ intra te sunt: uade, quia dimisit te dñs. Si ergo sagittæ Ionathæ intra puer; sunt, id est, si alijs ex illo populo sensus propheticos in scripturis cōprehēdit, pax est Dauid: qm̄ quicunq; fuerit qui scripturas rec te intellexerit, à Christi fide discordare non poterit. Si enim crederetis, inquit Moyſi, cre deretis & mihi. Cum uero sagittæ puer; trāſ eunt, Dauid pacē nō habet. Inde enim est, q̄d populus ille quasi inimicū Christum perfec tur: quia legē prophetar; nō intelligens, le gi & prophetis contraria Christi sensisse ca lumniatur. Literam ergo solum tenens, nō de bet æstimare quod scripturæ sensum cōsum mauerit, & usq; ad solū segetis huius p̄uen rit. Nec inuideat his qui ex gētibus ad fidem accedunt, famelicis scilicet, qui iuxta Iob mes sem eius comedunt, si legis interna altius per serutentur: imo spicas quæ eo mittente remā ferunt, uel iuxta Deuteronomium, manipu lū quē oblitus ē tollere, sine cōtradictione gē ribus derelinquat: nec reuertat ut sibi eū asu mat, uidelicet ut diuina eloquia tanquam iuri suo ascribens, à possessione illorum alios ex cludat. Isti em̄ sunt paupes & p̄egrini: paupes

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Iohan. 5.

Iob. 5.

Deut. 24.

utique spiritu, ut humilibus reuelat deus se creta sua, quæ superbis abscondit: & hospites olim testamentorum, promissionis spem nō habentes, & sine deo in hoc mundo: nunc au tem ciues sanctorum & domestici dei, dum spicas seu manipulum spiritualium sentuum,

Ephe. 2.

quem in agro scripturarum populus ille per ignoratiam deseruerat, isti cum audiente ma xima colligunt: quia iuxta Isaiam, deserta in hubertatem uerſa aduenæ comedunt: & iux ta Zachariam, Tyrus & Sidon multam sibi sapientia assumptionerunt.

Isai. 5.

Zach. 9.

# RADVLPHI FLA

VIACENSIS, IN LEVITICVM MO

YSI, LIBER XVII.

Prefatio.



OCATI onem gen tium in cō summatio ne tempo rum futu ram, omes quos pro phetic; spi ritus atti git, præui derunt an te quā fieret. Præuidebant & prænu nciabant, & donec fieret suspirabant. In Isaiā loquens ipse filius dei ex persona hominis quē assump turus erat, Glorificatus sum, inqt, in oculis domini, & dixit: Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel cō uertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis fa lus mea usque ad extremū terræ. De quo idē propheta post aliquanta: Ite, ait, asperget gē tes multas: super ipsum cōtinuabunt reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, ui debunt: & qui nō audierant contēplati sunt. Et post pauca iā ecclesiam alloquitur, dicens: Lauda sterilis quæ non parit, decanta laudem & hinni quæ non pariebas: quia multi filij de fertæ, magis quā eius quæ habet uirum. Di lata locum tentorij tui, & pelles tabernaculo rum tuorum extende. Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit. Itemq;: Ambulabit, inquit, gen tes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & uide: oēs isti congregati sunt, uenerunt tibi. Tunc ui debis & affus, & mirabis & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitu do maris, fortitudo gentium cōuerſus tibi. Ad ipsum autem dominum cōuerſus propheta: Vtinam, ait, dirumperes cælos & descende res, à facie tua montes defluerent, ut notū fa ceres nomen tuū inimicis tuis, à facie tua gē res turbaretur. Ieremias quoq; post longam populi sui obiurationē, circa quem frustra se laborasse conqueritur, ad consolationē te dij sui, gentium electionem cōtemplatur, di

Isai. 49.

Isai. 52.

Isai. 53.

Isai. 60.

Isai. 64.

ens: In tempore illo, dicit dominus, ero de us uniuersis cognationibus Israel, & ipsi erūt mihi in populum. Sed quid mirum hoc? quid nouum est? Nonne & ante notus erat in Iu dæa deus, & in Israel magnum nomen eius? Quis est ergo Israel, cuius cognationibus se deum futurum esse promittit? Sequitur & ex ponit: Hęc dicit dominus, inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat à gladio. Po pulus enim ille traditus est gladio inimici & materiali & spirituali: quia foris, inquit, inter ficit gladius, & intus mors similis est. Sed ab hoc gladio, reliquæ per electionem gratiæ, saluæ factæ sunt. Reliquæ ergo istæ, id est, pars populi quæ gladium euasit, inuenit gra tiam in deserto, quam in gente sua non inue nerat. A contribulibus enim suis repulsi apo stoli, transferunt ad gentes: apud quas quan tam inuenerint gratiam, testatur Micheas p̄ pheta, dicens: Et erunt reliquæ Iacob in gen tibus in medio populorum multorum qua si ros à domino, & quasi stillæ super herbā quæ non expectat uirum, neque præstolatur filios hominum. Inuenit ergo gratiam in de serto populus qui remanserat à gladio: uad et ad requiem suam Israel. Sed ubi requiem inuenturus est uerus Israel, non tantum car nis propagatione, sed etiam fidei imitatioe? Longe, inquit, dominus apparuit mihi. Vbi longe nisi in nationibus, ubi fundatur exulta tione uniuersæ terræ mons Sion in lateribus aquilonis? In domibus ergo eius cognosce tur deus. Vnde & idem Ieremias post pauca subiungit: Surgite, & ascendanus in Sion ad dominum deum nostrum. Sion ecclesiam di cit, q̄ fundat in lateribus aquilonis cū gaudio uniuersæ terræ. Hoc em̄ declarat, cum subdi tur: Quia hæc dicit dñs, Exultate in lætitia Iac ob, & hinite cōtra caput gentiū. Quod est caput gētū, nisi q̄ in psalmo patri loquitur, di cēs: Eripies me de cōtradictōibus populi, cō stitues me in caput gētū? Cōtra hęc, dicit ex ultādū esse & uociferādū in lætitia Iacob: & p̄sonate, inqt, & canite. Sicut & in psalmo dē, Iubilare in conspectu regis domini: cum ante præmisisset, Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitia suā. Vñ & hic sequit: Ecce ego adducā eos de

Iere. 31.

Psal. 75.

Iere. 31.

Thre. 1.

Iere. 7.

Roma. 11.

Mich. 5.

Iere. 31.

Ibidem.

Psal. 47.

Iere. 31.

Psal. 47.

Iere. 31.

Psal. 17.

Iere. 31.

Psal. 97.

Iere. 31.

terra aquilonis, & congregabo eos ab extre-  
 mis terrar. Quos enim adducet ab extremis  
 terrar, nisi de quibus idem Ieremias alibi di-  
 cit: Domine fortitudo mea & robur meum,  
 ad te gentes uenient ab extremis terrar, & di-  
 cent: Vere m'edacium postederit patres no-  
 stri, uanitatem quæ eis non profuit: Quod &  
 psalmus testatur, dicens: Omnes gētes qual-  
 cunque fecisti, uenient & adorabūt coram te  
 domine. Vnde & hic paulo post subdit: Au-  
 dite uerbum domini gētes. ipsiq; per quos  
 audituræ erāt loquens, quorum sonus in o-  
 mnem terrā exiit: Et annunciate, inquit, in  
 insulis quæ procul sunt. Quis ad tantam eu-  
 dentiam oculos claudere possit, & cōtra ma-  
 nifestam lucem obstinatus existeret? Paucissi-  
 ma tamen sunt quæ proferimus, & quasi de  
 immensa lignorum congerie, duo uel tria ex-  
 cipiuntur uirgulta, ex quibus modicus accen-  
 datur ignis ad illustrandum ostendendumq;  
 quod proposuimus. Pauca quidem de scri-  
 pturis ponimus testimonia, sed tā (ut credi-  
 mus) sufficientia. Alioqui si scripturæ cor-  
 pus percurras, omnes hoc habet, omnes hoc  
 indicant, orituram uel ortam ex Iudæis gen-  
 tium salutem, sicut & per Balaam sanctus lo-  
 quitur spiritus, dicens: Orietur stella ex Iacob,  
 & confurget uirga de Israel: & percutiet di-  
 ces Moab, & erit Iudæa possessio eius. Et  
 post pauca: Heu, inquit, quis uicturus ē quā-  
 do ista faciet dñs? Non præteribo Osee, qui  
 caput gentium nobis manifeste exponit, imo  
 lapidem angularem, in quo & Iudæorū & gē-  
 tium salus consistit. Postquā em præmisit de  
 um dicentē, Et erit in loco ubi dicitur eis, nō  
 populus meus uos, dicitur eis, filij dei uiuentis:  
 ilico subiunxit, Et congregabūt filij Iu-  
 da & filij Israel pariter, & ponent sibi met cap-  
 ut unū, & ascendent de terra. Per Israel em,  
 eo quod in Samaria uitulum aureus fabricatus  
 sit, gentes idololatras designauit per Iudam  
 aut, Iudæos. Et ascendēt, inq; de terra: quam  
 ascensionem in cordibus suis disponit, iuxta  
 illud: Si confurrexistis cū Christo, q̄ sursum  
 sunt querite, nō q̄ super terram. Prætereo So-  
 phoniam, per quem dñs se redditurū promit-  
 tit populis labium electum, ut uocet omnes  
 in nomine dñi, & seruauit ei humero uno: ul-  
 tra enim flumina, inquit, Aethiopiæ, inde sup-  
 plices mei. filij disperforū meorū deserent mū-  
 nus mihi. Sed Zachariam non transibo, q̄ ap-  
 plicandas gētes multas ad dñm in die ista p̄-  
 dixit: Venient enim, inquit, populi multi, di-  
 centes, Eamus & deprecemur faciem dñi, &  
 quigramus faciem dñi exercitū. Et post pau-  
 ca: In diebus illis apprehendēt decē hoies ex  
 omnibus linguis gentiū, & apprehēdent sim-  
 briam uini Iudæi, dicentes: Ibi uos uobiscum,  
 audiuimus em qm̄ deus uobiscū est. Hæc est  
 societas Israel & Iudæ, quā pauloast ex Osee

cōmemorauimus, qui pariter pergunt, & pa-  
 riter de terra cōscendunt: statuentes sibi met  
 caput unum, uinum scilicet Iudæi, cuius sim-  
 briam apprehēdunt, memoriam uidelicet il-  
 lius q̄ a corporali eius prætura usq; ad nos  
 descēdit: unde & mulier hæmorrhousa tactu  
 fimbriæ huius sanata est. Quod aut dixit, de-  
 cem hoies ex omnibus linguis gentiū, gen-  
 tes significat iam legi subditas, secundum il-  
 lud Micheæ seu etiam Isaiæ: De Sion egredi-  
 etur lex, & uerbum dñi de Ierusalem: & iudi-  
 cabit inter populos multos, & corripiet gen-  
 tes fortes usq; in longinquum. Item post pau-  
 ca Zacharias: Exulta, inquit, satis filia Sion, ec-  
 ce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator: ipse  
 pauper & ascēdens super asinā & super pul-  
 lum filium asinæ, & loquetur pacē gentibus,  
 & potestas eius a mari usq; ad mare, & a flu-  
 minibus usq; ad fines terræ. Vltimus accedat  
 etiā Malachias, q̄ inducit dñm sacerdotēs in-  
 crepantem: Non est mihi uolūtas in uobis, di-  
 cit dñs exercituum, & munus non suscipiam  
 de manu uestra. Ab ortu em solis usq; ad oc-  
 casum, magnū est nomen meū in gentibus, &  
 in omni loco sanctificatur & offertur nomini  
 meo oblatio mūda, q̄a magnū ē nomē in gē-  
 tib; dicit dñs exercitū. Iā figurā si regram,  
 q̄ in huius rei mysteriū præcesserunt, pluri-  
 mæ quidē sunt: sed nos pauca cōmemorabi-  
 mus, ut sic quo tendimus perueniamus. Hinc  
 est quod ois generis animantia congregātur  
 in arcā, in typum oim̄ gentiū, q̄ in ecclesia cō-  
 gregari habebant. Vñ & Petrus iam tpe im-  
 minente, quo figuræ umbra in ueritate trās-  
 iret, uidit cælum apertū, & uelut lineum ma-  
 gnū de cælo in terrā summitti, in q̄ erant oia  
 quadrupedia & serpētia terræ & uolatilia cæ-  
 li, & dictum est ei: Surge Petre, macta & mā-  
 duca. Qui cū respondisset se nihil immūdum  
 unquam comedisse, audiuit iterū, ne immū-  
 dum diceret quod deus mundasset. Quod q̄a  
 de hominibus sibi dīctū intellexerit, ostēdit  
 ipse postea, Cornelio loquens: Mihi, inquit,  
 ostendit deus, ne neminem communem aut im-  
 mundum dicere hoīem. In typum ecclesiæ q̄  
 ex gentibus colligenda erat, & legem diuinā  
 susceptura, Moyſes adhuc puer a filia Phara-  
 onis nutritur: & iam uir factus, Aethiopiſſæ  
 coniugio sociatur. In typum ecclesiæ, Rahab  
 meretrix Iericho perente saluator, coccineo  
 funiculo per fenestram emisso: ut confessio  
 sanguinis Christi, in ore credētium exprime-  
 retur. Dehinc sub Gedeone forma ecclesiæ  
 est, cum siccatur uellus, & arena more comple-  
 tur. Item sub Dauid, cum ad placandam ani-  
 maduersionem supernam, in area Ornan le-  
 busæi construitur ara, holocausta offerūtur,  
 & pacifica: figuris exprimitur, quod uerbis  
 per Malachiam postea prænūciatum est, sic-  
 ut pauloante commemorauimus, dicente do-

Matt. 9.  
 Mar. 5.  
 Luca. 8.  
 Zach. 8.  
 Mich. 4.  
 Isai. 2.  
 Zach. 9.  
 Matt. 24.  
 Mala. 1.  
 Gene. 7.  
 Actu. 10.  
 Ibidem.  
 Exo. 2.  
 Num. 12.  
 Ios. 5.  
 Iudic. 6.  
 2. Re. 24.

mino: Ab ortu solis usq; ad occasum, magnū  
 est nomen meum in gentibus, & in omni lo-  
 co sacrificatur & offertur nomini meo obla-  
 tio munda. Typus fuit ecclesiæ, cum in ma-  
 trimonium Salomoni iuncta est filia Phara-  
 onis. Typus ecclesiæ fuit, secundum Augusti-  
 num, etiam transfugatio Babylonis. Sed ni-  
 mis in longum præfationem istam protraxi-  
 mus: iam quo tendimus, accedendum est. Oēs  
 ergo (ut diximus) antiqui prophetæ & præ-  
 uidebant, & desiderabant dies istos, plenitudi-  
 nem temporum: in qua ueniret salus uniuersa-  
 lis, generis humani redemptio. De hac em̄  
 salute, ut testatur beatus Petrus, exquisierunt  
 atq; scrutati sunt prophetæ, qui de futuris in  
 nobis gaudijs prophetauerunt, scrutantes in  
 itium, id est, illum qui a principio cūcta hæc  
 disposuit, quod uel quale tempus significaret,  
 qui in eis erat spiritus Christi, prænūcians  
 eas quæ in Christo sunt passionēs & posteri-  
 ores glorias. Quibus reuelatum est, quod nō  
 sibi ipsi, nobis autē ministrabant ea quæ nūc  
 nūciata sunt nobis, spiritus sancto missio de cæ-  
 lis. Quamobrē & legislator qui hæc nostra  
 tempora non tam uerbis quàm sacramentis  
 expressit, inter cæteras solennitates Israel in  
 typum huius nostri gaudijs, etiā septimi men-  
 sis festiuitates instituit. Septimus namq; men-  
 sis tempus designat gratiæ, in quo iuxta Apo-  
 calypsum, septem spiritus dei missi sunt in o-  
 mnem terram. Ad hoc enim & illud respicit,  
 quod septem annis & septem mensibus tem-  
 plum a Salomone constructum est. Siquidē  
 quarto anno regni ipsius, mense secundo cœ-  
 pit edificari: & undecimo anno, mense octa-  
 uo consummatum est. Toto enim hoc tempo-  
 re a Christi aduentu usq; ad reditum, per se-  
 ptiformem spiritus gratiam cōstruitur eccle-  
 sia, donec in fine temporum cōsummetur. Se-  
 ptem mensibus in regione Philistinorum ar-  
 ca dei fuit. & in loco qui principi Gog olim  
 nominatus fuerat, Iezechiel sepulchrum Isra-  
 el futurum, & septem mensibus ibi sepeli-  
 endum esse prædicit. Ad mensis ergo septimi fe-  
 stiuitates legislator accedens, sic incipit:

De prima die septimi mensis.  
 Caput 1.



Locus ubi dicitur  
 ad Moyſen, dicens: Lo-  
 quere filijs Israel, Me-  
 se septimo, prima die  
 mensis, erit uobis sab-  
 batum memoriale clangentibus tu-  
 bis, & uocabitur sanctum.

Si mensis septimus, ut dictum est, tempus  
 fidei gentium intelligitur: quæ erit prima

dies mensis huius, nisi sub prædicatione apo-  
 stolorum, quando in omnem terram disper-  
 sus usq; in fines orbis, tanquam tubæ cælestes,  
 Christi euangelium sonauerit: Fides enim ex  
 auditu, auditus aut per uerbum Christi. Quo-  
 modo autem audient sine prædicatione? In tuba  
 igitur prædicationis, nostræ fidei prima dies  
 est. Mensis ergo septimi diem primam, festi-  
 uam legislator celebrari præcepit: ut præfi-  
 guraret, quæ esset futura lætitia in reditu filij  
 adolescentis, qui post dissipatā substantiā par-  
 tem, quæ patre distribuente iuri illius cesserat,  
 ad patrem reuersus est. A quo cum tanta be-  
 nignitate suscipitur, ut accurreret in occursum  
 eius, & corruens in illius amplexus, iubet  
 proferri stolā primam: & induite, inquit, eū  
 & date anulum in manu eius, & calceamen-  
 ta in pedes: & adducite uirulum saginatum &  
 occidite: & manducemus & epulemur, quia  
 hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perie-  
 rat, & inuentus est. Deī senior frater noster  
 quoties appropinquat domui huic, in qua cæ-  
 leste celebratur cōuiuuium, audit symphoniā  
 & chorum, ecclesiasticas uidelicet solennita-  
 tes, & lætitiā in Christo credentium: sed nō  
 intelligens tantorū causam gaudijs, aut cer-  
 te inuidēs, adhuc intrare detrectat, donec in  
 fine seculi pater ad eū exeat, id est, ad cogno-  
 scendum præbeat se illi: & blanda sua satisfa-  
 ctione hanc eius indignationem reprimens,  
 inuolūm ad nos, huius nostræ mensis so-  
 cium reddat. Solennitatis ergo nostræ prin-  
 cipium, quasi prima dies septimi mensis, tem-  
 poribus (ut diximus) apostolorum fuit, quan-  
 do prima gentium facta est uocatio, clangen-  
 tibus tubis, mundum scilicet per lustrante to-  
 nitruo diuinæ prædicationis. Quod sabbatū  
 cum per legē memoriale nominatur, ad hoc  
 referendum uidetur, quia adolescēs ille pro-  
 cuius reditu festiuitas celebratur, post longā  
 peregrinationis famem tandem in se reuer-  
 sus, in patris memoriam se recepit, & cum ge-  
 mitu proclamauit, dicens: Quā mercenarij  
 in domo patris mei abundāt panibus, ego au-  
 tem hic fame pereor: Quod & in psalmo ma-  
 nifeste declaratur, cum dicitur: Reminiscētur  
 & conuertentur ad dñm uniuersi fines terre.  
 Quia uero sub hac recordatiōe adolescēs iste  
 iugum pristinæ seruitutis excussit, alieno op-  
 pe dño adhæserat, & porcos illius diu pau-  
 erat, in figurā primæ huius nostræ libertatis,  
 etiam de hac festiuitate subiungitur:

Ome opus seruile nō facietis in eo,  
 & offeretis holocaustum domino.

Holocaustum, uel potius holocausta huius  
 diei, liber Numerorum plenius nobis ex-  
 ponit, dicens: Numerus septimi prima dies, ue-  
 nerabilis & sancta erit uobis: omne opus ser-  
 uile non facietis in ea, quia dies clangoris est

Psalm. 18.  
 Roma. 10.  
 Luc. 15.  
 Luc. 15.  
 Luc. 15.  
 Psalm. 21.  
 Num. 29.



& tubarum: offeretisq; holocaustum in odorem suauissimum domino. Vituli de armenio unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem: & in sacrificijs eorum similia oleo consperse tres decimas per singulos vitulos, duas per arietem, decimam per agnū: qui simul sunt agni septē. Hęc omnia quoniā libro præcedēte tractata sunt, laborē nostrum rursus nō exigunt. Nā de boue uel ariete, quod siue bos siue aries, nūc unus, nūc duo ponantur: sufficiens, ut credimus, ibi ratio reddita est. De hac autem solennitate notandum est, quod in psalmo maxime cōmendatur, cū dicitur: Exultate deo adiutori nōro, iubilate deo Iacob. Sumite psalmum & date tympanū, psalteriū iucundū cum cithara. Bucinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestræ. Vbi em̄ deū adiutorē nostrū nominat, tempus gratiæ designat, in q̄ p̄ sp̄m̄ Christi lex cōpletur, q̄ ante iuuantē gratiam, peccatores quidē conuicit, sed peccata auferri non potuit. Quod autē dicitur, sumite psalmum, & date tympanum: illud respicit, quod ex lege pauloante commemorauimus, in die clangoris & tubarū ab opere seruili esse cessandum: quoniam qui recipiunt tubam euangelicæ prædicationis, quæ psalterij instar de supernis sonat, reddere debent tympanum quod ex corio sicco conficitur, ut scilicet ab illicitis uoluptatibus corporis nostri coris sicetur. Cum uero subiūgitur, buccinate in neomenia tuba: manifeste dies clangoris & tubarum exprimitur, quæ in Calendis mensis septimi celebrari iubetur. Neomenia siquidē noua luna interpretatur. Hęc est prima mensis dies, quia iuxta lunę cursum computat Hebræi mēses suos, singulas lunationes promēnsibus accipientes.

De decima die septimi mensis. Caput II.



Ranſit Legislator ad alia mensis huius festiuitatem, ita subiungens: Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Decimo die mēsis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur sanctus.

HÆC est dies in qua pontifex ingrediebatur sancta sanctorum semel in anno, portans secum sanguinē uictimæ suæ, cuius asperſione expiabat sanctuariū atq; exterius tabernaculū, deinde etiā altare holocausti qd̄ erat ante introitū tabernaculi. De hui⁹ diei sacramento nos iam superius libro duodecimo plenius tractauimus: ubi apparuit, docēte Apostolo, oīa hæc in Christo fuisse cōpleta, qui assistens pontifex futurorum bonorū, non per sanguinem hircorū aut taurorū, sed per propriū sanguinē introiuit semel in san-

psal. 80.

\* noſtra

Heb. 9.

cta, æterna redemptione inuenta. Huius uero sanguinis omniū credentiū expiatio fuit: ipse est enim qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Huius sicut passio per immolationē uituli, sic & resurrectio p̄ figurabatur per eiusdem uituli concremationē. Mense ergo septimo, festiuitas hæc iussa est celebrari, q̄a postquā uenit plenitudo tēporis, misit deus filiū suū, factum ex muliere, factū sub lege, ut eos q̄ sub lege erant redimeret. Decima dies mensis, huic festiuitati deputata est: quia sicut per Christi grām legis adimplētur præcepta, sic per eius mortē & resurrectionem legalia complentur promissa. Hinc est enim quod in passionis eius narratione euangelista testatur, dicens: Hoc autē totū factū est, ut adimplerētur scripturæ prophetarū. Dicitur ergo: [Decima die mēsis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur sanctus. Affigetisq; inquit, animas uestras, & offeretis holocaustum dño.] Post illam expiationē quam sacri sanguinis nobis effusio contulit, exigitur & à nobis nostræ humiliationis afflictionisq; oblatio. q̄a sacrificium deo est spiritus contribulatus: & nosmetipſos iudicantes, teste Apostolo, promeremur, ne à dño iudicemur. Iude est, quod cū per Ieremiā sicut in præfatione libri huius commemorauimus, promississet, dñs se ab extremis terræ gentes congregaturū. Adducā, ingens, eos de terra aquilonis, & cōgregabo ab extremis terrę, inter q̄s erūt cæcus & claudus, p̄gnans & pariens simul, cœtus magnus reuertentiū huc: illico subiūxit, In flētu ueniēt, in precib⁹ deducā eos. Per Zachariā quoq; Effundā, inq̄, sup̄ domū Dauid & sup̄ habitatores Ierusalem, sp̄m̄ gratiæ & precū. & post pauca, In die illa magn⁹ erit planctus in Ierusalem, sicut plāctus Adadremmon in campo Maggeddo: & plāget terra, familiæ & familiæ seorsum. Familiæ dom⁹ Dauid seorsum, & mulieres eorū seorsum. Familiæ domus Nathā seorsum, & mulieres eorū seorsum. Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorū seorsum. Familiæ Semei seorsum, & mulieres eorū seorsum. Oēs familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorū seorsum. Præmiserat em̄ p̄pheta p̄cēnitentiā habitantiū Ierusalem, qua Christi doluerunt à se fuisse occisum: cū p̄dicante Petro, & facinus tm̄ arguētē, cōpuncti sunt multi ex ipsis, & ab apostolis suę salutis cōsiliū quaesierūt. Hanc igitur eorū tristiā p̄nunciauerat, dicens ex ipſius dñi p̄sona: Et aspicient ad me quē cōfixerunt: moxq; sermonis formā uertēs, & plangēt, inq̄, eū planctū q̄ si sup̄ unigenitū, & dolebūt sup̄ eū ut doletur solent in morte primogeniti. Post hūc uero specialē planctū primitiæ illius ecclesiæ, q̄ tantū facinoris reatū abluir, trāsfert oculos p̄pheta in totius ecclesiæ corpus: & ḡnraliter

Apos. 1.

Gal. 4.

Matt. 16.

Psal. 50.

1. Cor. 11.

Ierc. 31.

Zach. 12.

Aſſū. 2.

Zach. 12.

omnium, qui ex quibuscuq; erroribus ad deum reuertunt, sicutum distinguunt, dicens: In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut plāctus Adadremmon in campo Maggeddo. Ierusalem nō iam unam illam ciuitatem, de cuius habitatoribus dixerat dñs, aspiciēt ad me quem cōfixerunt: sed ecclesiam intellige, quæ ab illa terrestri incipiens Ierusalem, gētes occupauit, & usq; ad terminos orbis dilatata est. Adadremmon uero, ut ait beatus Hieronymus, urbs est iuxta Ierusalem in campo Maggeddo, in q̄ Iosias rex iustus à Pharaone, cōgnomento Nechaō, uulneratus est: quem luxit uniuersus Iuda & Ierusalem, sicut scriptura testatur, & Ieremias maxime. Adadremmon igitur iuxta Septuaginta, malū granatum interpretatur: uel ut expressius dicamus, hort⁹ malorū granatorū. Rhoon quippe græce posuerunt, qd̄ significat nō unā arborē malorū granatorū. I. mali punici, sed locum his arboribus cōstitutum. Maggeddo quoq; pomorum eius, interpretatur. Quis est autem hortus malorum granatorum nisi ecclesiæ, cui sp̄s in Canticis loquitur, dicens: Hortus cōclusus for̄ mea sponsa, hortus cōclusus, emissiones tuę paradisi malorū ponicorum? Ad quē & ipsa: Dabo, inquit, tibi poculum ex uino condito, & multum malorum granatorum eorum. Sicut em̄ in malo granato sub uno cortice diuersi granorū ordines continentur, sic & in diuersis ecclesiæ locis, diuersis sanctorū cœtibus, multa corda sub una fide ac dilectione iunguntur. Hęc autē ciuitas, hic hortus, in campo Maggeddo situs est, uidelicet in campo fructifero, in loco pomorū eius: quia totum occupās orbem, locum prius sterile fecundū reddidit, p̄ferēs in filijs noui testamēti poma noua, quæ in antiquis sanctis uetera dederat, iuxta illud Canticorū: Omnia poma dilectē mi, & noua & uetera, seruaui tibi. Iuxta hanc igitē urbē Iosias rex occisus est, q̄ interpretatur domini salus: q̄a Christus dñs, dum nobis p̄ passionē iunctus est, mortē suscepit: & moriēs, uiuentibus causa salutis fuit. Sicut igitur ciuitas Adadremmon Iosias mortē plāxit, sic & nos regis nostri: nō qd̄ doleremus q̄a mort⁹ est, imo gratias agimus qd̄ p̄ nobis mori dignatus est: sed tm̄ in cōtēplatione crucis ipsius, in lachrymas soluimur, dum perpēdimus quantum fuerit pondus captiuitatis nostræ, quæ si ne tanto precio solui nō potuit: & charitate illius cōpungimur, admirantes q̄ uicerit eū clementia, ut nostra crimina ferret tantus, & nostræ mortis ignominiam sustineret. Non est tū unus oim̄ plāct⁹, qm̄ diuersis affectibus agitur singuli, & dissimilis nobis ē gēmedī materia, dum quidam timore compunguntur, quidā amore. Isti etenim morte Christi in sui reatus cognitionem deducti, dum perpendunt

(ut diximus) quia deus pro homine mori nō potuit, nisi grauis esset damnatio, quam p̄ eius mortem homo reus euasit: hostiæ summi pontificis, afflictionis suæ hostiam sociant: et in lachrymis sese afficiunt, dum pro peccatis suis æterna supplicia p̄timeſcunt. Alij uero in quibus longa mœroris anxietudine iam formido consumpta est, postquā de præsumptione ueniæ securitas eis confertur, in amore cœlestium gaudiorū animus inflammatur: & q̄ prius flebant ne ducerēt ad supplicia, postmodum flere amarissime incipiunt, quia differuntur à regno. Plangit ergo terra, iuxta uocē prophetæ, familiæ & familiæ seorsum: q̄a aliter plangit familia Dauid, siue iuxta Septuaginta tribus Dauid, aliter tribus Nathan: dis similiter q̄q; tribus Leui, & tribus Semei. Per Dauid namq; qui post adulterium & homicidium digna satisfactione ueniā meruit, eorum designātur lachrymæ, qui reatus sui magnitudinem perpendentes, timore compuncti, graui mœroris anxietudine macerāt. Nathan uero propheta, cuius allocutione Dauid peccatum suum agnouit & plāxit: eos utique figurat, qui de proximorū salute solliciti, eorū peccata lachrymis profequuntur: & nunc orando pro ipsis, nunc etiā agendō cū illis, à peccati uoragine lapsos reuocare nituntur. Si quis enim errauerit à ueritate, & conuertitur quis eum: scire debet, quoniam qui cōuertit fecerit peccatorem ab errore uis suæ, salua bit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Hoc affectu tenebatur beatus ille, qui dicebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarū, & plorabo die ac nocte interfectos filia populū meī: Dolor meus super dolorem, cor meum mœrens. Iam uero tribus Leui, qui interpretatur assumptus, tribus sacerdotalis & ea sancta, nonne euidenter illorum typum gerit, q̄ iam per spiritum sanctificati, & in amorē uirtutum assumpti, amplius plangunt quod bonis perennibus defunt, q̄ plāgebant prius quā adhuc æterna supplicia metuabant? Quia uero charitas sanctorum sicut proximorū peccata deplorat, sic & bona perennia pximīs exoptat: sequitur tribus Semei, q̄ interpretatur auditio mea. Quod enim hoc in loco ad inuestigandum scripturæ sensum, hominis illius persona non sit discutienda, sed tantum nominis huius interpretatio requirēda: restantur Septuaginta, q̄ pro Semei, Simeon posuerūt, quod similiter exauditionem sonat: paruipendentes qd̄ literæ superficie corripiscunt, dū q̄ buscuq; uerbis sensum nobis p̄pheticū declarassent. Qui igitur per Semei, ipsi & per Simeon recte intelliguntur: quia quidē ueniens auditū præcipientem, ut benigni proximis existant, ipsi quoq; à domino petentes exaudiuntur, ut quod alijs impēdunt, citius assequantur. Da-

Zach. 12.

2. Re. 11.

2. Reg. 12.

Iero. 5.

Iere. 9.

*Luce. 6.* re enim, inquit, & dabitur uobis. Dilectio pp  
pe fraterna ipsa est, quæ diuinam singulari-  
ter meretur exauditionem, iuxta hoc quod  
*Mat. 18.* scriptum est, domino promittente: quia si duo  
ex uobis confenserint super terram, de omni  
re quæcunque petierint, fiet illis à patre meo  
qui in caelis est. Per tribus igitur Dauid & Na-  
than, intelliguntur hi, quæ sua uel aliena pec-  
cata deplorant: per tribus autem Leui & Se-  
mei, feliciores accipimus: qui mutato genere  
compunctionis, non iam conscientia stimu-  
lo fatigantur, sed suis orationibus tam sibi quæ  
proximis gaudia sempiterna mercantur. Oes  
igitur familie plangere phibentur, seorsum  
tamen & seorsum, quoniam alijs atque alijs  
affectibus in lachrymas resoluuntur. Quia  
uero spiritualium uirorum affectionibus ali-  
quid simile habent etiam perturbationes car-  
nalia, sicut sanctorum lachrymarum quibusdã  
abiniuem gradibus distinguntur, sic carna-  
lium fletus à spiritualis dignitate compuncti-  
onis longius separatur. Iusti namque uel sua uel  
aliena deesse peccata: sed multi amatores uul-  
nus quidem peccati non sentiunt, temporalia  
tamen flagella, quæ pro peccatis suis deo lu-  
dicante patiuntur, uel sibi uel alijs pertime-  
scunt. Plangentes itaque, quodammodo pec-  
nitentibus conformantur: tamen quasi mulie-  
res inter uiros deputadi sunt, quos ad lachry-  
mas non peccati poenitudo perduxit, sed diui-  
nae castigationis pondus uolenter inflexit. Sic  
& iustorum orationibus, carnalium petitiones  
quasi similes apparent: nam isti pro æternis,  
illi pro temporalibus cõmodis domino pre-  
ces fundunt, quæ uel sibi uel amicis cõferri de-  
poscunt. Muliebris tamen illa deputatur ora-  
tio, quæ fletibus assiduis terrenam aspirat abũ-  
dantiam, dum mens uirtutis appetitum non  
concepit, sed per uoluptatũ phantasmata ener-  
uis & dissoluta cogitatio discurrit. Huiusmo-  
di preces cum petentium saluti consulitur, sæ-  
pius à domino repelluntur, iuxta hoc quod scri-  
ptum est: Petitis, & non accipitis, eo quod ma-  
le petatis, ut in concupiscentijs uestris infuma-  
tis. Cum uero recipiuntur, ira diuina est: quia  
dimisi, inquit, eos secundum desideria cordis  
eorum, ibunt in adinventionibus suis. Mani-  
festum est igitur, quia in quacunque tribu ui-  
rorum mulierumque planctus seorsum & seorsum  
fit, quia longe à se inuicem distant, cõpũ-  
ctio quam feruor spiritus excitauit, & lachry-  
marum quas affectio carnalis expressit. Quia uero  
multis & alijs speciebus compunctio diui-  
ditur: sicut enim patribus uisum est, tor sunt,  
quor in anima una, imo cũ cõtis animabus sta-  
tus queunt qualitatesque generari: quia secun-  
dum mensuram puritatis, in qua mēs unaque  
que proficit, & qualitatem status in quam uel  
ex accidentibus inclinatur, uel per suam reno-  
uatur industriam, ipsæ quoque momentis sin-

*Zach. 12.* gulis reformantur: apte subiungitur, Omnes  
familie reliquæ, familie & familie seorsum,  
& mulieres eorũ seorsum. Necessè est igitur  
iuxta legis præceptum, ut in tempore expiati-  
onis nostre affligamus animas nostras: quæ sic  
ut ait beatus Gregorius, etiam qui in bonis  
operibus positi sunt, oportet nimis ut aut ti-  
more simplici, aut amore regni cælestis, mala  
quæ perpetrauerunt, deplorat.

**Affligetis ergo, inquit, animas ue-  
stras, & offeretis holocaustum dño.**

*Num. 29.* Holocausta etiam huius diei liber Numero  
rum nobis exponit, ubi sic legitur: Decima di-  
es mēsis septimi erit uobis sancta atque uenera-  
bilis, & affligetis aias uestras. Omne opus ser-  
uile non facietis in ea: offeretisque holocaustũ  
dño in odorem suauissimum: uitulos de armẽ-  
to unum, arietem unum, agnos anniculos si-  
ne macula septem. Eadem holocausta singu-  
lis festiuitatibus repetitur, pascha uidelicet,  
pentecoste, prima die mensis septimi, deci-  
ma eiusdẽ mensis. Ipsi namque qui credũt Chri-  
stum surrexisse à mortuis, etiam suæ resurre-  
ctionis spe gaudent, & pastores & agni: quo-  
rum multi in primordijs ecclesie tanquã pri-  
ma die septimi mēsis exiterunt, plures post-  
ea: sed & usque in consummationem seculi nõ  
sunt defuturi, qui omnes expiationis celebrat  
diem, dum mortem dñi sui memoria retinen-  
tes, affligunt animas suas: & hostiæ summi pō-  
tificis, suæ satisfactionis sacrificium iungunt.  
Ipsi igitur (ut diximus) singulis festiuitatibus  
per uitulos, per arietes, per agnos designat:  
quia licet aliquando uarietur numerus hostia-  
rum, cũ uituli aut arietes, nunc duo, nunc unus  
ponuntur: non tamẽ ad alios figura transfer-  
tur, sed circa eosdem diuersum aliquid figura-  
tur. Sequitur:

**Omne opus non facietis in tempore  
diei huius, quia dies propiciationis  
est, ut propicietur uobis dominus de-  
us uester.**

Notum est, quod primi parētis reatus nos  
& peccato seruos, & labori fecit onerosos.  
Sed sicut deo iuste indignante, in hanc neces-  
sitate incidimus, ut nec peccato resistere, nec  
laborem declinare possemus: sic eo nobis p-  
picio reddito, & peccati iugũ iam remissum,  
& à laboribus nostris requiem expectamus.  
Sub cuius libertatis nostræ sacramẽto, die p-  
piciationis sabbatum Iudæis indicitur: ut in-  
telligat dei populus, ex diuina misericordia  
diem illam se sperare debere, in qua nec cor-  
ruptioni subdatur, nec iniquitati seruire co-  
gatur. Quia uero præceperat lex, ut & animas  
suas affligerent, & quiescerent, de utroque sub-  
iungit, dicens:

**Omnis anima quæ afflicta non fue-**

**rit die hoc, peribit de populis suis: &  
quæ operis quippiam fecerit, delebo  
eam de populo suo.**

Aduertendum est, quãti ponderis sint res  
ipsæ, quatum sacramenta uel similitudines ne  
uiolari debeant, tanta feueritate interdicitur,  
ut uiolatoribus mors intenteretur. Nec enim  
iudaica illa afflictio, quæ hac in die ex legis ser-  
uabatur traditione, ieiunando forsitan uel nu-  
dis pedibus incedendo, aliud quàm Christiana-  
ni mœroris formam exhibuit, eorum scilicet  
qui inter prospera pauidi, & nonnunquam eri-  
am sub transiuentis affluentia lætitia mœsti, di-  
cunt cum psalmista: Dolor meus in conspe-  
ctu meo semper, quoniam iniquitatem meã  
ego cognosco. Itemque: Sitiuit anima mea ad  
deum fontem uitium, fuerunt mihi lachry-  
marum mœx panes die ac nocte. Hęc nempe sunt  
duo genera compunctionis, quæ supra distin-  
ximus: quorum unũ ex timore procedit, ali-  
ud ex amore. Pausatio quoque illa quæ corpo-  
raliter obseruabatur, nostra (ut diximus) qui  
etis tenuit sacramentum: quæ partim à nobis  
etiã in hac uita spiritualiter obseruatur, in fu-  
tura uero plenior expectat. Licet igitur um-  
bra quædam ibi fuerit ac species ueritatis, di-  
citur tamen: Omnis anima quæ afflicta non  
fuerit die hoc, uel quæ operis quippiam fece-  
rit, delebo eã de populo suo. Sic em & Abra-  
e de circumcissione dictum est: Masculus cuius  
præputij caro circumcisa nõ fuerit, delebitur  
anima illa de populo suo. Sacramentũ igitur  
uirtus ac excellentia, hac præcipientis dñi  
gentia commendatur: quæ etiam præcepti re-  
petitione nobis insinuat, cum subditur:

**Nihil ergo operis facietis in eo. Le-  
gitimum sempiternum erit uobis in  
cunctis generationibus & habitati-  
onibus uestris. sabbatum requietio-  
nis est. affligetisque animas uestras.**

Concluditque ritum huius diei legislator,  
ita subiferens:

**Die nono mēsis a uespero usque ad ue-  
sperum, celebrabitis sabbata uestra.**

Per diem iustitia, per noctem uero pecca-  
ti intelligitur. Vnde est illud: Fuisit aliquan-  
do tenebræ, nunc autem lux in domino. Si ue-  
ro quicquid iustum est, dies est: & lex dies est,  
& tempus gratiæ dies est. Nam & lex quidẽ  
sancta, & mandatum sanctum & iustum & bo-  
num. Sub lege dies nonus, sub gratia dies de-  
cimus est. Nihil enim ad perfectum adduxit  
lex. Finis autem legis Christus, ad iustitiam  
omni credenti. Ipse namque dixit: Non ueni le-  
gem soluere, sed adimplere. In lege partim p-  
cepta morum, partim sacramenta reperies. p-  
missorum. Hęc implentur per adiuuantẽ gra-

tiam, illa per redditam ueritatem: utraq; per  
Christum, & illam gratiam semper donatẽ,  
nunc etiam reuelantem: & illam ueritatẽ tunc  
promittentem, nunc exhibentem: quia lex p-  
Moyse data est, gratia autem & ueritas per  
Iesum Christi facta est. Lex igitur diem ha-  
buit, quæ tamen usque ad uesperum festiua nõ  
fuit: quia si præcepit, non iuuat: si promittit, nõ  
exhibuit: insuper & reuelanda quandoque iu-  
stitiæ ueritatisque reddendæ sacramentis, gra-  
ui scilicet onere subditos pressit. Sola igitur  
nihil gaudij mundo contulit, quia litera sine  
gratia peccatũ auxit, & præuaricatores nos  
fecit: & promissio sperantium fierens expe-  
ctationem, potius nos affixit, sicut scriptum  
est: Spes quæ differtur, affligit animam. Post  
quam autem in uesperum declinauit dies ista,  
iam solennis exiit: quia legis doctrina post-  
quam gratiæ accessit, quasi iam decimã pro-  
pinquans, multum iuuat: & quod tam diu p-  
missum fuerat, postquam cœpit exhiberi, de-  
lectabile fuit. Ipsa legis umbra post Chri-  
uentum iam reuelari incipies, occasum quidẽ  
habuit, sed festiuum: quia in seipsa deficiens,  
& ad mysticos sensus relata, nunc spirituali in-  
telligẽtia legentes pascit. Nec sola sibi dies de-  
cima festiua decernitur, ne lex quæ temporis  
plenitudinem antecesserat, reprobari uideat-  
ur: nec dicitur tamen, quod nona cum deci-  
mã festiua sit, ut legis notetur infirmitas, quæ  
uiuificare non potuit: sed tãtum nona, uel spe-  
ra decimã iungitur, ut lex cum à carnali defi-  
cit obseruantia, & spiritui accedit, euangeli-  
cæ solennitatis particeps insinuetur. Decimę  
uero diei festiuitas cum suo uespere termina-  
ri præcipitur, satis apparet quod non ad æter-  
num diem qui uesperis nescit, sed ad præsens  
tempus referenda sit. Præsens enim ecclesie  
status, in quo nunc fluminis impetus lætificat  
ciuitatem dei, tunc finem habebit, cum ille ue-  
nerit qui finem nescit.

¶ De ferijs tabernaculorum.

Caput III.

**L**ocutus est dominus  
ad Moysem, dicens: Lo-  
quere filijs Israel, A gno-  
to decimo die mēsis hui-  
us septimi, erunt feriæ tabernaculo-  
rum septem diebus domino.

**H**uius solennitatis ritus in memoriã di-  
uino beneficiorum Iudæis traditus est,  
ut scilicet recordarentur quod egressi de Aegy-  
pto, per uastã ac terribilem solitudinẽ in qua  
non erat domus, faciebãt sibi tabernacula at-  
que tentoria: quæ nunc ad similitudinem paruulæ  
aui, papiliones uocant: in quibus per diẽ,  
solis ardore: per noctem, frigoris iniuriã de-  
uitarẽt. Sic & pascha celebrabãt, ob recordati

onē noctis illius, q̄ sanguine agni postibus illis, euaserunt gladiū exterminatoris. Sed in his ac similibus aliud Iudæus attendit, aliud Christianus intelligit. Legimus in euāgelio, q̄d in cōcilio phariseorū pontifex Caiphas de Christo loquēs: Vos, inq̄t, nescitis quicquam nec cogitatis, q̄a expedit uobis ut unus moriatur hō pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc autē, teste euāgelista, a semetipso non dixit, sed cū esset pōntifex anni illius, pphetauit q̄d Iesus moriturus erat pro gente: nec tm̄ p̄gēte, sed ut filios dei q̄ erāt dispersi, cōgregaret in unū. Idem ergo spūs q̄ homicidā illius labijs addidit q̄d uoluit, uisus est: & p̄ os etiā nescientis myteria locutus (aliud quippe hic in uerbis suis sensit, aliud nō senties pphetauit) ipse ppheta: & linguas mouit, & corda docuit, ut sciētēs eisdē uerbis diuersa diuersis loquerent, miro & prorsus diuino loquēdi genere, cū quasi unū dicēs, aliud tamē præsentiū intiment, aliud futuris p̄nunciant. Hinc beatus Augustinus cōtra Faustū agens, cum illud legis capitulū in manibus haberet, Vidēbis uitā tuam pendemē, & non credēs uitā tuā, q̄d quidē uarios intellectus parit: filius, inq̄t, euāgelij cū audir dñm suū de Moyse perhibētē, de me em̄ ille scripsit, in hac ambiguitate sententiā uidet q̄d prophetae porcis p̄iōciāt, q̄d hoibus innuat. Sed & B. Gregorius in moralibus: Quāuis, inq̄t, oēm sciētiam atq; doctrinā scriptura sacra sine aliq̄ cōparatione transcēdat, ut taceā q̄d uera p̄dicat, q̄d ad cælestē patriā uocat, q̄d dicitis obsecratoribus exercet fortes, & paruulis humiliter sermone blandit: q̄d nec sic clausa est, ut p̄ ueloci debeat: nec sic patet, ut uilescat: q̄d usu fastidiū tollit, & rāto amplius diligitur, quāto amplius meditat: ut ergo de re, pondere taceā, sciētias tñ oēs atq; doctrinas, ipso etiā locutionis suæ more transcēdit: quia uno eodēq; sermone dñi narrat textū prodit mysteriū: & sic scit p̄terita dicere, ut eo ipso nouerit futura p̄dicare. Quæ autē in uerbis, eadem est fœcūditas & in sacramētis. Nā & ipsa sacramēta, q̄dā uisibilia uerba sunt. Prætermittamus igit̄, cur in tabernaculo: festiuitate Iudæus cōmoret, & in eorū ceremonijs nostra potius regramus: qm̄ teste Apostolo, omnia hæc in figura tradebant̄ illis: scripta sunt autē p̄pter nos, in quos fines seculorū deuenerūt. Ad hunc igit̄ diē festū legimus dñm Iesum ascendisse Hierosolymā. Cū em̄ esset in Galilæa, erat in proximo, sicut narrat Iohānes, dies festus Iudæorū scenopegia. Sic uocabatur solēnitas hæc tabernaculoꝝ, q̄d sub umbraculis tñc cōderent: scena q̄ppe umbra dicif, phagos autē comestione sonat. Vt ergo ascenderūt fratres eius, ipse quoq; ascēdit ad diē festū: nō manifeste, inq̄t, sed q̄si in occulto. In q̄ sua occultatione, uel potius occultandū simili

Iohā. 11.

Ibidem.

Deut. 28.

Iohā. 5.

1. Cor. 10.

Iohā. 7.

1. Cor. 10. 7/12.

rudine: neq; enim latuit in die festo, q̄ in tēplo publice docuit: sed tñ ascēdēs, quadam specie q̄si latebrās affectasse uisus est. In hac igitur occultatiōe, nihil aliud (ut dicit beatus Augustinus, nobis innotuit, nisi q̄d in eadem celebrata ipse figurabat, sed nō intelligebatur. Vñ dum quasi late diē specie p̄tendebat, sub illius umbræ uelamine se latere dōcebat. Ecclesia si quidem q̄ Christi corpus est, iā ipsam tenet rem, cuius illi p̄tendebāt imaginē. Qd̄ & Zacharias propheta lōge ante p̄nunciauerat, dicens: Oēs q̄ reliqui fuerint de uniuersis gētib⁹, quæ uenerūt cōtra Ierusalē, ascēdent ab anno in annū, ut adorēt regē dñm exercitūꝝ, & celebrēt festiuitatē tabernaculoꝝ. Quod dicit, ab anno in annū, id ē, p̄ singulos annos, cōtinuationē ac p̄seueratiā hui⁹ ascēnsionis designat: uelut in psalmo cū dī, annūciate de die in diē salutare ei⁹. id ē, p̄ singulos dies, ut scilicet sine intermissione p̄dicetur. Gentes ergo quæ prius uenerāt cōtra Ierusalē, in Assyrijs, in Chaldaijs, in Græcis, nouissime in Romanis, nunc ascēdunt ad montē dñi, qui eleuatus est sup oēs colles: & ad domū dei Iacob, uidelicet ecclesiam: quæ licet ex gentibus eisdē congregetur, inseritur tñ radici illi antiquæ, tāquam oleaster pinguedini oliuæ confociatus: & ibi adorant regē dominū exercitūꝝ, eum scilicet q̄ primogenitus mortuorū dicitur est & princeps regū terræ, quē nūc adorant omnes reges, & cui seruiūt oēs gētes. Hos igitur oēs qui ad eū confluxerūt, docet ipse uias suas, ut scilicet utantur hoc mīdo tanq̄ nō utentes: & cōsiderantes quia nō habēt hic manentē ciuitatem, tanq̄ hospites & peregrini sint sup terram, cælestē patriam suspirantes. Sic em̄ celebrant festiuitatē tabernaculoꝝ, dum latrātur sub eius gratia, q̄ laborantes eos ac oneratos grauisarīna cupiditatū, ad se uocauit: iuxta illud beati Iob, onagram libes: dimittens, ac uincula illius dirumpens. Septē uero diebus obseruatio celebratis huius extē dif: q̄a post quā ad dñm cōuersi sumus, tota uita hac quæ septem diebus uoluitur, transcētes eremum hanc horribilē ac piculosam, q̄si sub tentorijs agere debemus, & æterna gaudia suspirare, Quintadecimus autē numerus, à q̄ die festiuitas hæc inītiū sumit, magnū in scripturis cōtinuet sacramētū: eo q̄d ex septenario cōstitas & octonario, & animarū nostrarū requiē, & corporis resurrectionē designet. Hinc est quod Iezechiæ regi morituro, quindē annū supponitur: & diluuij inundatio, quæ baptisimatē typū tenuit, sup montes quos operuerat, quindē cubitis altior fuit: multaq; huiusmodi q̄bus, q̄a iā multa inseruimus, ad tēperādā prolīxitate, interim superfedimus. A quindēdecima igit̄ die in tabernaculis habitare incipim⁹, dñi mox futuroꝝ bonorū spe cōcepta, p̄sentia cūctā tñq̄ aliena respicimus: & quorū

Zach. 14.

Psal. 95.

Isai. 2.

Apo. 1.

1. Cor. 7.

Heb. 13.

Matt. 11.

1ob. 39.

Isai. 38.

Gene. 7.

libet ædificiorū fastigia, dū cito nos migraturos cogitamus, quasi qdam huius itineris nostri tentoria reputamus. Est & allegoricus in uerbis istis intellectus. Si enim prima mensis istius dies, inītiū uocatiōis gentiū intelligitur, q̄d pauloante tractauimus: merito dies quindēdecima, qua luna luminis sui quotidianis incrementis iā obtinet integritatē, ad illa referatur tēpora, quibus ecclesia ad fines usq; dilatata, iam subactō orbis impertio, iam cōprehēsis aduersarijs, quasi noctis tenebris undiq; repulsis, plenam autoritatis suæ cōsecuta est claritatē. Hoc ergo iā tēpore fidelis popul⁹ post longū tribulationis suæ incerorem, fidei suæ tandem experit uirtutē, sub concessa sibi tranquillitate, cōmunibus gaudijs exultauit: præsentibus dei bñficijs, certiore p̄missa sibi beatitudinis fidutiā sumpsit. Quod etiam p̄ Nahum ppheram manifeste p̄nunciatiū reperies. Post gentiliū nanq; persecutiōes, post hæreticorū seditiōes, quas utraq; satis euidenter futuras prædixit, tandē ex persona dñi ecclesiam alloquens: Affixi, inquit, te, & nō affligam ultra: & nunc conterā uirgā eius de dorso tuo, & uincula tua dirumpā. Et post pauca: Celebra, ait, Iuda festiuitates tuas, & redde uota tua: quia nō adijciet ultra ut pertranseat in te Belial. uniuersus interijt. Et quia non eius uirtute hoc actum est, sed illius bñficii qui cæcorā te, qui custodit obsequiōē, uidelicet eos qui te obfederunt, q̄si aquas in utre cōcludit. A quindēdecima igitur, inquit, die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculoꝝ septē diebus domino. Deinde subiungitur:

Nabū. 1.

Ibidem.

Nabū. 2.

**Dies primus uocabitur celeberrimus atque sanctissimus. omne opus seruile non facietis in eo. & septem diebus offeretis holocausta dño.**

Iam in paschali solennitate hoc ipsum tractauimus, q̄d primā diē cōuersionis nostræ celeberrimā reddimus atq; sanctissimā, si plena uoluntate quantum in nobis est, omnibus uirij renūciamus, si pristina peccati detestamur seruitutē, & ab omni seruili ope nos continere satagimus. Si tñ carne repugnāte nō totū q̄d uolumus, facimus: lugeam⁹ nos ipsos corā domino, donec p̄ gratiā ipsius phci mereamur. Cui em̄ noster displicet lapsus, placet luctus: & reformat humilitas, quod solēnitati nostræ detraxit infirmitas. Quod autē dī, & septē diebus offeretis holocausta dño: allegoricū ē, & uniuersalē respicit ecclesiā. Ipsa nēpe quādiu septenarius hic tēporū uoluitur orbis, offert domino holocausta sua, boues, arietes atq; agnos, sicut & in alijs solēnitatibus supra tractatum est. Sequitur:

**Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus: & offeretis holocaustum domino.**

Dies octauus uniuersalē signat resurrectionē, quia dñs octauo die, post septimā scilicet sepulture suæ, resurrexit a mortuis. Hæc omibus manifesta sunt. Cuius diei celebratam quis digne possit effari, q̄ iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū, q̄ gaudiū & lætitiā obtinebunt, fugiet dolor omnis & gemitus. In illa die offeret dei popul⁹ holocausta domino, q̄n aborbebitur quod mortale est a uita: & tam mente quā corpore clarificatus, diuinis in perpetuū laudibus inhærebit. De qua & subditur:

Matt. 13.

Isai. 35.

2. Cor. 5.

**Est enim cœtus atque collectæ.**

Hic manifestus unde loqueretur, expressit. Aedificas quippe Ierusalem dñs, dispersio nes Israelis cōgregabit. De q̄ felici iustorum collecta alius quoq; psalmus canit, dicens: Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo, in consilio iustorū & congregatione. Illuc congregatur iusti, cū hinc allumitur: sicut de patre nostro Abraā legimus, q̄d deficiēs mortuus ē in senectute bona, p̄uēctiq; ætatis & plenus dierū: cōgregatusq; ē ad populū suū. Hæc sanctorū cōgregationē, hoc consiliū brōꝝ, q̄d ideo recte cōsiliū dicitur ē, q̄a domesticos solos admittēs, alienos oēs excludit: hoc in quā cōsiliū beatus Iohannes in Apocalypsi sua sibi ostēsum testatur, dicens: Post hæc uidi turbā magnā, quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribub⁹ & populis & linguis, stātes ante thronum in cōspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorū: & clamabāt uoce magna, dicentes: Salus deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. In huius ergo conuentus typum, octauus dies festiuis celebratur in scenopegia a filijs Israel. dies celeberrimus atq; sanctissimus. est enim, inquit, cœtus atq; collectæ. Addiditq;

Psal. 146.

Psal. 110.

Gene. 25.

Apo. 7.

**Omne opus seruile nō facietis in eo.**

Hoc expositione non indiget. supra enim non semel exposuimus. Concludit uero legislator ea quæ de solēnitatibus dicta sunt, ita subinfernens:

Hæc sunt feriæ domini, quas uocabitis celeberrimas atq; sanctissimas: offeretis in eis oblationes domino, holocausta & libamenta iuxta ritū uniuersuisc̄q; diei, exceptis sabbatis domini, donisq; uestris, & quæ offeretis ex uoto, uel quod sponte tribuitis.

Quod dicit, hæc sunt feriæ dñi q̄s uocabitis celeberrimas, ad illas tres respicit, q̄s principi-

Exo. 13.

pales inter ceteras anni statuerat festiuitates, pascha, pentecosten, & scenopegiam. De his em tribus in Exodo scriptum est: Tribus uicibus per singulos annos mihi festa celebrabit. Solennitate azymorum custodies, & solennitate mensis primitiuorum quaecumque; seueris in agro: solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Harum igitur ritum hic tradiderat, & de his intelligendus est subiunxisse: Hae sunt feriae domini, quas uocabitis celeberrimas. In his autem quae holocausta uel libamenta offerenda sunt, ex Numerorum libro supra ostendimus, nisi quod huius ultimae solennitatis holocausta praetermissimus, quia prolixam exigebant disputationem, uerentes ne dum ex omni latere expositionem formare satagimus, nimia prolixitate fastidium lectoribus importemus. Si tamen ad hanc cautela minus alicubi uigilauimus, uenia perimus. Difficile quippe est, modum tenere in omnibus. Dum enim delectat nos scripturarum consonantia, ad confirmandum quod proponebatur, nonnullis in locis plura fortassis congesimus testimonia, quae breuitatis permittit lex: quod tamen apud lectores aut uenia dignum, aut etiam gratum futurum existimo. Prodest namque plurimum diuino rui eloquiorum collatio. unde & scriptum est, quia conseruabat Maria cuncta quae uiderat uel audierat, conferens in corde suo. Sed ad propositum reuertamur. Hae sunt, inquit, feriae domini quas uocabitis celeberrimas. & offerentis in eis holocausta & libamenta, iuxta ritum uniuscuiusque diei, exceptis sabbatis domini, quae scilicet singulis hebdomadibus repetuntur donisque ueltris, & quae offerentis ex uoto, uel quae sponte tribuitis. Vbi dicitur, & quae offerentis ex uoto: & pro id est, ponitur: sicut & supra in conclusione lepra norauimus, & multis in locis hoc animaduerti potest. Exponens enim quod dixerat, donisque ueltris: subdidit, quae offerentis ex uoto, uel quae sponte tribuitis. In Numeris quippe hoc ipsum sic positum est: Haec offerentis domino in solennitatibus uestris, praeter uota & oblationes spontaneas. De donis nihil locutus est, innuens non esse aliud dona quae in hoc Leuitico praemisserat, quam uota & oblationes spontaneas, quibus in Numeris nihil addidit. Sequitur: **A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terrae uestrae, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die prima & die octaua erit sabbatum, id est, requies.**

Repetit quod iam dixerat, ut eiusdem festiuitatis ritum plenius exponat. Quod uero nunc addidit, a quintodecima die mensis, quando con-

Luc. 2.

Numer. 29.

gregaueritis omnes fructus terrae uestrae: illud respicit quod superius dictum est, in quinta decima die mensis septimi, ecclesiae plenitudinem allegorice intelligendam, postquam per orbem diffusa, ad dexteram & ad laeuam gentes occupauit, congregans de terra fructus quibus caelestis repleat apotheca, & suae messis ubertate prebens caelo terrisque laetitiam. Iungit & alia quaedam ad diem festum pertinentia, quae prius praetermisserat, dicens: **Sumetis quoque uobis die primo fructus arboris pulcherrimae, spatulasque palmarum, & ramos ligni desarum frondium, & salices de torrente: & iactabimini coram domino deo uestro.**

In his omnibus multa diei festo gratia praebatur, & facies quaedam effulsoris laetitiae uidebatur. Quorum si mysterium discutiamus, intelligemus uere quod sit Christianae festiuitatis materia, unde gaudeant qui spiritaliter gaudent: uerus Israel qui laetatur in eo qui fecit illum, & filiae Sion quae exultant in rege suo. Dicit enim: [Sumetis uobis die primo fructus arboris pulcherrimae.] Per arbores homines designari, docet nos scriptura, dicente domino: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Item quod iustus: Ego sicut oliua fructifera in domo dei. Quae est igitur arbor pulcherrima, nisi homo pulcherrimus, speciosus forma praefiliis hominum? De ipso quippe loquitur sponsa eius in canticis, dicens: Sicut malum inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quam desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Neque enim de illis arboribus haec fuit, de quibus dicitur: Ois arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Attulit fructum & illi optimum. Nam & quocumque nostrum fructum facit, per illum utique facit quod dixit: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Fructus autem fidelium sunt fructus spiritus, quos enumerat Apostolus, dicens: Fructus spiritus sunt, caritas, gaudium, pax, patientia, & cetera huiusmodi. Ite quoque: Habetis, inquit, fructum uestrum in sanctificatione. Fructus igitur spiritus est, qui humanam sanctificat aiam, in quo fructu omnes excedit, qui sanctus sanctorum inter praetores apparuit. Huius fructus spolia Christi delectabiliter recordat, cum memoria abundantiae suauitatis eius eructat, cum gloria sanctitatis eius loquitur: quia fructus iste dulcis est gutturi eius, dulcis oris, dulcis meditationi. De hoc ergo fructu loquitur legislator, dicens: [Sumetis uobis die primo fructum arboris pulcherrimae.] Huius quippe arboris fructum sibi sumit, quod Christi opus coram oculis suae mentis constituit, et ad eorum imitationem per uirum se extendit. Palma uero, notum est omnibus, quod uictoriae signat. Ex palma namque apud antiquos

Psal. 149.

Matt. 12.

Psal. 51.

Psal. 44.

Cant. 2.

Matt. 3.

et 7.

Ioh. 15.

Gal. 5.

Roma. 6.

Psal. 144.

Cant. 2.

Apoc. 7.

Num. 23.

Psal. 117.

Psal. 28.

Psal. 118.

Iob. 40.

Isai. 44.

coronabantur uictores. unde in Apocalypsi Iohannis, sancti qui mundum uicerant, & iam deo assistentes, triumphi sui retributionem per ceperant, palmas in manibus habuisse dicuntur. Spatulas uero palmarum illas existimo, quas nos spicas dicimus. spatulas namque dicitur sunt, quod scilicet spatularum formam uidentur praeterdere. Sumetis ergo, inquit, uobis fructus arboris pulcherrimae, spatulasque palmarum. Quid est enim unde rectius gloriatur populus Christianus, quam cum domini sui uirtutes recollit, & cum iam de morte triumphasse confidit? Hinc enim per Balaam spiritus sanctus loquitur, dicens: Non est idolum in Iacob, nec uidetur simulacrum in Israel. Dominus deus eius cum eo est, & clangor uictoriae regis in illo. Cum fructibus igitur arboris pulcherrimae, etiam palmarum spatulas in manibus habemus: si gloriam recolentes dominicae sanctitatis, triumphum quoque resurrectionis illius, sed & martyrum coronas in quibus ipse uictor apparuit, solenniter celebramus. [Et ramos, inquit, ligni desarum frondium.] Hoc est quod in Psalmo legimus: Constituite diem solennem in condensis. De his quippe condensis alius quoque Psalmus testatur, dicens: Vox domini praeparantis ceruos, & reuelabit condensa. Quae ergo sunt condensa, quae per spiritum sanctum reuelantur, nisi scripturarum opaca, quibus intellectu, cerui praeparantur, quia spiritu sancto doctorum sensus informatur? In his igitur condensis diem solennem constituimus, cum in diuinis eloquiis stabilem certamque laetitiam reperimus, sicut scriptum est: Laetabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Restant salices de torrente, quae in diei huius ornamentum cum his quae praemissa sunt, sumi praecipiuntur. Infructuosae siquidem arbores salicum, sed tamen tantae uiriditatis sunt, ut arescere uel abesse radicitus & proiectae, uix possint. Vnde in sacro eloquio salicum nomine praestertillitate, reprobi: pro uiriditate autem, iusti designantur. Nam cum de diabolo dominus ad Iob loqueretur, Circumdabunt, inquit, eum salices torrentis. Infructuosum enim quicquid domini amoris uitae trahunt inferunt, autem hosti peruersi moribus familiaribus obsequuntur. De iustis uero per Isaiam dicitur: Germinabunt inter herbas, sicut salices fluitantes aquas. Inter arescentes quippe uitae carnalium, & multiplici numerofitate, & praeterfluentes aquas germinare perhibentur, quae uirtutis uiriditate perduratur. Qui bene iuxta praeterfluentes aquas germinare perhibentur, quae uirtutis uiriditate perduratur. Qui bene iuxta praeterfluentes aquas germinare perhibentur, quae uirtutis uiriditate perduratur. Qui bene iuxta praeterfluentes aquas germinare perhibentur, quae uirtutis uiriditate perduratur.

Isai. 49.

Isai. 43.

Isai. 49.

Psal. 26.

Matt. 3.

Isai. 9.

Heb. 11.

Iaco. 4.

olium sterilis, nunc plurimos parit: & facti sunt reges nutriti eius, & reginae nutrices illius. Ab oriente adducit semen eius, & ab occidente congregatur. Ipsi ab aglone ueniunt, & illi de terra aulrali. Laudat caeli & exultat terra, iubilant motes laudem: quia consolatus est dominus populum suum. Huiusmodi ergo laetitiam uider de us, hanc placidius attendit, ut iure dicatur sic gaudentibus: Laetamini coram domino deo uestro. Sequitur: **Celebrabitis quoque solennitatem eius septem diebus per annum. legitimum sempiternum erit in generationibus uestris.**

Quod etiam ad commendandam sacramenti huius magnitudinem repetiuit, dicens: **Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in umbraculis septem diebus.**

Tanquam diceret: Nunc quidem uos qui carnaliter sapitis, exultatis in multiplicatione frumenti, uini & olei uestri, & de transitoria praesumitis abundantia, ignorantes quae sint gaudio spiritus: sed mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in umbraculis, cum sub umbra arboris pulcherrimae, sub umbra mali quod inter ligna syluestria fructuosum apparuit, sub fide & protectione Christi, temperato in cordibus uestris concupiscentiae carnalis ardore, spe sola gaudebitis, contemptores praesentium, ac desiderantes uidere bona domini in terra uiuentium. Septimo ergo, inquit, mense festa celebrabitis, non solum uos o Iudei, sed & populus ille qui de lapidibus suscitabitur in filios Abraae, populus qui nunc ambulat in tenebris, & tunc uidebit lucem magnam, intelligens quid sit iustus in caelo repositus, & quam contemptibile illud sit, quod insipientes & caeci possidere cupiunt super terram. Sequitur: **Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis.**

Non igitur de genere Israel gloriatur se esse Israel iste secundum carnem, qui radices cordis fixit in terra, qui exilium patriam reputat, & hoc solum petit a deo, ut prolongentur dies uitae eius, ut habeat filiorum abundantiam, & de inimicis reportet uictoriam. Omnis enim qui de genere est Israel, qui patriarcharum imitator uestigia: de quibus scriptum est, quod aduenit & peregrini fuerint super terram: manere debet in tabernaculis, ut a mundo se faciat alienum, non diligens mundum nec concupiscentias eius: quia si noluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituetur. [Omnis ergo, inquit, qui de genere est Israel, habitabit in tabernaculis]







fam sacram proponuntur, in oblationis domi-  
nicæ monumentū. Propositionis nāq; panes  
dicuntur, eo quod ppositio: uita uel doctrina,  
populis ad exemplū pposita sit: dicēte Apo-  
stolo, quia oportet episcopū irreprehensibile  
esse, & testimoniū habere bonū ab his qui so-  
ris sunt, ut non in opprobriū incidat & in la-  
queū diaboli. Quia uero sicut scriptū ē, gnatio  
præterit, & generatio aduenit: omnes enim  
morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram  
quæ non reuertuntur: plures sunt sacerdo-  
tes, eo quod morte prohibeātur permanere.  
Vnde & hic aperte subiungitur:

Per singula sabbata mutabuntur co-  
ram domino, suscepti a filijs Israel fœ-  
dere sempiterno.

Post sex dies laboris, sabbato panes muta-  
tur: qm̄ qui pascunt gregē dei, nō ut dominan-  
tes in cleris, sed forma facti gregi ex animo  
(panes siquidē ppositionis isti sunt) post com-  
pletos labores ad requiem transferuntur, per-  
cepturi immarcescibile gloriæ coronā. Alij q;  
in eorū loco substituuntur. Panis ille sanctus  
post multos agones defudatos, sabbato ppin-  
quabat, qui dicebat: Ego iā delibor, & tempus  
resolutionis meæ in itat. Bonū certamen  
certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. De  
reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā  
reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.  
Panem tamen quendā recentem qui sibi suc-  
cederet, pparabat, cū discipulū admoneret, di-  
cēs: Tu uero uigila, in omnibus labora, opus  
fac euāgelistæ, ministeriū tuū imple. Hiero-  
solyman quoq; proficiscens, maioribus natu  
Ephēi loquebatur, dicens: Alligatus ego spi-  
ritu uado in Ierusalem, & scio qm̄ non uidebi-  
tis amplius faciem meā uos omnes, per quos  
transiui prædicans regnū dei. Attendite uo-  
bis & uniuerso gregi, in quo uos spūs sanctus  
posuit episcopos, regere ecclesiā dei, quam ac-  
quisiuit sanguine suo. Hæc est mutatio panū  
per singula sabbata, dū alijs decedentibus &  
ad regem transeuntibus, substituuntur alijs, qui  
ad ipum officii uident idonei. Quæ mutatio  
coram domino fieri dicit, ipso s. disponente,  
uel qz grata est ei tam emerito: paulatio, quā  
eorū q; succedūt, si bene ministrauerint, religi-  
osa deuotio. Suscepti, inquit, à filijs Israel fœ-  
dere sempiterno. Hic spes ludaica fracta est,  
& carnalis intellectus qua exeat, non est inue-  
turus. Cum enim uideamus tabernaculum ab-  
latum, templum euersum, ceremonijs illis si-  
ue impoſitionibus: non pōt dicere Iudæus, quo-  
modo deus in panibus propositionis fœdus  
secū inierit sempiternū. Implet quippe in eis  
quod prædixerat propheta Osee: Dies, in-  
quiens, multos sedebunt filij Israel sine re-  
ge, & sine principe, & sine sacrificio, & sine  
altari, & sine ephod, & sine theraphim. Sic

1. Ti. 3.

Eccē. 1.

2. Re. 14.

Heb. 7.

1. Petri. 5.

2. Ti. 4.

Ibidem.

Act. 10.

\*Israel

Ofc. 3.

quoque in historijs inuenimus, quod Azari-  
as filius Obed, factō in se spū dei coram Asa  
rege & cuncto exercitu, inter cetera ppheta-  
uit, dicēs: Trāsbunt multi dies in Israel absq;  
deo uero, & absq; sacerdote doctore, & absq;  
lege. Quæro autū res ipsa remoto considere  
tur sacramento, quid magni fuerit, quid salu-  
tis aut beneficij contulerit populo illi, qd̄ in  
suo sanctuario duodecim panes habuerint: ne  
q; enim res digna uideatur, q̄ munere diuino  
collata dicatur filijs Israel cū fœdere sempiterno.  
Quapropter ad allegoricæ expositionis  
ordinem, quē arripuimus, reuertemur. Ma-  
gna est domini animaduersio, ubi commina-  
tur immisissus se in populo famē, non famē pa-  
nis, neq; sium aquæ, sed audiēdi uerbum dei.  
Iuxta cuius desolationis statum, Ieremias de-  
plorat, dicens: Paruuli petierūt panem, & non  
erat qui frangeret eis. Quo contra magna est  
domini gratia, cum per eundē Ieremiam pro-  
mittit, dicēs: Ecce ego congregabo reliquias  
gregis mei de omnibus terris, ad quas eiece-  
ram eos, illuc: & conuertam eos ad rura sua,  
& crescent & multiplicabuntur. Et suscitabo  
super eos pastores & pascam eos: non formi-  
dabunt ultra, & non pauebunt: & nullus quæ-  
retur ex numero, dicit dominus. Item q;: Et  
dabo, inquit, eis cor unum, ut timeant me uni-  
uersis diebus, & bene sit eis & filijs eorū post  
eos: & feriam eis pactum sempiternum, nec  
desinam eis benefacere. Hi sunt igitur pposi-  
tionis panes, qui suscepti dicuntur à filijs Isra-  
el fœdere sempiterno: quia Christo ecclesiæ  
suz curam gerēte, qui suis oibus promisit di-  
cens, Non relinquam uos orphanos: non de-  
sunt nec usq; in finē deerunt ueris Israelitis  
pastores, quosq; & informetur exemplis, &  
doctrina pascantur.

Eruntq; Aaron & filiorum eius, ut  
comedant eos in loco sancto: quia  
sanctum sanctorum est de sacrificijs  
domini iure perpetuo.

Panes illi duodecim, Aaron conceduntur  
& filijs eius: ut intelligam⁹ ad sacerdotes hoc  
officiū pertinere, ut dñicæ oblationis memo-  
riā in populis sibi cōmissis resuscitēt, & apo-  
stolica doctrina mores illosq; informēt. Hoc  
em̄ etiā in cōsecratione sacerdotū alijs figuris  
expressum est, cū sup caput uitulū qui p pec-  
cato offertur, Aaron filiūq; ei⁹ man⁹ imponūt.  
sanguinēq; illius p cornua seu fundamēta al-  
taris distribuūt: cū in arietē uno suū offerit ho-  
locautū, & sanguine arietis alterius qui cōse-  
crationis dicit, auriculæ ipsoꝝ dextræ sancti-  
ficatur extremū. In loco tñ sancto comedi iu-  
bentur panes isti: ut quicūq; sanctum suscipit  
ministeriū, sancta hoc intentione exerceat, mag-  
gis optās subditis pdesse quā præesse, sicut &  
apostolus Petri⁹ in epistola sua monet, dicēs:

Amos. 8.

Thre. 4.

Iere. 13.

Iere. 32.

Iob. 14.

Leuit. 4.

Leuit. 8.

Seniores qui in uobis sunt, obsecro conseni-  
or & testis Christi passionum, pascite qui  
est in uobis gregem dei, non coacti, sed spon-  
tanea secundum deū: neq; turpis lucri gratia,  
sed uoluntarie: neq; ut dñantes in cleris, sed  
forma facti gregi ex aīo. [Quia sanctū, in-  
quit, sanctorū est de sacrificijs domini iure p-  
petuo.] Quantum modo nobis occurrit, o-  
mnia uel pene omnia quæ de sumila fiunt, in  
sacrificijs computantur, & sancta sanctorum  
dicuntur, eo quod mentem respiciat eorū ty-

pus, ut totius humanæ sanctificationis causa  
constitit, dicente Salomone: Omni custodia  
serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit.  
Ex statu quippe mentis, operum nostrorum  
meritum estimatur: & secundum quod  
intus afficimur dum aliqd̄ agimus, ipsis acti-  
onibus nostris retributio bona uel mala, ma-  
ior minor uel confertur. Vnde & beatus Gre-  
gorius: Non, inquit, magni meriti est quicqd̄  
agatur in corpore, sed magnopere pensandū  
est quid agatur in mente.

Pro. 4.

RADVLPHI FLAVIACENSIS, IN LEVITICVM MO-  
YSI, LIBER XVIII.

De Antichristi dominio.  
Caput 1.



Cce autem egres-  
sus filijs mulieris  
Israelitis, quem pe-  
perat de uiro Aeg-  
yptio inter filios  
Israel, iurgatus est  
in castris cum ui-  
ro Israelite.

Uidetur legislator quasi conturbatus lo-  
qui, & ab illo silentio in quo deus lo-  
quebatur secum, ad rem subitam & inopi-  
natam perterritus exclamasse. [Ecce, inquit,  
egressus filius mulieris Israelitis, quem pepe-  
rerat de uiro Aegyptio, iurgatus ē in castris  
cū uiro Israelite.] Quis est iurgator iste nec  
gentilis, nec Iudæus, natiuitatis suæ confun-  
dens originem: qui, dum populi solertia dis-  
ponuntur, & gaudium uniuersæ terræ mysti-  
cis imaginibus præsignatur, diuinum irrum-  
pit arcanum, & colloquū illud familiare dei  
cum homine, domini cum seruo, suis iurgijs  
interrumpit? Dicit unusquisq; quod senserit,  
nobis uidetur quod ad extrema sanctæ eccle-  
siæ tempora spiritus sancto illuminatus oculo  
legislator direxerit: & antichristi puidens  
aduentum, tribulationis illius immanitate cō-  
motus, cum filius ille perditionis non tantum  
uiri uiro Israeliti iurgium excitabit, sed aduer-  
sus omnes deum pie colentes apertas inimici-  
tias exercebit, in hæc uerba pruperit, dicens:  
[Ecce egressus fili⁹ mulieris Israelitis, quæ pe-  
perat de uiro Aegyptio inter filios Israel, iur-  
gat⁹ ē in castris cū uiro Israelite.] Quisq; em̄  
ille fuerit, cuius iuxta literā iurgium hic intro-  
ducit, ea q̄ dicitur de eo, ad Antichristi psonā  
cōgruentissime referūt. Nā qd̄ mulieris Isra-  
elitis fili⁹ dicitur, p̄signare uidetur, qd̄ iniquus

ille de ecclesiasticis parētib; nasciturus sit,  
& inter filios matris ecclesiæ fidei sacramen-  
ta primo suscepturus. unde & iste inter filios  
Israel natus perhibetur: alioqui fieri non pos-  
set, quod testatur Apostolus, ut ad ecclesiasti-  
cos honores pueniret, & in templo dei, uideli-  
cet in fidelium societate, cathedram dignitatis  
acciperet, nisi eos à quibus ordinādus est, affe-  
ctata primitus fidelium forma deciperet. Quo-  
tamen honoris culmine sibi collato, post mo-  
dum in superbiam abusus est, dum aduersa-  
tur & extollitur supra omne quod dicitur de  
us aut qd̄ colitur, ostendens se tanquam sit de-  
us. Iste igitur de filijs Israel matrē habitus ē,  
& patrem Aegyptio. Quod enim ab eccle-  
sia suscepturus est, forma scilicet sacramento  
rū & fucatae sanctitatis imago, infirmū apud  
ipsum erit, & quodam modo foemineum, ita  
ut ad sanctificandos mores illius nihil possit.  
Ex Aegyptijs uero nō matrē, sed patrē habe-  
bit: quoniam iniquitas hostis antiqui, rectoris  
uidelicet tenebrarū harū, in eius moribus p̄-  
ualebit: à quo etiam totus possidebitur, ut eius  
instinctu peccatores omnes seculi immanita-  
te transcendens, homo peccati specialiter per  
Apostolum nominetur. Vnde & p̄ Isaiā ultra  
flumina æthiopiæ positus asseritur: Væ, inq;,  
terræ cymbalo alarū, q̄ est trans flumina æthi-  
opiæ. Terra quippe cui us dicitur, ille princi-  
paliter damnatus homo est. Qui alarū cymba  
lū uocatur: quia hi qui p̄ supbiā in altitudine  
cogitationis euolant, eundem peruersum ho-  
minē p̄dicando sonant. Quia uero oēm homi-  
nē mūdus iste peccatore p̄fert, qm̄ nigri æthi-  
opia populū parit. Sed terra cui us dicitur, trās flu-  
mina Aethiopiæ eē perhibetur: quia dānatus  
hō ille tāta immēsitare iniquus ē, ut oīm pec-  
cantū p̄ctā trāscendat. Iste igitur tūc repenti-  
n⁹ adueniēs, & ex improposito se ingerēs, filios  
Israel interrūpet festiuitates, pacē cōturbās ec-  
clesiæ, & diuturnæ tranquillitatis in breui sta-  
z ij

2. Theſ. 2.

Ibidem.

Ephē. 6.

2. Theſ. 2.

Isai. 18.

leze. 38. tum euertens. Vnde & ppheta Iezechiel contra Gog uaticinans, hunc sanctæ ecclesiæ hostem immanissimū satis aperte uidetur exprimere. Gog siquidem testū interpretatur. & hoc Apo. 20. nomine siue hic, siue in Apocalypsi Iohannis, antiquus hostis solet intelligi ppter altitudinem supbia, qua se primū contra deū extulit, & altissimo similitudo esse concupit: nouissime aut in illo dānato hōie, etiam hoc passū iudicabit, ut se deo faciat æquale: sed extollet se, ut supra dictū est, supra omne qd dicitur deus, uel qd colitur. Hinc est qd p Isaiā populi sui excolendam dñs increpans, contra uallem uisōis loquitur, dicens: Quidnam tibi quoq; est, qd ascendisti & tu omnis in tecta? Igitur aduersum Gog Iezechiel uaticinās, inter cætera sic ait: Hæc dicit dñs deus, Ecce ego ad te Gog, & circumagā te, & ponā frenum in maxillis tuis, & educā te & omnē exercitū tuū. Præpara & instrue te & omnem multitudinē tuā, quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præceptum. In nouissimo anno: uenies ad terrā, quæ reuera est ad gladio, & congregata est de populis multis ad montes Israel, qui fuerunt deserti iugiter. Hæc de populis educta ē, & habitabūt in ea confidenter uniuersi. Ascendēs aut quasi tempestas uenies & quasi nubes, ut operias terram tuā & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Hæc dicit dñs deus: In die illa ascendent sermones sup cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimā, & dices: Ascendam ad terram absq; muro, ueniam ad quiescentes habitantesq; secure: omnes habitant sine muro, uectes & portæ non sunt eis, ut diripias spolia & inuadas prædā, ut inferas manū tuā super eos qui deserti fuerāt, & postea restituti: & super populum qui est congregatus ex gentibus. Facile potest intelligi, quæ sit huius Gog multitudo, cui ipse est in præceptum, id est, cui ipse principatur. rector siquidem est tenebrarū hæc. Nam illa quæ de populis multis congregata dicitur, ecclesia agnoscitur: cuius montes hi sunt, qui in ea uel sanctitate, uel sapientia cæteros excedunt, prius deserti, postea restituti. Scimus enim qd ante Christi fidem gentilitas deserta fuerit, & per eius fidem in dei gratiā sit restituta: ut quæ prius abiecta fuerat & hostib; expulsa, per Christi coniunctionem diuersis turris montibus, & terribilib; hostibus redderetur, sicut in Canticis ipsa gloriatur, dicens: Ego murus, & habera mea quasi turres, ex quo facta sum corā eo quasi pacem reperiens. Ad hanc igitur ascēsus est Gog cum exercitu suo, in nouissimo anno: id est, in fine temporis, ut diripiat spolia, & prædam inuadat. Huius maligna arguitur cogitatio, quia post diturnam ecclesiæ pacem quasi tempestas irruēs, dum repentinum se ingerit, eo magis infidias suas ualere suspicatur, quo securis & quiescentibus præsen-

tatur. Talis ē hodie status ecclesiæ, uideas hōmines fidem quidem integram p̄tētes, cum quibus si de illa ultima persecutione & Antichristi aduentu sermonem habeas, penē uideatur hoc futurū non credere: aut si credunt, q̄si per somnium inde cogitantes, post multa secula futurū conantur aliter. Nulla autem existimo manifestiora aduentus illius indicia, iuxta illud Apostoli: quia cū dixerint homines, pax & securitas, tunc repentinus eis su perueniet interitus: & dies domini sicut fur, ita in nocte ueniet. Ante nos sancti patres de huius aduersarij immanitate sollicitabantur, iam amq; affuturum suspicabātur, sicut in dia logo papæ Gregorij, sed & beati Cypriani, aliorūq; legitimus marty: scriptis: nos uero q post multas generationes hic nati sumus, & fini iā p̄pinquauimus, incauta securitate torpemus. Sed ut ad p̄positū reuertamur, nec illud à mysterio uacat, quod egressus dicitur iurgator iste. Egressus enim est diabolus tempore nouissimo, & ab occultis insidijs ad apertās inimicitias p̄cessurus. Nā teste Apostolo, mysterij iā operatur iniquitatis, sed reuelabitur in suo tempore. Vnde & in Apocalypsi Iohānis ligatus nunc esse perhibetur, & in abyso clausus, uidelicet in tenebris iniquorū conscientijs, quas interim possidet, ne apertā fidelibus pugna inferat, diuinæ uirtutis clausura signatus. Et cum consummati, inquit, fuerint mille anni, soluetur sathanas de carcere suo, & exiet, & seducet gētes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog: & congregabit eos in prælium, quorū numerus est sicut arena maris. Et ascendent super latitudinem terræ, & circumerunt castra sanctorū, & ciuitatem dilectā. Hoc est ergo iurgium, quod suscitare dicitur uiro Iraeliti filius hic mulieris Israelitis, de uiro tamē Aegyptio natus. De quo & subditur: Cumq; blasphemasset dei nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen.

De blasphemijs Antichristi in Daniele sic legit: Aspicebā, inquit, in uisione noctis. & ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis, & habebat cornua decem. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulū ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsit sunt à facie eius: & ecce oculi quasi oculi hōis erāt in cornu isto, & os loquēs ingentia. Post aliquāta uero cū interrogasset ppheta unū de astātibus quid hæc essent, & subditur ei: Bestia quarta regnū quartum erit in terra, qd maius erit omnibus regnis. Porro cornua decē, ipsius regni decem reges sunt: & alius conserget post eos, & ipse potētior erit prioribus, & tres reges humiliabit & sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, &

1. Thef. 5.

2. Thef. 2.

Apo. 20.

Ibidem.

Dan. 7.

Ibidem.

putabit quod possit mutare tēpora & leges, & tradentur in manu eius usq; ad tēpus & tēpora & dimidium temporis. Iohānes uero in Apocalypsi sua regnū huius mūdi, quod Daniel in quatuor partibus est, sub figura scilicet quatuor bestiarū, ipse per septem distribuit. Amat siquidem scriptura illa septenarij numeri sacramentū. Dicit ergo se uidisse bestia de mari ascendente, habentē capita septē, & cornua decem. & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomen blasphemie. Se ptem uero capita, sicut inferus aperitur, septē montes sunt id est, septem reges, septē uidelicet principalia regna: quæ à principio usq; in finem, ampliore in hoc mundo potestatem sortita sunt. Primū est Assyriorū, quod per triginta & sex reges decurrit, usq; ad Sardanapalū, per annos mille trecetos. Hic aut Sardanapalū muliere corruptor fuit, semperq; inter sceminarū contubernia uersabatur. Ad quē admitti cū quadā die profectus eius Arbastus præpositus Medis obstruisset, inuenit eū inter scortorū greges, muliere habitu purpurā colorentem, & inter uirgines pensā diuidentē. Quo uiso, regressus ad socios, qd uiderit refert. negatq; continuo illi se prius parere posse, qui se malit esse sceminam quam uirū, & sit. mox coniuratio Medorū aduersus Sardanapalū. Qui cum resistere nō posset, se ipm igne concremavit. Sic eo defuncto, translātū est in Medos Assyriorū regnum, per Arbastū Medorū pfectū. Cūcurratq; post modū regnū Medorū usq; ad Astyagē auunculū Cyri, per annos trecentos quinquaginta. Bestia ergo hæc, corpus scilicet & societas oim inq; rū, in his duobus regnis duo capita habuit, id est, in regno Assyriorū atq; Medorū. Tertium eius caput agnoscitur in regno Persarū, postq; Cyrus prædicti Astyagis nepos, congregata Persarū manu, auunculo certamen indixit: & capto Astyage, dignitatem Medorū ad Persas trāstulit. Babyloniamq; postea obsedit, quam & cepit, & Baltasar regē illi interfecit. Quartū huius bestie caput in Græcis inuenit, postquam Dario à Magno Alexandro semel & iterū uictō, Persarū regnum cessit in potestatem Macedonū. Eisdem temporibus quintum in Africā bestia ista caput extulit, cum Annibal Africanus filius, Africanorū impator est constitutus. Hic de Romanis principibus facte triumphauit. nouissime ramen à Scipione, qui Africanus cognomen accepit, supatus est. Sic demum deleta Carthagine, Roma conualuit, sextum huius bestie caput, quam bestiam quartam Daniel nominauit. De istis quippe regnis non nisi quatuor intro duxit, Assyriorum, Persarum, Græcorum & Romanorum. Porro septimum huius bestie caput regum erit Antichristi: quod inter decem cor-

Apo. 13.

Ibidem.

Apo. 17.

1. Thef. 2.

Apo. 20.

Ibidem.

Dan. 7.

nuā quartæ bestie paruulū orietur, inter minias quippe Rumanū impij, quod iā p̄ multa diuulsum ē, antichristus consurget. & primo tribus regibus sibi confociatis, & à Christi si de quā prius tenebāt euulsis, incertū ē aut qui illi futuri sint: deinde totū mundū occupabit, & potentior cæteris regibus apparebit. Merito ergo Iohāni qui sub Romano scriptis impetio, de septem regnis istis ab angelo dictū ē: Quinq; ceciderūt, unus ē, & alius nondū uenit, quinq; enim ex his regnis quæ supra memorauimus, iā transferāt. Romani tūc regnabāt, antichristus nondū uenerat: cum uenerit, sicut ibidem subdit, oportet illū breue tempus manere. Iste est de quo dicit: Et uidi, inquit, unū de capitib; bestie quasi occisum in mortē, & plaga mortis eius curata est. Et post pauca noie bestie ipm cū corpore suo delignant: Datū ē, ait, bestie os loquēs magna & blasphemiam, & data ēi potestas facere menses q̄draginta duos. Et apuit os suū in blasphemias dei, blasphemare nomen eius, & tabernaculū eius, & eos qui in celo habitāt. Testimonia q̄ inferimus, nec ponimus integra, nec quod ex eis inferitur, integre exponimus dū p̄lixitate nimia deuitamus. Materia tñ quæ in manibus ē, simpliciter transire non possumus, eo quod res sit maxime necessaria, & nostris temporibus diligentius inuestigada. Quia ergo de antichristo iā satis constitit, quod blasphematurus sit dei nomen, uideamus & quod restat, q̄ modo ppter blasphemias suas ad Moysen sit adducendus. Hoc quippe de Aegypto isto p̄missum ē, quia cum blasphemasset dei nomē, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Notum itaq; ē, quid de illis temporibus p̄dixerit dominus Iesus: Surgent, inquit, pseudo Christi & pseudo propheta: & dabunt signa magna & pdigia, ita ut in errorem inducatur, si fieri p̄t, etiam electi. De illo autem aduersario cum dominus ad Iob loqueretur: Oculi, inquit, eius & palpebræ diluculi. Oculi nā que antichristi, prædicatores illius dicuntur, qui de sapientia carnali superbiunt, & scientiæ lumen sibi ascribunt. Hi igitur recte palpebris diluculi comparatur: quia fidem quam in Christo mūdus habuerat, quasi erroris noctem asserunt, & uenerationem antichristi, uerum esse manē pronunciant. Vnde et loel ppheta: Canite, inquit, tubā in Sion, conturbentur omnes habitatores terræ: quia uenit dies domini: quia p̄p̄ ē dies tenebrarū, & caliginis, dies nubes et turbinis, quasi mane exp̄sum super montes. Ecce diem tenebrarum et caliginis quasi mane futurum prædicit, quia tenebrosus error ueritatis speciem usurpabit. Quod mane super montes expandetur, quia per principes mundi huius noua hæc doctrina propagabitur. Hinc em in Apocaly-

Apo. 17.

Apo. 13.

Mat. 24.

Mar. 13.

Iob. 41.

Iob. 2.

Iob. 2.

actiam



**Apo. 17.** pfi de decem illis regibus, quos praxidimus; legitur: Decem, inquit, cornua quae uidiſti, de cem reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt: ſed poteſtatem tanquam reges una hora accipient poſt beſtiam. Hi unum conſilium habent, & uirtutem & poteſtatem ſuam tradent beſtia. Hi cū agno pugnabunt, & agnus uincet illos. Decem reges, omnes hos in quos Romanum imperium iam diuiſum uidemus; intellige. Quia enim neceſſe non erat, ut certus eorum numerus exprimeretur, pluralitas tātum per denariū designata eſt. Sic & in Pſalmo reperies, quia currus dei in decem millib⁹ multiplex eſt. & decem, inquit, millia cadent à dexteris tuis, multa q̄q̄ ſimilia. Quia ergo iuxta Habacuc, antichriſtus de regibus triumphabit, & tyrāni ridiculi eius erunt, decem reges iſti quali mane nouae lucis, doctrinam illius ſuſcipient: & quibusdā perſuadendo, quodam uero etiam uiolenter inſectēdo, peruerſitatem illam qua quaeruerunt diſfundēt. Cum igitur iam uideamus quartam beſtiam, ſeu beſtiae caput ſextum, in hęc decem cornua ſciſum eſſe: expeſtemus ſolliciti quando de medio horum cornuū paruulum illud oriatur. cornu. expergiſcatur illorum incauta ſecuritas, qui de poſſeſſa iam diu quiete ſibi blandiuntur: & in huius pacis ſerenitate, iōga ſibi ſpartia pollicentur. Scrutetur unuſq̄q̄ ſcripturas; & praeſparet ſe, ut ſi tempore ſuo uenerit aduerſarius ille, ducere illum poſſit ad Moylem. Cū enim ceperit ille ſignis & p̄digijs replēda re, lucēte poſt eum ſemita: cum regū ac principum fauore circumdatus, ceperit reſiſtentes ſibi tanta uirtute contereſe: ut reputet q̄ſi paleas ferrum, & quaſi lignum patridum x̄s: cum per hypochriſm aſſumpſerit ipſe ſibi duo cornua ſimilia agni, id eſt, ſapientiae ſanctitatis q̄q̄ quam Chriſtus habuit, imaginē ſibi falaciter uſurparit: cum eccleſiae ceperint euerſi, & fidelium greges diſpergi iuxta illud Iohelis: Quasi hortus uoluptatis terra coram eo, ubiq̄q̄ enim dei cultum inueniet cum uenerit, ſed poſt eum, inquit, ſolitudo deſertii, nec eſt qui eſſugiat eum. Ad tantam ergo & tam ſubiſtam re mutationem quae non conturbetur, q̄s non concutiat, niſi ea quae uiderit, ad ſcripturas referat, & ſup temporis illius ſtatu dei legem conſulat, ut quid inde ſentiedum ſit, iudicante Moyle diſcernatur: & ſacris paginis, ram nouis quam ueteribus retractatis, ſub pphetiae lucerna nouitas illa diſcutiatur. Hunc enim affectum iuſtorū, qui tūc temporis futuri ſunt, Habacuc ppheta nobis inſtuit: qui dū de hoc aduerſario ſub Chaldaeorū, id eſt, ſero ciū ſpecie multa p̄miſiſſet, dicit: Leuioreſ par diſ eq̄ eius, uidelicet p̄dicatores illi q̄a paruo tpe p̄ totū mundū diſcurrēt: & uelocioreſ, inquit, lupis ueſp̄tinis uolabūt q̄ſi aquila feſtinās ad comedendum, & quia ſicut iam ſupra dix

mus, ipſe de regibus triumphabit, & ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem & capiet eam: plurimos namq̄ q̄ nūc in religione conſtantes aſtimantur, ſubiſciet ſibi: cum haec, ut dixi, p̄miſiſſet terribilia metuenda, aſtus ſuos ad deum referens, & ſuper his quibus mouebatur, diuinum reſponſum expoſcens: Nunquid nō tu, ait, à principio domine deus meus, ſanctē meus, & non moriemur? Tanquam diceret, ex perſona eccleſiae loquēs: Ego quidem domine deus meus, iam per multas generationes tua fide ſanctificata ſum: ſed nunc cultum tuum uideo euacuari, & nouum nobis colendi ritum annūciari. Nonne tu à principio à ſanctis om̄ibus & expectatus es in carne uēturus, & in fine temporū ueniens, uera fide deus es creditus? Doce nos q̄d tu uita nra ſis, ut tibi in p̄petuū adhrētes, mortis naufragiū euadamus. Vide & Iezechiele: per ipſum quoq̄ dominus nos inſtruit, ut cū uenerit ille iniquus, & ſe deū eſſe impudēter aſtruxerit, ad ſcripturas conſugiamus: & ibi per legē, per pphetas, per euangelij, per apoſtolos, hūc praenūciatum reperientes, cui⁹ meritū ſine dubio cognoscamus. Contra Gog igit̄ agens, ſicut paulo ante tractauimus: hęc dicit, inq̄ ppheta, dñs deus: Nūq̄d non in die illo cū habitauerit populus meus Iſrael, & ſciēs, & uenies de loco tuo à laterib⁹ aquilonis, tu & populi multi tecū, aſcēſores equorū: uniuerſi, & ceterus magnus, & exercit⁹ uehemēs: & aſcēdes ſuper populū meum Iſrael quaſi nubes, ut operias terrā in nouiſſimis diebus eris. & adducā te ſuper terrā meā, ut ſciant oēs gentes me, cū ſanctificatus fuero in te, in oculis eorū. Gog. Ac deinde inſinuans, qualiter in ſpeculo ſcripturas: à doctis dephendatur, deo illustrāte corda illorū, ſubiungit dicens: Hęc dicit dñs deus: Tu ergo ille es, de quo loutus ſum in diebus antiquis in manu ſeruorū meorū. ppheta: Iſrael, qui pphetauerūt in diebus illorum temporū, ut adduceret te ſuper eos. Maniſeſtū itaq̄ q̄d ad Moylem adducendus ſit blaſphemus iſte, ut ſcilicet in lumine ſcripturarū eius hypochriſis detegatur. Cum enī, inquit, blaſphemāſſet dei nomē, & male dixiſſet ei, adductus eſt ad Moylem. Sequitur: Vocabatur autem mater eius Salumith, ſilia Dabri, de tribu Dan.

Nō ocioſe putādus eſt p̄ſſanctus nomen matris hoīs huius nobis innotuiſſe, ſed quia in ipſo noīe myſtici aliquid cōtinetur. Salumith ſiquidē retributio interpretatur, Dabri autē loquelā ſonat. Antichriſtus igitur qui per Apoſtolū perditioſus filius noiatur, recte matrem Salumith habere perhibetur: & ipſam, ſi liam Dabri, i. loquelā: quae damnatio cui ipſe deſtinatus eſt, blaſphemij illius retribuetur, & exinde oriatur, ſicut in Daniele expreſ-

Ibidem.

Ibidem.

Ieze. 38.

Ibidem.

2 Theſ. 2.

**Dan. 7.** ſum eſt: Iudicium, inquit, ſedit, & libri aperti ſunt. Aſpiciebam propter uocem ſermonū grandium, quos cornu illud loquebatur: & cui di quoniam interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus eius, & traditum eſſet ad comburendum igni. Quod autem ex tribu Dan eſſe dicitur homo iſte, hic maniſeſtius antichriſtus designatus intelligitur: qui ſcripturis hinc at que inde conclamantibus, ex tribu Dan orientis agnoſcitur. Recole prophetiam patriarchae Iacob: Fiar, inquit, Dan coluber in uia, cerastes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor eius retro. Hoc quomodo ſuper antichriſto intelligendum ſit, papa Gregorius lauiſ exponit, dicens antichriſtū colubrum in uia futurum, eos ſcilicet, qui latam carnalis conuerſationis gradiuntur uiam, uenenato ſuae perſuaſionis aculeo cōſumpturū. cerastem autē in ſemita, qui cornutus anguis eſſe perhibetur: quia quos arctioris diſciplinae callem tenere uiderit, cum corrumpere non poſſit blanditijs, cornu terrene feriet poteſtatis. Mordebit ungulas equi, quia mundi huius apprehēderet extrema. Vt cadat aſcenſor eius retro, uidelicet qui in mundi dignitatibus ſe extollit, illuc corruat ubi neſcit. Concinit huic prophetiae etiā quod de tribu Dan, ſacra in Nūeris narrat hiſtoria. In diſpoſitioe quippe caſtrorū ad aquilonem partē poſiti ſunt filij Dan, de quibus etiam ſtatutum eſt, ut nouiſſimi proficiſcerentur. Cum autē filij Iſrael ex Aegypto exeuntes, ad terram trāſ irent Chanaan, liquis regionum ſitum conſideret, aduertere poterit, eos contra aquilonem, ſeu certe contra orientem, cum deſerta circuirent, iter habuiſſe. Cum igitur ad aquilonem tenderet, prima caſtrum proſectio ad aquilonē poſitis danda uideretur: aut certe media, ſi orientem uerſus irer exercitus. Apparet itaq̄ myſtერი causa factum eſſe, ut qui primam caſtrum frontem tenebant in meditatione, poſtremi eſſent in proſectione. Tribus enim Dan quae ad aquilonem caſtra metatur, illum preſignare uidentur, qui de eadem tribu natiſcitur, in his qui a ſeruore charitatis remoti, & quaſi ſub glaciali plaga poſiti ſunt, accipiet principatum & à lateribus aquilonis, ſicut de Iezechiele ptulimus, ducet exercitum. Quod uero nouiſſima proficiſcebatur haec tribus, ſub antichriſti futura temporibus eccleſiae poſtremitas monſtrabat. Nec quenquam moueat, quod tribus Dan in caſtris Iſrael computabatur, cum antichriſtus hoſtis eccleſiae ſit futurus. Hoſtis ſiquidem hoſtilibus erit, ſed tamen ex fidei profeſſorib⁹ maximam multitudinis ſuae partem congregabit. Hinc enim ad Iob de illo dictum eſt: Staret ſibi aurum quaſi lutum, & ſub ipſo erūt radij ſolis. Ipſe etiā Iob ex pſona eccleſiae loquēs, & futurā tribulationē p̄nunciāns, ait:

Gen. 49.

Num. 2.

Iob. 41.

Ad dexteram orientis calamitates meae ilico ſurrexerunt. Tanquam diceret: Hi de quorū conſtantia preſlumbam, quos quaſi dexterā meam computabam, dum ſubito ad inimicitias conuerſi ſunt, quanto uicinior mihi eorum familiaritas fuit, tanto celerior aduerſum me calamitas inde cōſurrexit. Tribus igit̄ Dan, licet filiorum Iſrael caſtris annumeretur, nō incongrue tamen in antichriſti reſertur figuram: qui ut ſupra oſtendimus, cū magna exercitus ſui portione, primo caſtris fidelium cōfociabitur. Notādum enim, quod tribum eādem in numerum caterarum Moyleſes quidē incluſit: ſed in Apocalypſi ſua, in fine ſcilicet canonis, Iohannes excluſit. Vidi, inquit, quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terrae, tenentes quatuor uentos terrae, ne flaret uētus ſuper terram, neq̄ ſupra mare, neq̄ in ullam arborem. Et uidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habētem ſignum dei uiui: & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datum eſt nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari neque arboribus, quoaduſque ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum. Et audiui numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia, ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael. Deinde enumerās quot millia de ſingulis tribubus ſignata ſunt, omēs filios Iacob ponit: tribum Dan ſolam praetermittit, Manafſen in loco eius ſubſtituens. Si uero textum ſcripturae conſideremus, poterimus aduerte re, quia ſub apertione ſexti ſigilli haec beatus Iohannes ſibi oſteſta teſtatur. Iam aperto primo ſigillo, in typū hominis dominici, q̄ mundiffimam carnem ſuam inter peccatores ſine peccato rexit, uiderat e quum albi, ſedentēq̄ ſuper eum, cui data eſt corona, & exiuit uincens ut uinceret. Poſt cuius uictoriam & glorificationem, quoniā eſſuſus eſt ſanguis martyrum rabie perſecutorum, reſerato ſecundo ſigillo, exiuit equus rufus: & qui ſedebat ſuper eum, datum eſt ut ſumeret pacem de terra, & datus eſt illi gladius magnus. Quia uero tandem uirtute Chriſti ſanctorumq̄ patiētia uictus eſt mundus, & ipſa principum ſublinitas fidei iugum ſuſcepit: inimicus ille, qui imp̄ijs praefidens, in noſtorum mortes eos impellebat, diuinae moderationis habentis praefuſus eſt: ut licet tenebroſas terrasq̄ inſidelium mentes poſſideret, ad illam tamen perſecutionis immanitatem erumpere non ualeret. Hinc eſt quod ſub ſigillo tertio uiſus eſt equus niger: & qui ſedebat ſuper eum, habebat ſtateram in manu ſua. Quarta uero ſigilli apertio, haereticos oſtendit, exangues, & ſine ſpiritu uitae, ſicut dictum eſt de illis: In animales ſpiritum non habentes. Hoc eſt enim quod dicitur: Cum aperuiſſet ſigillum quartum, ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper eum,

Iob. 30.

Apo. 7.

Apo. 6.

Ibidem.

Ibidem.

Iuda. 1. f. Apo. 6.

nomen illi mors. Iam sublata utraque perfectione, & infidelium scilicet & fallorum Christianorum, in hac pace sanctae ecclesiae tarda re uideatur CHRISTVS: & reditus eius extremus, qui coronam reddet pijs, iudicium impijs, tam a iustis qui in carne sunt, quam a sanctis spiritibus suspiratur. Hoc quinti sigilli indicat referatio. Vidi, inquit, subrus altare animas interfectorum propter uerbum dei, & clamabant uoce magna, dicentes: Vique uo domine sanctus & uerus, non iudicas & iudicas sanguinem nostrum de his qui habi-  
 Apo. 6. tant in terra? Quia uero non ueniet dies illa domini, nisi primo reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: hoc iam sextum continet sigillum, de quo nunc agimus: quia cum aperuisset, inquit, sigillum sextum, terra motus factus est magnus, & sol factus est niger tanquam fuscus cilicinus, & luna facta est tota sicut sanguis: & stellae ceciderunt super terram, sicut ficus mittit grossus suos cum a uento magno mouetur. Hoc sub antichristo futurum est, cum iuxta Apostolum uenerit discessio: tunc enim fiet terrae motus magnus, terrenorum scilicet hominum magna commotio: qui cum terrore, tum blanditijs inimici, a fidei soliditate discedet: solque fit niger tanquam fuscus cilicinus, quia fulgens uita praedicantium, ante reprobatorum oculos aspera & despecta monstrabitur: luna etiam in sanguinem conuertetur, cum sancta ecclesia martyrum suorum sanguine perfundatur: cadentibus stellis in terram, multis scilicet qui tanquam caelestia luminaria uidebantur, a persecutionis immanitate corruptentibus. Deinde subiuncto beatus Iohannes Christi aduentu, statim secutus est, a cuius terrore reges terrae & principes & tribuni abscondent se in speluncis & in petris montium, quia sub sanctorum protectione quaerent refugium, redit protinus ad tempus persecutionis: & hoc subdit, quod supra posuimus, uidisse se quatuor angelos stantes super quatuor angulos terrae, inimicam scilicet uim daemonum, per quatuor orbis partes diffusam, tenentes quatuor uentos terrae, ne flaret uentus super terram, neque super mare: quia prohibebunt euangelicos praedicatores, ne flatu doctrinae suae impellant, aut non credentes ad fidem, aut credentes ad bonam operationem. Signantur tamen serui dei, quibus nocere non possint inimici, nouit enim dominus qui sunt eius: & hoc signaculum habet fundamentum dei, ciuitas utique praedestinatorum, quam ipse fundauit in aeternum. Sed designatorum numero cum tribus Dan excluditur, satis innuitur, de tribu eadem hominem nasciturum, per quem praedicta excitabitur persecutio: a cuius immanitate noceri non poterit, quisquis signaculum supernum in fronte portabit. Moyses

itaque tribum Dan inter tribus reliquas copulauit, sed eandem a tribuum numero Iohannes sequestrat: & hoc, ut supra diximus, illi congrue aptatur, qui proles Dan futurus, post fidelium societatem, fidelium erit aduersarius, iuxta quod scriptum est: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Reperiuntur & alia quaedam in scripturis, quae antichristum de tribu Dan oriturum praenunciant: sicut quod in libro Iudicij scriptum est, quod nouissima haereditatem hanc tribus accepit. Miserunt autem filij Dan exploratores, qui explorarent terram, & diligenter inspicere eunt. Eunt igitur uenerunt Lais. uideruntque populum habitantem in ea absque ullo timore, iuxta Sidoniorum consuetudinem, securum & quietum, nullo eis penitus resistente: reuersique ad fratres suos, & quid egissent sciscitantibus, responderunt: Surgite & ascendamus ad eos, uidimus enim terram ualde opulentem & huberem. Nolite negligere, nolite cessare, eamus & possideamus eam. nullo erit labor. Intrabimus enim ad securos in regionem latissimam. Venerunt ergo filij Dan in Lais ad populum, quiescentem atque securum, & percusserunt eum in ore gladii, urbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente praesidium, eo quod procul habitarent a Sidone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negotij. Erat autem ciuitas sita in regione Roob, quam rursum extruentes, habitauerunt in ea, uocato nomine ciuitatis Dan, iuxta uocabulum patris sui. Hanc omnia qualiter antichristum exprimant, qui superiora recolat, facile intelligit. Lais enim ciuitas, quae leo interpretatur, ecclesiam significat, propter fortitudinem scilicet, quia sepius ab hostibus pressa, uinci non potuit. Hanc exploratores Dan, praedicatores uidelicet antichristi, qui faciem illius praecedent, securam & quietam inueniunt, futuros casus minime praudentem: habitantesque in ea, sine dei timore, sine sollicitudine animarum suarum, uiuentes iuxta Sidoniorum consuetudinem, id est, iuxta morem illorum qui carnis suae uoluptates sequuntur. Sidon quippe interpretatur uenatio inutilis. Vnde & diuino auxilio destitutos, per suasionis malignae gladio ferient, & perfidiae igne succendent, nullo penitus ferente praesidium, eo quod procul sint ab arce sapientiae, & a monebus ciuitatis illius, cum nullo sanctorum nec secum inuicem fidam societatem habentes, sicut per Apostolum de talibus dicitur: Sine affectione, absque coedere, sine misericordia. Erit autem tunc ciuitas: haec nostra sita in regione Roob, quod latitudinem sonat: quia latam & spatiosam uiam magna ex parte tenens ecclesia (unde & fornicaria in Apocalypsi uocatur: hi odiunt, inquit, fornicariam, de decem regibus agens, & desolatam reddent eam & nudam) latum hostibus ad se perhibebit ingressum. Qui postquam uerax fidei in illa edificationem destruxerint, extruent rursum eam in peregrini cultus superstitione, priuantes eam nomine quod nunc benedicunt super terram, nomen patris sui imponentes ei, ut iam non Christi ciuitas dicatur, sed antichristi. Possemus & Ieremiam introducere, qui dum Iudaeae desolationem futuram praenunciasset, expectantiam pacem, sed in tempore medelae non inuenitur a curationem: ad augmentum malorum, quantum ex stirpe illi sub consummatione temporis humani generis hostis egressurus sit, subsequenter intulit, dicens: A Dan auditus est fremitus equorum eius, a uoce hinnituum pugnatore eius comota est omnis terra. Sed quid ultra procedimus? Satis superque sufficit haec quae prolata sunt, ut filius hic retribuenda sibi damnationis propter loquelam laborum suorum, ex tribu Dan descensurus, scripturis attestantibus, esse credatur. Igitur ad proposita reuertamur. [Vocabatur, inquit, mater eius Salumith, filia Dabri, de tribu Dan.] De quo & subiungitur:

Miseruntque eum in carcerem, donec noissent quid iuberet dominus.

Qualiter antichristum mittatur in carcerem ab his, qui super illius peruersitate sententiam praestolantur diuinam, facilius patet intellectus. Iam superius quippe ex Iohannis Apocalypsi protulimus, quae nunc in abyso clausus est, in tenebris scilicet iniquorum retrusus consciens, ne apertam pugnam inferat fidelibus, & ad gentium seductionem, nequitiae suae uires laxare prauealeat. Et tunc igitur cum ad multos subuersionem egredietur de carcere suo, carcerem tamen sustinebit ab illis, qui uiriliter illi resistentes, impedimentum ei afferent perficiendae suae nequissimae uoluntatis. Sequitur:

Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Educe blasphemum extra castra: & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapident eum omnis populus.

Educat Moyses antichristum extra castra, cum sacra scriptura quod a castris fidelium alienus sit, spiritus sancto dictante nos edocet. Quod autem hi qui audierunt blasphemiam hominis, iubentur manus suas ponere super caput eius: manu inpositio & testes eos indicat iniquitatis, & consentaneos ultionis. Hoc igitur & de iniquorum capite possumus intelligere, ipse siquidem in diem perditionis seruatur, & ad diem furoris ducetur, & tunc reuelabit

caeli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum: & testes erunt caeli ac terra, quae super egerit contra deum. Quomodo autem consentiant electi damnationi illius, diuinae iustitiae concordantes, Nahum propheta contra Asur loquens indicat, dicens: Non est obscura contritio tua, pessima plaga tua. Omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transiit malitia tua semper? Compresserunt, inquit, manum super te: id est, contritionis tuae fauorem suum apposerunt: quia tu omnibus nequam fuisti, & omnibus in perditione tua latitiam praebuisti. Hoc est igitur quod etiam in hoc loco per Moysen dicitur, ut super caput blasphemum ponat testes manus suas: id est, danationem illius sententia communi decernat. [Et lapidat, inquit, eum omnis populus.] Lapidabit antichristum, qui duris iustorum increpationibus eius subdita contumeliam. Si enim (ut scriptum est) lapidat piger bouis stercoreibus, cur non iste sanctorum sermonibus? Lapidabunt ergo eum electi in die deiectionis illius, quia cum electis uidentibus precipitabitur. Tunc igitur loquens super aspernatione illius, arguent eum, dicentes: Nunquid iste est uir qui conturbauit terram, qui concussit regnum, qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit? Omnes reges gentium dormierunt in gloria: uir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stipes inutilis, pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta lacu. Quasi cadauer putridum non habebis consortium, neque cum eis in sepultura. Hucusque capituli huius mysterium pertractauimus: abhinc quae sequuntur, iuxta litteram accipienda sunt.

Et ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur.

Super uno consultus dominus, dat legem communem, quae in omnem blasphemum, siue deo suo maledicentem, debeat conseruari. Iam superius ista tractauimus. legis haec est iusta seueritas: in qua ostenditur, quid noui testamenti gratiae debeat. Iustus est autem, ut qui deum colunt pie, dei iniurias non contemnant, aeternam enim sibi retributionem acquirunt, si contra dei inimicos zelum spiritalem assumunt. Hinc enim Moyses cum filij Leui uiginti tria millia in castris trucidassent, propter uitulum aureum quem adorauerant: Consecrasti, inquit, manus uestras hodie domino, unusquisque in filio & fratre suo, ut detur uobis benedictio. Sic & in hoc loco dominus ob utilitatem ipsius populi, contumeliae suae ultionem populo mandat, dicens: Lapidibus opprimet eum omnis mul-

Num. 2.  
Apo. 7.

1. Iob. 2.

Iudic. 8.

Iere. 8.

Apo. 20.

Ro. 1.

105. 20.

1. Mac. 2.

Nabu. 3.

Eccl. 22.

I. Ier. 17.

Exo. 31.

tudo populi. Siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit, qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur.

Zach. 2.

Qua em mente dei populus, domini & creatoris sui postponat iniurias, cum nostras ipse tanta cura uindictet, ut per prophetam benignissime polliceatur, dicens: Qui enim tetigerit uos, tanget pupillam oculi mei: Vnde etiam hic, postquam in eum qui blasphemauerat suum nomen, uindictam mandauit, ne personae suae acceptorem aestimes deum, qui suas ulciscatur iniurias, alienas contemnat: continuo ad nostras quoque uindictandas laesiones, iustitiae suae seueritatem extendit, dicens: Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percusserit animal, reddat uicarium, id est, animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuiuslibet ciuium suorum, sicut fecit, sic facite ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem infixit maculam, talem sustinere cogetur.

Et repetens quod dixerat:

Qui percusserit, inquit, iumentum, reddat aliud. Qui percusserit hominem, punietur. Aequum iudicium sit inter uos, siue peregrini, siue ciuis peccauerit: quia ego sum dominus deus uester.

Matt. 5.

Huius sanctioni uidetur contrarium, quod in euangelio dominus praecipit. Dico, inquit, uobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, praebet illi & alteram. Crebris tamen patrum tractatibus hoc tritum est, non esse contrarietatem, sed profectum: quia qui laesus uel damnus passus, iustam satisfactionem reposcit, non est contra iustitiam quod facit: melius tamen facit, si hoc ipsum quod sibi debebatur, ut sua etiam illi debita dimittatur, dimittit. In lege igitur homo non ad reposcendam uindictam compellitur, sed si reposcere uoluerit, ne ira exardescente plus iusto exigat, temperatur. Caeterum si ad euangelicam tendat perfectionem, in ipsa lege poterit legere, quod iam supra tractauimus: Non quaeres ultionem, nec memor eris iniuriae ciuium tuorum. Itemque: Qui uindictam uult, a deo inueniet uindictam: & peccata illius seruabit. Relinque proximo tuo nocentem, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Adeo sancti patres per quos spiritus sanctus locutus est, in quibusdam praecipis suis nostrae descendebant infirmitati, ea tradentes quae uirtutum perfectionem homini non conferret, sed tamen ad uitiorum uoragine hominem sequen-

Leuit. 19. Eccl. 18.

straret: in quibusdam uero quid magis expectaret, & quo profectum nostrum trahere conarentur non reticentes, perfectiora uolentibus proposuerunt, nolentibus non imposuerunt. Non igitur lex in minoribus mandatis suis, euangelicis sanctionibus contrariae proponit: sed nobis minus ualentibus, ad illam celsitudinem conscendam gradum ponit. Cuiusmodi autem legislator ea quae de rixatore isto proposuerat, ita subiungens:

Locutusque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. feceruntque filii Israel, sicut praeeperat dominus Moysi.

Haec tenus ea quae solennitatum disputationi sunt inserta, tractauimus. Quibus consummatis, ad easdem solennitates scriptura reuertitur: & sacramentum spei nostrae, quod in die erit septimanis seu quinquagesima superius expresserat, ad maiorem rei ipsius commendationem in annis iterum replicatur.

De dedicatione anni septimi. Caput 11.



Locutusque est dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis, sabbatizet sabbatum domini. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis uineam tuam: septimo autem anno sabbatum erit terrae requietionis domini. Agrum non seres, & uineam non putabis, quia ipse gignit humus, non metes. & uuas primitiarum tuarum non colliges quasi uindemiā. annus enim requietionis terrae est: sed erunt uobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillae tuae & mercenario tuo, & aduenae qui peregrinatur apud te, iumentis & pecoribus omnia quae nascuntur, praebunt cibum.

LEVITICI caput XXXV.

Quod supra in die septima, ipsum sacramentum etiam in anno septimo intelligitur. Vtrobique enim nostra reges, qui post labores praesentis temporis, quasi post sex dies operatione, septenaria securura est, congrue satis exprimit. Sed quoniam reges eadem, & sigillatim quibusque fidelibus, & generaliter fidelium populis exhibet, pauisatio haec si guratiua & diebus singulis, & annis integris, diebus si multiplicatis, obseruari iubet. Est tamen & alia ratio, ut quod superius diebus typus expresserat, nunc

transferatur ad annos: quia uidelicet promissa quietis excellentia siue etiam diuturnitas, multo euidentius sub his sacramentis ostenditur, cum festiua ista uacatio, post unius diei celebrationem, per anni quoque spatium protebratur. Res etiam quae digne explicari non potest, satis utile est ut multipliciter insinuetur: quia licet non aperiri profusus est, sepius tamen retractata, & agnoscitur amplius, & desideratur ardentius. Manifeste igitur his quae proposuimus, futurae uitae qualitas declaratur. Promittitur filijs Israel terram adhuc sapientibus, terra Chananeorum: nobis, terra uiuentium. Obseruauerunt illi in terra sua annuam uacationem: nos in nostra quietem expectamus, quae nulla habet consummationem. Atende ergo quod dicitur: Cum ingressi, inquit, fueritis terram quam ego dabo uobis, sabbatizet sabbatum domini. Sabbatum domini uult intelligi, quod scilicet terra ne hostium incurSIONibus deuersata, nec cultorum suorum negligetia derelicta: sed diuino praecipito, & diuino etiam subdita sacramento, culturae solitudo ferias accipiebat. Has enim ferias subsequenter exponens: Sex annis, inquit, seres agrum tuum, & sex annis putabis uineam tuam: septimo autem sabbatum erit terrae requietionis domini. Sabbatum scilicet in quo dominicae quietis typus habeatur, iuxta quod scriptum est, quia septimo die requieuit deus ab omni opere quod patrarat. Sex igitur anni, in quibus & agrum serere, & uineam putare praecipuntur, mortalem nostram delignant uitam: quia per sex mundi huius aetates, genus humanum primi parentis peccato damnatum, in sudore uultus sui comedit panem suum. Post sex uero annos, tempore uidelicet mortalitatis huius transactio, requies erit terrae, in qua nec ager feratur, nec putetur uinea: quia sine labore, sine sollicitudine, populus dei caelesti pane saturabitur, pane indeficienti: quia panem angelorum tunc manducabit homo, & uinum bibet nouum, inebriatus ab illa huberrate domini dei, & spirituali perfusus laetitia. Quae autem sponte gignit humus, non metetur: & uuas primitiarum suarum non colliget quasi uindemiā, ut (sicut solet fieri) priuatim sibi unusquisque gratuita dei dona reponat: sed bonum quo fruetur quilibet iustus, in illo possidebit etiam proximum: ut illic generaliter inueniatur in omnibus, quod hic de quibusdam legitur, quia erant illis omnia communia. Notandum uero quod non dixerit, uuas tuas: sed, uuas primitiarum tuarum non colliges quasi uindemiā. Si enim uuas ex quibus uinum exprimitur, laetitiam signant: quia uinum, inquit, laetificat cor hominis: in uuis primitiuis nihil aliud intelligo, nisi laetitiam gaudia caetera praecedentem: nihil quippe illi in qualibet temporis huius affluentia conferri potest, quia iucunditas illa su-

Gen. 2.

Gen. 5.

Psal. 77.

Psal. 35.

Actu. 4.

Psal. 103.

per omnes est. [Sed erunt, inquit, uobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillae tuae & mercenario tuo, & aduenae qui peregrinatur apud te: iumentis tuis & pecoribus omnia quae nascuntur, praebunt cibum.] Si nascantia terra illius, quae septimo anno sponte oriebantur, futuram animarum nostrarum refectionem significat: quaerendum est, quomodo seruis & ancillis, aduenis & mercenariis, iumentis & pecoribus dicantur esse communia. Neque enim in illa patria seruis aliquis erit uel ancilla, ubi omnes reges futuri sunt, & regni caelestis participes. Nullus aduenae, quia Ierusalem caelestis nullum peregrinum recipiet, sicut nec de suis ciuibus aliquem amittet. Nec mercenarius erit ibi, ubi labor non erit: sed dei uisio & laus, otiosum beatorum negotium erit. Quid dicam de iumentis & pecoribus, quorum natura spiritualis illius pascuae participationem non recipit? Nonnullos tamen uidemus hic seruos, quos ibi credimus regnatos. Multi nanque etiam sanctorum in hac uita seruos non abnuunt, ut illic patronos inueniant, quos hic habere dominos non recusant. Sunt hic aduenae, illic tamen ciues futuri, quicumque aut per infidelitatem, aut per uitam reprobam a fidelium iustorumque consortio prius alieni, postea per poenitentiam accedunt: & in ecclesiae agris, rudes incolae sortem accipiunt. Mercenarij uero qui sunt, docet nos parabola euangelica: in qua operarij ad patris familias uineam conuocati, cum sero factum esset, denarium legunt, suam scilicet mercedem, percepisse. Porro iumenta & pecora si requiras, simplices quosque intellige: qui sacramentis diuinis imbuti, doctorum quidem & praedicatorum fidem attribuunt, & obediunt praecipis: suae tamen habitudinis consuetudine, dictorum ueritatem discutere non praesumunt. De his iumentis in psalmo scriptum est: Homines & iumenta saluabis domine. Et propheta Ieremias ex persona domini loquens: Iudicabo, inquit, inter pecus & pecus: & suscitabo super ea pastorem unum qui pascat eas, seruum meum Dauid. Haec igitur iumenta, haec pecora cum pastoribus suis ad aeternam uitam pascua pertingunt: si solliciti conferuent, quam a doctoribus ceperunt, & integritatem si dei, & formam uiuendi. O quam felix, quam perfecta requies illa est, in qua non dico dominus, sed nec seruus, nec ancilla, non aduenae, non mercenarius, non iumentum, non pecus labori subditur: in qua creatura omnis, affluentibus usque uaque delicijs, post seruitutem corruptionis, ab indigentia molestia liberatur. Haec sunt gloriosa quae dicitur de te ciuitas dei, quia laetantium omnium habitatio est in te. Ad hanc requiem mox corporeposito pingit unufcuique, si dignus est, teste Apostolo gaudet: Scimus quia si terrestris domus

Mat. 20.

Psal. 35.

Ier. 34.

Psal. 86.

2. Cor. 5.

hæc nostra dissoluatur, quod habitationē hābemus ex deo, domū non manufactam, æternam in cælis. Ad hanc peruenerunt etiā temporibus suis generationes singulæ, uel potius qui in generatiōibus singulis domino placuerūt. Primum patriarchæ, deinde prophetæ, tertio apostoli, & qui sub ea tempestate pietate fidei susceperunt. Post quos sancti martyres suum annum septimum sanguinis sui precio mercati sunt. Nos quoq; iam sub pace ecclesie, si diuinis legibus obtēperemus, ad eorum societatem pertingimus. Restat tempus antichristi, sub quo iterum luna conuertetur in sanguinem, & multis sanctorum martyrum legiōibus complebitur numerus beatorum. Post singulorum itaq; iustorum pauationē tantquam diurna sabbata, post diuersarum ætatū electionem, in quibus uelut anni septimi plures reperiuntur: quæ sicut in anno septimo multi erāt dies uacationis, sic in singulis ætatibus magnus est numerus multitudinis eorum, quæ ad requiem colligitur: post omnia inquam, quæ particulatim acta sunt, iam saluatore redeunte, fiet generalis congregatio dispersorum Israel, quæ reformatis corporibus electorum, congregabitur turba illa, quæ uidit beatus Iohannes, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis, turbam quam dinumerare nemo poterat, stantes ante thronum in conspectu agni. Illa erit ciuitas dei nostri, quam ipse fundauit in æternum, ponetq; fines illius pacem, & pacis eius non erit finis. Hæc est Si-

Apo. 7.

Psal. 147.

Isai. 9.

Psal. 86.

Isai. 64.

1. Cor. 2.

Roma. 10.

on mater nostra, quam dicere nō potest hō: quia oculus non uidit deus absq; te, quæ præparasti diligentibus te: diues tunc futurus in omnes, qui nunc inuocāt te. Tunc ueniet qui annunciatuſ est nobis, annus acceptus domini: in quo mitigabit circa nos omnē iram suam, remittens iniquitatem plebis suæ, & propicius factus peccatis nostris propter nomē suum. In huius typum spei nostræ legislator post septem septimanas annorum, quasi post uniuersalem collectionem eorum, qui ad requiem prædestinati sunt, iubileum annum populo constituit celebrandum, inter antiquas festiuitates præcipuum. Iubileus autem, dimittens siue dimissio interpretatur. Cuius ista sequitur traditio:

De remissione iubilei.  
Capit III.



**M**erabis quoque tibi septē hebdomadas annorum, id est, septē septies, quæ simul faciunt annos quadragintanouem: & clanges buccina mē-

se septimo, decima die mensis propiciationis tempore, in uniuersa terra uestra: sanctificabisq; annum quinquagesimum, & uocabis remissionē cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipse est enim iubileus.

**A**perte ostendit quod à remissione iuleus diceretur, cum postquam præmisit dicens, Vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: cōtinuo subiūxit, ipse est enim iubileus. Quod uero quinquagesimum eum dicit, quærendum est quomodo sit intelligendum. Nam septem septimanas annorum numerari præcepit, quæ quadragintanouē faciunt annos. Cum uero nullum dixerit addendum, dubitatur quem uelit intelligi quinquagesimum. Si enim aliquis hoc subintelligendū asserat, quod in litera non aperitur: & cū quadragintanouem, unum superadijciendū qui quinquagesimus numeretur: sequitur, ut duos concedamus uacationis fuisse annos si ubi coniunctos, septimū ultimæ septimanæ, & quinquagesimum qui statim adnciendus erit, quod in lege nusquam reperitur. Vnde uidetur, quod idem quinquagesimus dicitur sit, qui & ultimæ septimanæ septimus erat, à præcedenti uidelicet iubileo suæ cōputationis initium sumens. Sic & nunc tempore noui testamenti, unaquæq; dominica inter duas hebdomadas constituta, unius octauæ, alterius primæ reperitur. In iubileo itaq; iubetur populo, ut clangat buccina mense septimo. Clangor iste non est adhortatiuum ad pugnam, neque uociferatio compellens ad fugam: sed uox lætantium erit, consummatam designans uictoriam. In populo quippe dei tunc temporis illa Balaam propheta cōplebitur, qua ait:

Num. 23.

Isai. 51.

Tho. 13.

Rom. 14.

Dominus deus eius cum ipso est, & clangor uictorie regis in illo. Clanget buccina ciuitas illa: quia iuxta Isaiam, gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & uox laudis. Clanget buccina, quando iuxta patris Thobia uaricinium, per omnes uicos eius cantabitur alleluia. Septimus uero mensis, gratiam designat spiritus sancti. Clanget ergo buccina mense septimo, qui non carnaliter, sed spiritaliter lætabuntur. Non enim est regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Mense, inquit, septimo decima die mensis, quando scilicet complebuntur omnia quæ per legem & prophetas ante prædicta sunt. Propiciationis tempore: quia tunc miserebit dominus Iacob, & requiescere eos faciet super humum suam. Misericordias enim, inquit, domini in æternum cantabo. Vnde & per Isaiam eiusdē Sion temporales ærumnas dominus consolatur, dicens: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus ma-

Isai. 16.

Psal. 88.

Isai. 54.

gnis congregabo te. In momento indignationis absceodi faciem meam parumper à te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus dominus. Sequitur: Reuertetur homo ad possessionē suam, & unusquisq; rediet ad familiā pristinam: quia iubileus & quinquagesimus annus est.

Luc. 23.

Gen. 3.

Apo. 2.

Luc. 15.

Psal. 102.

Apo. 21.

Psal. 135.

Felix cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso. Ipsa est em possessio, à qua primus parens noster eiectus est. Sic quippe scriptura testatur, quia emisit oper dominus deus de paradiso uoluptatis, ut reueretur terram de qua sumptus est. Eiecitq; Adam, & collocauit ante paradysum uoluptatis cherubim & flāmeum gladium atq; uersatilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ. Ad hanc itaq; possessionem reuertitur omnes qui sunt Christi, qui uirtute fidei suæ uincunt mundum & concupiscentias eius. Vincent enim, inquit, dabo edere de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Rediet homo ad familiā pristinam: quādo adolefcens ille qui à patre suo imprudenter recesserat, postulas partē subitantiæ quæ illum continebat, & consumens illam cū meretricibus, iam per penitentiam in patris gratiam reuocatus, in patris domum, & ad epulas eius quas esuriens desiderauerat, recipietur. O quam profusam circa se tunc patris sentiet liberalitatem, quando replebit in bonis desiderium illius, abtergens omnem lachrymā ab oculis populi sui, & dās escam gratuitam omni carni. Vnde & hic subiungitur:

Non seretis neq; metetis sponte in agro nascētia, & primitias uindemiæ nō colligetis ob sanctificationem iubilei: sed statim oblatam comedetis.

Statim, inquit, oblatam uindemiam comedetis, quia semper paratam lætitiā inuenietis. Sic enim deus per Isaiam loquitur, dicens: Ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium: & exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo ultra uox fletus, & uox clamoris. Et quoniam inextimabile est quod prænticiabat, nō fuit satis semel dixisse, sed repetit qd præmiserat legissator, dicens:

Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas.

Sequitur:  
De temperando precio uendēdarum possessionum.  
Capit III.



**Q**vando uēdes quippiam cuius tuo, uel emes ab eo, ne contristes fratrem tuū: sed iuxta numerum anno-

rū iubilei emes ab eo, & iuxta suppurationem frugum uendet tibi. Quanto plures anni remanserint post iubileum, tanto crescet & precium. Et quanto minus temporis numeraueris, tanto minus & emptio constabit. Tempus enim frugum uendet tibi. Nolite affligere contribules uestros: sed timeat unusquisque deum suum, quia ego dominus deus uester. Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pauore, & gignat uobis humus fructus suos, quibus ue sciamini usque ad saturitatem, nullius impetum formidantes.

**Q**uia præceperat ut in iubileo omnes redirent ad possessiones suas: quātum ad literam spectat, earundem possessionum emptionem & uenditionem temperat: ut quæ fruges agrorum, nō ipsi uendebantur agri, pro frugum numero quæ usq; ad iubilei supererant, precii taxaretur: ut nec qui emebat grauarerit, si amplius daret: nec qui uendebat, si minus acciperet. Quæ dicit, quātum plures anni remanserint post iubileum, tractatum iubilei intellige. Vnde & illud uidetur approbare, quod pauloante diximus, ab uno iubileo in alium, quinquagesimam hanc numerari. Quod uero subdit, facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, id est, impledo custodite: ad hoc referendum est, quia præceperat ut huiusmodi cōmercia iusta examinatione discernerent, & digni rebus singulis precium ponerent. Promittit & obtemperantibus congruam recompensationem, qualis in ueteri testamento à carnalibus expectabatur: ut habitare, inquit, possitis in terrā absq; ullo pauore, & gignat uobis humus fructus suos. Sed moraliter ista discutienda sunt. Diximus iubileum generalem futurum omni populo dei in uita sempiterna, quando accepta remissione omnium peccatorum, restituetur iustis hæreditas sua. Ad huc autem iubilei etiā in hac uita quodammodo pertingitur, si sic uiuat homo, ut indulgētia dignus sit: & in eorum numerum qui tunc saluandi sunt, bonis operibus se transferat. Sed emenda est peccatorum remissio, & immortalitatis hæreditas, quā in primo parente perdidimus, dato precio cōpetenti recipienda. Precium uero quale sit futurum, docet nos præcursor domini: qui super hac re cōsultus, quomodo scilicet fugere possit homo à uentura ira, & diuinam sibi iustitiam conciliare: Facite, inquit, fructus dignos

Matt. 3.



penitentia. Fructus igitur penitentia, precium sunt possessionis recipienda. Dignum porro erit hoc precium, si secundum quod longum est a iubileo qui emit, uel prope, conformem tempori pondus aptet & precij. Longe est autem a iubileo, quod magna peccatorum sarcina grauat, a remissione se longe fecit. Prope est, qui in leuioribus tantum deliquit. Qui igitur longe est, augetur precium, si possessionem suam recipere uoluerit: ut iuxta modum criminis, extendat & modum satisfactionis. Quod si minus reus iubileum quasi proximum sibi attendit, minori precio, id est, leuiori satisfactione recipiet quod amisit. Notandum enim quod de illo, nunc agitur, qui aut per infidelitatem, aut per uitae prauitatem a populo iustorum alienatus, cum primum per penitentiam accedit, agrum aeternae hereditatis non recipit quasi suum, sed iure perditum comparat quasi alienum. Emptor quippe, non redemptor in hoc loco introducit. Et qui uendit tantum & qui emit, concius uocatur, cum dicitur: [Quando uides quippiam cuius tuos, uel emes ab eo.] Sed hoc per anticipationem fit: quoniam qui emit, est nondum cuius est, cum tamen emerit, futurus est. Huius tropi plura exempla iam supra ostendimus. Venditores itaque huius possessionis hi sunt, quae clauis regni caelorum a domino susceperunt, quibus commissa est potestas, ut ligent & excludant peccates, soluant & introducant penitentes. Iuris ergo iuxta domini preceptum, uidebatur est, ut in hoc mercimonio non grauent ciues suos, maiorem satisfactionem exigentes ab eis, quam peccati qualitas requirit. Emptor quoque caueat necesse est, ne dei dispensatorem contristet, si tepidus scilicet mente delicti sui ueniam petes, in ista satisfactionis mensura non explet. [Tepidus, inquit, frugum uendet tibi.] Vtique si longe est iubileus, id est, si magnitudo facinorosum longius hominem ab indulgentia separauit, plures sunt fruges comparanda: quia quanto immanior precessit reatus, tanto maius est quod emittitur, dum maioris iniquitatis uenia comparatur. Hilaris ergo ac deuotus praebeatur homo iustum pro re tanta precium: quia cum per reatus sui ueniam, in agris sanctae ecclesiae possessor fuerit admissus, & ex sua possessione per id temporis fruges percipiet, fruges utique iustitiae, quas extra societatem ciuitatis huius habere non posset. Et cum iubileus uenerit, annus uidelicet remissionis & remunerationis, merito possessionis suae per quam in populo dei reputatus est, ad id reuertetur, quod merito patrum per uocationis amiserat. Alioqui nisi agro empto sanctae terrae habitator hic fieret, sanctorum societate adeptus, non utique illi uel in iubileo ad amissa reuerti liceret. Tantum namque filiis Israel haec lex attributa est. De hoc autem commercio in Ecclesiastico sic legitur: Sicut in medio co-

Mat. 16. 18.

Ecc. 27.

paginis lapidum palus signatur, sic inter medium uenditionis & emptionis angustabitur peccatis. Cum enim homo carnis illecebris assuetus, praeu consuetudini suae reniti coeperit, & agrum supernae hereditatis suarum uoluptatum continentia comparare uoluerit: magnas patitur angustias, dum hinc caro compellit, ut ex more sibi obsequatur: hinc spiritus repellit, ut magis cepta perficiens, brauium sancti certaminis fideliter perseverantia consequatur. Magnae igitur ibi sunt angustiae, sicut diximus: sed laboris huius consolatio subinfertur, cum dicitur: Coeretur cum delinquente delictum. Hoc enim maxime in contritione sua debet hominem releuare, quod dum ipse conteritur, & aculeus carnis retunditur, & quae ex carne contraxerat, reatus aboletur. Quia tamen periculum est ne fatigatus deficiat: nisi, inquit, in timore dei tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Post semus & illud agere, quod super hac negotiatione quorundam torpor arguitur, dum per eundem sapientem alibi dicitur: Duae species difficiles & periculosae mihi apparuerunt. Difficile exiit negotiator a negligentia, & non iustificabitur caupo a peccatis labij. Sed strictius haec tenus agendum est. Iam enim quidam ex amicis, uoluminis huius arguunt prolixitatem, quorum consilij acquiescendum est. Sic ergo de caetero breuitatem sequi disponimus, ut tamen pro uiribus operam demus, ne proposita expositionem desiderent, & ne illud poeticum incurramus:

Breuis esse laboro, Obscurus fio.

Ecc. 27.

Ibidem

Ecc. 16.

Horatius in Arte poetica.

Psal. 138.

Solam igitur domini promissionem in huius capituli fine repetimus, quae ad iudiciorum suorum obseruationem filios Israel exhortans, ait: [Facite praeccepta mea, & iudicia custodite, ut habitare possitis in terra absque ullo pauore, & gignat uobis humus fructus suos, quibus uescamini usque ad saturitatem, nullius impetum formidantes.] Hoc illi carnaliter intellexerunt: nos uero si praeccepta diuina seruemus, in terra nostra uere sine ullo pauore habitaturi sumus, sempiternam laetitiam habituri, ubi gignet nobis humus fructus suos, quia omnis creatura perpetuas delicias ministrabit. Saturitas autem ex uultu dei aderit: quia tunc facti labor, inquit, cum apparuerit gloria tua. Notet diligens lector, uenditorem hunc non quemlibet de pauperibus intelligendum, qui necessitate compulsus, sua distraxerit: de his postea tractabitur: sed diuitem aliquem, qui ex multa abundantia & sua uendat, & aliena emat, unde & illi praecipitur, ne in rerum precio ciuem suum contristet: quod plerumque illi facere solent, quos non ad mercionium egestas compulsi in tempore non suo, sed lucri cupiditas adduxit in tempore sibi op-

portuno. Quod sanctae ecclesiae dispensatoribus apissime congruit, qui iuxta quod supra tractatum est) pauperibus nobis quod uendunt, sine suo uendunt detrimento, dum & uidentibus nihil detrahitur, & ementibus nullum coferunt. Quia uero superi dixerat, unoquoque anno septimo sabbatum terrae obseruandum esse, in quo non sererent neque meterent, ne forte uictus inopiam se passuros suspicarentur, dat huius rei securitatem, ita subiungens:

Promittit deus benedictionem suam anno sexto. Caput V.



Quod si dixeritis, quid comedemus anno septimo, si non seuerimus neque collegerimus fruges nostras: dabo benedictionem meam uobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum: scilicet anno octauo, & coedentis ueteres fruges usque ad nonum annum: donec noua nascatur, coedent uetera.

Exo. 12.

Annus apud Iudaeos, a luna Aprilis incipiebat. De illo quippe mense scriptum est: Mensis iste principium mensium, primus erit in mensibus anni. Sexto igitur anno, in ipsi anno introitu metebant fruges suos: & eodem anno postea ferebant, quod ueniente anno septimo propter sabbati uacationem non colligebant. Collectio tamen illa intelligenda est, quae alijs annis fiebat: cum unusquisque quod seminauerat, sibi uendebat. Haec in septimo anno fieri prohibebatur: sed quicquid in agris, uineis, oliuetis, arboribusque caeteris natura produxerat, sine ulla peculiaritatis distinctione in commune populus assuuebat. Sic igitur mensis septimi anni quodammodo consumpta, dum non licet unicuique sibi referuare: quod seuit in sexto: item alia messis octauo anni, quae in septimo sereda fuerat, & propter ferias eius anni non serabatur, proflus amittebatur. Octauo autem anno serabatur quidem, sed illius seminis messis, non tandem anno colligebatur. Igitur a messe anni sexti nulla erat collectio, usque ad annum nonum. Inde est quod pollicetur dominus anno sexto se daturum benedictionem, ut faciat fructus trium annorum, ut uidelicet sufficere possit messis illius primus ipsi sexto, in cuius exordio colligitur: deinde septimo & octauo, donec ad messem noni perueniant. Notandum uero, quod trium quidem annorum promittitur hic benedictionem anno se-

xto, quarto autem nusquam. Et hinc igitur apparet, quod superius diximus, iubileum non post septem septimanas superinducit, sed septimum ultimam septimanam, quinquagesimum computari, sumpto scilicet numero a praecedenti iubileo. Alioqui duo feriat anni sibi coniuncti succederent, & ex messe sexti non tres anni, sed quatuor, usque ad messem uidelicet decimi, uictum acciperent. Quod si ad mysterium recurramus, quid manifestius, quid delectabilius hic elucet nostrae fidei sacramento? [Dabo, inquit, benedictionem meam uobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum.] Haec est benedictio, qua benedicitur omnis qui timet dominum. In sexto quippe anno sumus nos praecipue, qui & sextam mundi huius aetatem agimus, & sub senario sancti operis exercitio laboramus. Labor noster si secundum deum est, feminis locum tenet. Fructus huius feminis, messis ipsius est. Hinc enim scriptum est: Quae seminauerit homo, haec & metet. Vnicuique enim reddidit secundum opus suum. Labor uero iustorum ab insensatis iteris estimatur, qui nunc habent eos in derisum & in similitudinem improprij: sed potens in terra erit semen eorum. Scandalizantur impij, qui praesentem eorum confusionem attendunt: sed propter hanc in terra sua duplicitia possidebunt. In hac quoque terra est merces operi eorum. Unde & ille qui hoc intellexerat, latenter quippe remuneratur, & passitur interius: Si utique est, inquit, fructus iusto, utique est deus iudicans eos in terra. Sed & alius psalmus: Labores, ait, manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Beatus es, dixit pro praesenti: pro futuro autem, bene tibi erit. Passit igitur sextus annus sua fruge prius seipsum, postea duos annos sequentes: quia etiam hic habent iusti fructum suum in sanctificatione, in loco diuinae pascuae collocati, dum reficiuntur pane iustitiae, finem autem uitam aeternam. Porro uita aeterna duos annos facit: primum ante corporum resurrectionem, dum iam requiescit anima iustorum: secundum, post corporum reparationem. Sed uterque iste annus anni sexti frugibus locupletatur, dum per laborem praesentem & animarum quies, & corporum immortalitas obtinetur. [Dabo ergo, inquit, benedictionem meam sexto anno, & faciet fructus trium annorum.] Sed quoniam mors intercedat necesse est, & reatus antiqui debitum persoluatur: ad consolationem morientium statim subiungitur: [Seretis quoque anno octauo.] Haec seminatio ad illud referenda uidebitur, quod ait Apostolus: Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur iraque corpus, cum per mortis conditionem in terram deponitur. Surgit uero,

Gal. 6.

Sap. 5.

Psal. 111.

Isai. 61.

Psal. 57.

Psal. 137.

Roma. 6.

Psal. 22.

Roma. 6.

I. Cor. 15.

cum per dei uirtutē à morte reuocatur. Quod ergo nūc feritur, octauo anno ferit: quia cū spe resurrectionis moritur iustus, & mortis suę amaritudinem expectatione futurę beatitudinis consolatur. [Et comedetis, ait, ueteres fruges usq; ad nouum annum.] Vetusitas nō semper corruptionem, sed aliquando solam designat antiquitatem. Vnde est illud in epistola Iohannis: Non mandatum nouum scribo uobis, sed mandatum uetus quod habuistis ab initio. Item q; illud sapientis: Vinū nouum, amicus nouus. Vteralacet, & cum suauitate bibes illud. In nouenario autem termini reperitur, quę est quadrata figura. Quod uero quadratum est, ex omni latere stare potest. Cibus igitur spiritalis, ad quem iam hic ex quantalacunque parte pertingunt animarum iustorum, dum renouantur de die in diem, & cogitationibus sanctis spiritalibusq; saginatur affectionibus: multo huberius illis post mortē datur, cū deposita corruptibilis carnis sarcina, à pristina seruitutis iugo releuata, ueritatis perceptio, magna quiete, & beatorū spirituum societate letantur. Hęc sunt igitur ueteres fruges, quibus usque ad nouum annū uescunt filij Israel: quia hac interim prima stola contenti sunt sancti, sola scilicet animarum suarū felicitate, qua ex tempore mortalitatis suę ex parte frui ceperant, cum renouarentur spiritu mentis suę: donec stabilem & occasum amplius non habituram, etiam in corporibus suis percipiant immortalitatem. Hic erit nouus annus, cōsummans octauū, sua plenitudine ac securitate quadratus. In hunc finem perueniet populus dei, qui non habebit

2. Ioh. 8.  
Ecc. 9.

finem. Vnde & Moyses in tabernaculi constructione, sanctuario dedit quadratam mensuram, ponēs in longitudine illius cubitos decem, & in latitudine decem, & totidem in altitudine. Idem & in templo Salomonis reperies obseruatum, in cuius parte interiore adificatus est oraculū, habēs uiginti cubitos in longitudine, & uiginti in latitudine, & totidē in altitudine. Sic & in Apocalypsi Iohannis ciuitas cęlestis in q; dō posita esse describit: cuius lōgitudō & latitudō & altitudō, æ qualia sunt. In nono autē anno noua erunt oīa. sic em scriptum est, deo loquente: Ecce noua facio omnia. Nouum cęlum, noua terra, innouatis etiam sanctorum corporibus, & immortalitate recepta. Contra mortis igitur necessitatē datur consolatio iustis, cū dicitur: Seretis anno octauo: cum spe scilicet resurrectionis dormientes, corpora uestra terrę mandabitis. Quia uero corporum nostrorum renouatio in finem defertur, quibus delictis interim fruuntur spiritus iustorum, insinuat cum dicitur: [Et comedetis ueteres fruges usq; ad nouum annum.] Donec enim animę nostrę recipiant corpora sua, suę interim quietis iucunditate, diuina cōtemplatione, mutua etiam societate seu dilectione pascuntur. Istę sunt ueteres fruges: quia (ut supra diximus) à tempore mortalitatis suę, iusti sanctę huius uoluptatis quasdam primitias gustauerunt. Quia uero fruges istę sanctis spiritibus non deficiant, donec ultima atq; generalis innouatio fiat, apte subiungitur: [Donec noua nascatur, edetis uetera.]

3. Reg. 6.  
Apoc. 21.  
Isai. 43.  
Apoc. 21.

**RADVLPHI FLA**  
VIACENSIS, IN LEVITICVM MOYSI, LIBER XIX.

Pręfatio.



ut qui in iubileo possessionem pristinam uult recipere, ante iubileum studeat aliquid possidere: alioqui non est quod in iubileo homini restituatur, si dum hic uiuit, à possessione sanctę terrę prorsus alienetur: admittuntur

etiam pauperes ad comparandas possessiones, cum de temperādo precio diuites admoneantur: ne forte deterriti precij magnitudine, tam necessarium refugiant commercium: & importuni uideantur hęreditates, cum iubeus uenerit, exactores, cuius ante iubileū nō fuerint possessores. Vnde & in hac prima uendendorum agrorum uel emendorum traditione, uenditor in iubileo nō dicitur id quod uendiderat, recepturus: quāquam si morem gentis interroges, ita fieri solere negari non possit: generalis namq; possessionum quę uidebantur, ista pręceptio est, pręter nonnullas quę inferius sequestrantur. Sacrę tamen legis in loquendo tanta est diligentia, nimirū quę tota mysterijs incumbit, & spiritum semper respicit, ut eorū quę aut facta recollit, aut tradit faciendā, ea quidem proferens quę my

Heb. 7.

sticia legibus seruiant, his quę ab hac sua deuiant intentione, superfedeat, & suo etiam silentio multa nos doceat. Hinc habes in Apocalypsi, cum de Melchisedec loqueretur, & eius nobis excellentiam commendaret: Sine patre inquit, sine matre, neq; initium dierum, neq; finem uitę habēs: assimilatus autem filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Non est credendum, quod Melchisedec iste sine patre & matre fuerit, quod dierum initium & uitę finem non habuerit: quod tamen in scriptura sic introducit, ut nec patris nec matris eius fiat memoria, nec uitę illius initium aut terminus commemoretur: non esse ociosum Apostolus intellexit, & in hoc assimilatum illum dei filio fuisse perhibuit. Sic & in hac scriptura quam prę manibus habemus, licet possessiones uēditas, anno remissionis ad uenditorem lex publica reuocaret: quia tamen iuxta quod supra tractatum est, prima hęc uendendorum agrorum descriptio allegorice talis intelligitur, quę uenditori nihil detrahat, emptori multum conferat: quę q; cum iubileus uenerit, confirmanda sit potius quā cassanda: merito hic de restituenda possessione uenditori tacetur, & hoc solum, ne in precio grauetur emptor, pręcipitur. Deinde propter ferias anni septimi interposita est diuina promissio, qua pollicetur anno sexto se daturum benedictionem suam, ut tribus annis sufficere possit. Hęc tenus libro pręcedēti tractatum est. Nunc igitur ad id reuertitur legislator, quod de uendendis possessionibus dicere ceperat: & ad ancillas trāsīt, quas paupertate cogente nonnulli distrahebāt, in quibus quia sic mysterio congruebat, restitutionem illam exprimit, q; in iubileo fieri solebat. Quia enim iuxta Apostolum natura sumus filij irę, & ab hęreditate sanctorum extranei, nisi per fidei adoptionem efficiamur hęredes dei, cōhęredes autem Christi: necesse erat ut emptio possessionis prius pauperibus offerretur, quę cōparata, si denuo per inopiam eius distractio fieret, iubilei remissio misericorditer promitteret. Cur uero reuocari debeat in iubileo uenditę possessiones, & possessoribus pristinis reformari, causa pręmittitur, cū deo loquente subinfertur:

¶ Ut terra non uendatur in perpetuum.  
Capit. I.



Erra quoq; non uendetur in perpetuum, quia mea est: & uos, aduenę & coloni mei estis. Vnde cūcta regio possessionis uestrę, sub redemptionis conditione uendetur.

Quod hic à domino decernit, tale est acsi locuples aliquis multorum fundorum dominus, agrorum suorum cultoribus constituat, dicens: Terram quidem possessionis meę colendam tradidi uobis, reditus constitutos per annos singulos recepturus: sed cū laboris uestri fructus in potestate uestra reliquerim, ut ad arbitrium uestrum illos distrahere non possitis. Pari modo & dominus colonos suos dicit filios Israel, terrā uero possessionis eorum suam esse testatur: de qua tanquā reditus annuus accipiat, decimas & primitias: quamq; mancipat suo iuri, distrahendi eam nulli conferens potestatem. Fructus igitur annuos cultoribus tradit, ut in ipsi arbitrium suum exercent: terra uero quia sua est, ne omnino distrahatur, interdicit. Benignissimus tamen cōditor non more humano sibi prospicit, cum terrę prohibet uenditionem, sed uenditoribus potius consulit, ut dū in iubileo recipit unufquique quod uendiderat, nullus ab hęreditate sua possit diuelli. Hęc igitur allegorice interpretanda sunt. \* Et quędam terra sacra possessionis, quę si (ut dignū est) purgata fuerit & excolta, possessori suo fructus huberes reddit, sicut ad eius habitationem nos inuitans spiritus sanctus, p psalmitam testatur, dicens: Inhabita terram, & pascaris in diuitijs eius. Huius tamen diuersi sunt fructus, quia & diuersa cultorum studia, sicut euangelica nos parabola docet, ubi semen dicitur in terram bonam cecidisse, & fecisse fructum: aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud autem tricesimum. Hęc terra quę sit, si regis, mens tua est homo: à qua peregrinarius, quandiu uoluptati carnalium seruus, in carne, non in spiritu mansionem facis. Quandiu ergo talis es, in carne tua feminas, messurus iuxta Apostoli corruptionē. Quod si ad te ipsum conuersus fueris, & seminaueris in spiritu, de semine tuo colliges ad presēs fruges iustitię, & postea uitam æternā. Hęc est terra excelsa, ad quam nos introducit dominus, cū de Aegypto, uidelicet de tenebris uitiorum nostrorum, nos ascendere fecerit, sicut scriptum est: Cōstituit eos super excelsam terram, ut comederent fructus agrorum. In hac coloni dominici sumus, opportunum fructum illi afferentes, ut accipiamus ab eo benedictionem. Cum enim essemus in carne, passionibus peccatorum operabantur in nobis, ut fructificarent morti. Postquam autem liberati fuerimus à lege mortis, in qua detinebamur: si ambulamus in nouitate spiritus, iā fructificamus deo. Sed quid est q; fructus terrę huius, arbitrio nostro relinquat dominus, ut non solum illis pasci, sed & uēdere illos ac distrahere possimus: terram uero sibi retinet, & uendendi eam nobis subtrahit potestatem &

\* E/

Psal. 36.

Mat. 13.

Gal. 6.

Deut. 32.

Heb. 6.

Roma. 7.

Quinam & fructus sibi teneat, nobisq; apud se conferuet: quos si nobis reliquerit, aut negligentia deperierit: aut per imprudentiam nostram maximo nostro damno, uili precio distrahatur. Satis enim iam experti sumus, quo liberum arbitrium nostrum perduxerit nos, postquam homo deo contempto, se uoluit esse contentus, & sui iuris esse concupiuit. Sed quoniam iustum est, ut etiam ipsi qui saluantur, pro sua salute solliciti sint, & suo arbitrio aliquid agant, unde mercedem in futuro recipiant: postquam in terra hac optima per dei gratiam constituti sumus, & ad hoc collocati, ut uoluptatibus carnis spretis, fructibus spiritus operam demus: mouemur quidem diuinis uocibus, ut fecundi esse studeamus, dicente Apostolo: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Quantum tamen per damus nostram desideria, dum seminandi laborem refugimus, testis est unicuique sua conscientia: quantum etiam modico precio distrahimus, dum aut coniugij carnalis illecebris delectati, continenter fructus amittimus, uirginitatis abijcimus flores: illecti gula uoluptate, ieiuniorum utilitatem refugimus: possessiones etiam terrenas amantes, illud non implemus perfectionis preceptum: Vade, uende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ueni, sequere me. Hinc quoque fit, ut curis secularibus implicati, nec uacemus orationi, nec quae dei sunt, solliciti cogitemus. Ecce quod precio distrahimus fructus nostros, dum temporalem incurritatem accipimus: & circa uirtutum fertilitatem minus studiose, aeternae remunerationis dispendium sustinemus. Hoc igitur dolendo commercio fruges nostras abijcimus potius a nobis, quam alteri tradimus possidendas. Inimicus enim qui emit illas, non de sua possessione, sed de nostra diminutione laetatur. De terra autem quid fiet? Non uendetur in perpetuum, dicit dominus, quia mea est. Discernendum itaque quid a nobis expectet, quid ue gratiae suae in nobis attribuat. Exigit ipse a nobis, ut iam in agro eius constituti, ad laborandum pigri non simus: sed suum est, quod ad hoc opus eligimur: suum, quod in hac gratia conferuamus, ne omnino ab illa decidamus: suum etiam, quod licet hic perfectioni minus studeamus, in aeterna tamen uita, gratuita ipsius gratia perficiendi sumus. Ibi enim restituetur nobis terra nostra, ut mentis intentio iam a uanitate liberata, solum diuinis laudibus occupetur: & tunc uere nostra fit, cum a uarijs curis emancipata, & circa diuinum amorem collecta, spiritali sagina replebitur. Licet igitur fructuum nostrorum dispendium nos sustinere permittat, ut ibi experiamur quae sint nostri ui-

Gen. 3.

2. Cor. 9.

Mat. 19.

res arbitrij, aduertamusque uerum esse quod per prophetam nos ipse commonet, dicens: Perditio tua est Israel, tantum in me auxilium tuum: hanc tamen legem in populo suo constituit, ut terra fundus non uendatur in perpetuum: sed sibi reseruatus, possessoribus primitiis remissionis anno restituitur. In hoc enim manifeste nos docet, quanta fit gratia & misericordia in sanctos eius: qui licet ut dignum est, illi placere non studeant, nec pro salute sua solliciti sint: ne omnino tamen ab eo diuellantur, & in alterius transcant potestate, misericorditer retinentur. Hoc quippe innuit, cum uenditione terrae prohibita, cur uendenda non sit, causam reddit, dicens: Quia mea est, id est, per me uobis conseruata. Nam possidere se dicit, quod possidere nos facit, tropo illo quo efficienti effectus suus tribuitur: uelut cum dicitur deus scire, eo quod scientes faciat: postulare spiritum sanctum, quod ad postulandum nos accendat: caeca fouea, quae caecos reddit: & multa in hunc modum. Alioquin quae est terra quae domini non sit, ut terra Chanaan specialiter illi esse dicat, in cuius uoluntate uniuersa sunt posita: quicquid omnia fecit, caelum & terram, & uniuersa quae caeli ambitu continentur? Sua ergo dicta est, ut quam per eum ab eis possessa: non enim in gladio suo pederunt eam, & brachium eorum non saluauit eos: sed dextera dei & brachium ipsius. Iustum igitur erat, ut in terra quam illis dederat, lex ipsius conseruaretur: & iuxta uoluntatem eius quae uicque distracta fuisset, anno constituto suo domino redderetur. Quicumque ergo agrum a se uendit reciperebat, non erat quod ascribere posset suae industriae, sed constitutioni diuinae. Sic & agrum spirituale ipse nobis conseruat, qui & praestat, eruens nos de potestate tenebrarum: & sub miti suo iugo, animarum nostrarum possessores nos faciens. Idcirco ego in te speraui domine deus meus, in manibus tuis fortes meae: tu conseruabis eas mihi, quoniam speraui in te: conturbatur ad me anima mea, propterea memor ero tui: tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Et in ipsis quoque fructibus terrae meae non sterilis sum, fortitudinem meam ad te custodi am: tu praebabis uires, ut in labore non deficiam: quia & ut ad laborandum surgerem, misericordia tua praeuenit me domine deus meus. Quia igitur, quod agri filiorum Israel in perpetuum non uendantur, audiuiimus: quomodo sub redemptionis conditione interim distrahantur, ut scilicet redimi possint quandoque uenditor uoluerit, & redimere poterit: aut si redempti non fuerint, in iubilaeo uenditori restituantur, sequentia docebunt nos.

Ose. 12.

Psal. 43.

Col. 1.

Mat. 11.

Psal. 30.

Psal. 41.

Psal. 15.

Psal. 58.

Ibidem.

De possessionibus uenditis redimendis, uel in iubilaeo recipientis. Caput II.

**S** attenuatus frater tuus, uendiderit possessionem suam, & uoluerit propinquus eius, potest redimere quod ille uendiderat.

**I**am diximus quae sit possessio spiritalis, cui aliqua scilicet uirtus mente possidetur. Haec igitur si attenuatus quis uendiderit, & temporali aliqua uoluptate mutauerit, sicut supra tractatum est, utique poterit redimi. Redemptio possessionis, reparatio est amissae uirtutis. Sed notandum quod attenuatus dicitur frater, qui possessionem suam distrahit. Alioqui quodam utiliter possidebat, non distraheret nisi pauper esset, pauper itaque sensu, & inops prudentia. De hac quippe paupertate scriptum est, quia propter inopiam multi deliquerunt. Notandum etiam, quod non possessio, sed possessiucula dicta est, quae ab hoc imprudenter uendita memoratur. Constat enim quia non magnipenditur uirtus ab eo, cum carnali momentaneae uoluptati postponitur. Sed quoniam de redemptione illius agere coepimus, a quo redimi possit, considerandum est. Si uoluerit, inquit, propinquus eius, potest redimere quod ille uendiderat. Breuiter dicamus, & euangelicis utamur uerbis, propinquus est homo, qui facit misericordiam in illum. Si quis igitur ue repropinquus est, intelligat super egenum & pauperem, impendat ei misericordiam, ut & ipse misericordiam consequatur: oratio pro eo, monedo illum, donec sua sollicitudine studioque impenso, restituat fratrem in gradum pristinum. Haec enim est distractae possessionis redemptio. Confer uer illum deus, & beatum faciat eum, nec manibus inimicorum tradat illum, quisquis erroribus nostris concurrerit, & labentibus porrexerit manum. Quia tamen etiam si propinquus iste defuerit, necesse est ut unusquisque sui curam gerat, apte subiungitur:

utique sensu.

Ecc. 27.

Luc. 10.

Psal. 40.

Mat. 5.

Psal. 40.

Sin autem non habuerit proximum, & ipse precium ad redimendum potuerit inuenire: computabuntur fructus ex eo tempore quo uendit, & quod reliquum est reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam.

Cui deest propinquus qui curam illius suscipiat, si precium ad redimendum potuerit inuenire, id est, si per gratiam dei uirtus ei suppetit, ut quae distrahatur, possit reparare:

quo pacto sua recipiat docetur, cum dicitur: [Computabitur fructus ex eo tempore quo uendit, & quod reliquum est reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam. Fructus possessionis, uirtutis utilitas est. quam uel in praesenti consequimur, dum anima nostra sanctificatur: uel maxime in futuro, dum uirtutis olim possessae corona confertur. Inimicus igitur qui uirtutis possessionem nobis ad tempus subtrahit, fructibus quoque illius quos interim ager sanctus exhibere possessoribus potuisset, fraudauit nos. Quod uero sit precium quod ab illo, suggestione scilicet illius, pro rata percipimus, superius declaratum est, uoluptas aliqua temporalis. Qui igitur per spiritus gratiam compunctus, & damni sui pudorem non ferens, ad pristinas facultates suas redire uoluerit, fructus quidem praeteriti temporis relinquet emptori: recipere enim illos non poterit. Sed ut agri sui fruges uenturas ad se reuocet, nil aliud restat, nisi ut pecuniam inimici a se abiciat: & uoluptati qua prius fuerat captus, exinde renuncians, in possessionem distractam se recipiat. Sequitur:

Quod si non inuenit manus eius ut reddat precium, habebit emptor quod emerat, usque ad annum iubilaeum. In ipso enim omnis uenditio redit ad dominum, & ad possessorem pristinum.

Hic tempus est ut renouetur interior homo noster, & uirtutes aut nouas acquirat, aut certe reformet, quas habitas ante perdidit. Quod si hic contempserit, & perniciosus emptoris pecunia delectatus, reuocare quod suum est, sibi neglexerit: possidebit emptor quod emerat, usque ad iubilaeum. Possessio tamen boni non stri apud ipsum nihil aliud est, quam nostra fraudatio. Gaudium namque suum computat & diuitias, nostrum detrimentum. Porro in iubilaeo restituetur nobis ager distractus, quoniam humana natura tunc ad integrum reparabitur, renouabitur siquidem ut aequale iuuentus tua. Neque enim credendum est, quod qui coniugium carnali continentiae fructum postposuit, etiam ibi eadem teneatur uoluptate: cum scriptum sit de beatis illis, quia non inuident neque nubentur, sed erunt similes angelis dei. Quia hic diuitiarum peculiaritate delectatus est, non est existimandum quod etiam in uita illa tales sibi thesauros collocet, cum omnia sint eorum futura, qui Christi erunt: nec iam torqueatur sollicitudine modica possessionis, cuius erit possessio generalis. Quae hic a studijs spiritalibus cura temporalis auertit, ad agri huius hereditatem reuocabitur: cum implebitur in omnibus quod scriptum est, Vacate & uidete quoniam ego sum deus.

Psal. 102.

Mat. 22.

Psal. 44.

*Psal. 83.* & Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Notandum tamen quod de his interim agitur, qui in bono quod arripiunt, perseverantia suae uotum non faciunt, de uotis namque post aliquanta in huius uoluminis sine tractabitur. Alioqui teste *Eccl. 5.* Salomone, melius est non uouere, quam post uotum non reddere. & iuxta Apostolum, qui primam fidem irritam faciunt, non implentes quod uouerant, damnationem sibi acquirunt. Qui igitur uirtutis pulchritudine delectatus, sic ad eam accesserit, ut utrum perseveraturus sit, suo relinquat arbitrio: si iucunditate temporali seductus, ad inferiora se conuerterit, agrum quidem suum in fine recipiet: quia purgatis uitijs omnibus, integra mentis suae salute donabitur: fructu tamen priuabitur quem hic acquirere potuit, si agrum suum possideret, & uirtutem semel arreptam colere perseverasset. Perfecta quippe fanitas animae, corporis etiam immortalitas & incorruptio, denarius est omnibus dominicae uinae cultoribus conferendus. In illa tamen spiritalis alacritate, in corporis immortalitate, alia est claritas solis, alia lunae, alia stellarum: quia teste Apostolo, talis erit resurrectio mortuorum. Omnes igitur tunc diuinam uisioni uocabunt, quia diuino munere hoc ipsum percipientes, sed tamen alia erit eorum gloria, qui etiam corpore corruptibili grauari, post positis curis temporalibus, huic sancto negotio se mancipauerunt, ut cordis oculum purgarent: & inter tenebras uitae huius, ueritatis lumen inquirerent: alia illorum, qui semper quandiu hic uiuunt, terrenis curis adherentes, ab amore occupationis huius pessimae, non nisi mortis uolentia separantur. Alius erit honor continentium, qui hic in carne uiuentes, extra carnem facti sunt: alius coniugatorum, qui carnis uoluptatem non nisi carne deficiente, relinquere uoluerunt. Dispar quoque futura est remuneratio uoluntariae paupertatis: quae quas hic possidere potuit diuitias, ut maiora spiritus lucra perciperet, abiecit: & quae opulentiae temporalis, quamuis concessis, tamen terrenis, opibus delectata, spiritualibus profectibus minus insudauit. Virtutibus itaque suis anima tunc restituetur, ut agros pristinos recipiat: uirtutis tamen quam hic non possedit, tunc amittet fructum: quia boni quod non exercuit, non recipiet primum. Dicatur ergo: In ipso, id est, in iubileo, omnis uenditio redit ad dominum, & ad possessorem pristinum. Hic notandam uideo locutionem, quomodo uniuersaliter pronunciat, quod protinus uniuersaliter non esse intelligendum demonstrat. Quandam namque uenditionem esse quae in iubileo non redeat, ita subiungit, dicens:

De domo uendita intra urbis muros. Caput III.



**V**i uendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posterius eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in iubileo. Sin autem in uilla fuerit domus quae muros non habet, agrorum iure uendetur. Si autem redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum suum.

**D**e possessionibus itaque quae extra urbem uenduntur, dictum est: Omnis uenditio in iubileo reuertetur ad dominum suum. Sic tamen absolute pronunciatum est, omnis uenditio, quasi nulla excipienda restaret. Tale est & quod dominus ait, Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista: qui seipsum protinus maiorem docuit, dicens: Qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo. In hoc etiam uolumine loquitur superius: Omne, inquit, de uolucris quod gradit super quatuor pedes, abominabile erit uobis. Et tamen de eisdem nonnullas mox excipit, dicens: Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, pro quae salit super terram, comedere debetis. Sed de locutionis modo ista sufficiant. Quid est autem quod de urbicis domibus dicit, Si uendita fuerint, intra unum annum redimi poterunt: si uero annus fuerit euolutus, emptori permanebunt, nec redimi poterunt etiam in iubileo? Quae est ista agrorum domorumque distinctio? Terra, inquit dominus, non uendetur in perpetuum, quia mea est. Quid igitur domus? Nonne & domus tuae sunt? Quare ergo in perpetuum distrahantur? Sed uerum est omnino, uerum est quod legitur: Mirabilia testimonia tua, & beati sunt qui scrutantur ea. Reuela oculos nostros domine, ut consideremus mirabilia de lege tua. Ciuitas igitur inhabitantis populi munimentum, est communis ciuium societas, in qua quicumque mansionem non habet, hostibus expositus patet. Agri uero, uictualium copiam ciuitati ministrant. Qui igitur agrorum suorum aliquod sustinet dispendium, licet angustetur in

substantia, & attenuatus superius dicitur: si adhuc in urbe domum possidet, pauper quidem, sed ciuis permanet. Bonum autem est illi, ut quod imprudenter distinxit, cito sibi restituar, & non solo domus tegumento contentus, & necessarios sibi copiam sibi prouideat. Si tamen dissimulauerit, & remissus egerit, ex iure domus quam in urbe sibi conseruauit, cum uenerit iubileus, ad eorum quoque reuocabitur possessionem, quae extra urbem distinxit. Tolerabilis ergo utcumque est agrorum uenditio, quae & quandoque uenditor uoluerit, potest reparari: aut si hic reparata non fuerit, sola dei gratia per iubilei remissionem speratur restitui. Longe uero alia domus urbicis docetur esse conditio. Apparet enim quam grauiter sit diuina super illum animaduersio, qui eam distinxerit, cum non nisi per unius anni circulum ad eius expectetur redemptionem: & si intra temporis illius spatium redempta non fuerit, exinde qui uendidit, redimendi non habeat potestatem. His igitur lineamentis quasi iuxta iterum praemodis, facilis iam (ut credimus) spiritus erit intelligentia. Quae enim mystice domus intra urbis muros intelligitur, nisi quarundam uirtutum obseruatio, quibus quicumque priuam confesserit, disti sine illis, in populo dei & in ciuibus ciuitatis supernae numerari non poterit? Quarum nonnullas Apostolus nobis commendans: Pacem, inquit, sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. Harum igitur necessarium uirtutum, intra quarum ambitum generaliter populus sanctus se continet, & quibus quicumque priuatus fuerit, in urbe sanctorum habitaculum non habebit, periculosissima distrahitio est. Quisquis itaque fuerit in se laxille, quem inimici fraus ista domo nudauerit, festinet ut antequam euoluatur annus, damnabile sibi distoluar commercium: & domo sua recepta, populi sancti sibi reformet confortium. Annus autem unus, mystice intelligitur uita praefens: quia sicut in anno solis circuitus, sic per hoc spatium humanae uitae cursus peragitur. Idcirco uero ad unius tantum anni circulum humanae hic uita figura redigitur, ut comoneatur homo breuitatis ipsius, dies enim nostri sicut umbra praetereunt. Et tanto domus uenditae redemptionem acceleret, quanto magis quando claudatur annus, incertum habet. Si enim non redempta urbis mansione, & illo sibi statu non reparato, qui populo dei communis est, de uita discesserit, & anno euoluto ad possessionem domus suae non fuerit reuersus: possidebit emptor quod emerat, in perpetuum, ita ut nec in iubileo redimi possit domus illa: quia sine fine de illius perditione inimicus gaudebit. Si autem in uilla, inquit, fuerit domus quae muros non ha-

bet, agrorum iure uendetur, Quae etiam si redempta non fuerit, in iubileo tamen reuertetur ad dominum suum. Iam diximus quia muri urbis, salutem ciuium tuentur ad uitam: ad quem cuicumque refugium non patet, ab hostium incursum tutus esse non potest. Ager autem extra urbem, est alicuius uirtutis exercitium, quod omnibus qui saluantur, commune non est. Domus quoque in uilla quae muros non habet, acquiritur: quando in aliquo spiritali profectu, sine quo salus homini potest esse, qui tamen homini maiorem fructum & gloriam conferre potest, non ad horam & post tempora mens exercitatus, sed mansio diuturna paratur. In hac uilla domum sibi statuunt, iuxta quae supra tractatum est, qui continentiam uilium faciunt, qui frugalitatem amplectuntur: maxime autem qui mundanis subtracti tumultibus, sacris lectionibus mentem praebent. Hanc uillam, huc agrum, sponsa in canticis appetebat, ut publico sequestrata conuentu, spoliis complexibus liberius inhaereret. Veni, inquit, dilecte mi, egrediamur in agrum, comoremur in uillis. Nec praeterebo quod de Isaac scriptura commemorat, laudem egregii iuuenis, cui cum sui generis coniux adduceretur Rebecca, eo tempore, inquit, Isaac deambulabat per uiam, quae ducit ad puteum, cuius nomen est uiuentis & uidentis. Habitabat enim in terra australi, & egressus fuerat ad meditantem in agro, inclinata iam die. Inclinata, inquit, die, frigescens scilicet feruore carnalis concupiscentiae. Nam & Iacob filius eius post solis occubitum dormisse legitur in loco illo, ubi diuinam illam mirabilemque uidit uisionem, scalam usque ad caelos pertingentem. Idonea plane ad meditandum illa mens erat, in qua status austeri feruorem contrarium temperabat. Quisquis igitur gloriosam stationem sibi subtrahit passus fuerit, & uillae suae uendiderit domum, pendenda quidem degradatio: si tamen intra urbis muros se receperit, & publicum conuersionis tenuerit statum, qui cum periculo salutus ab omnibus seruetur necesse est, habebit licentiam redimendi quod distinxerat, quodcumque uoluerit & precium inuenierit. Si uero precio deficiente non poterit redimere, in fine quod suum est, iuxta quod supra de agris tractauimus, diuino munere recuperabit. Huic aliquid simile etiam in Apostolo reperies. Fundamentum, inquit, aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, qui est CHRISTVS IESVS. Si quis autem aedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam: uniuersusque opus manifestum erit. Ignis enim hoc probabit. Si cuius opus manserit quod superaedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, damnnum pa-

Matth. 18.

Leuit. 18.

Ibidem.

Psal. 118.

Ibidem.

Ibidem.

Heb. 12.

Iob. 8.

Cant. 7.

Gene. 24.

Gene. 28.

1. Cor. 3.



tietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod beatus Augustinus in libro de ciuitate dei exponens: Si quis, inquit, diligit uxorem suam carnaliter in morbo concupiscentiarum, etiam hoc secundum ueniam concedit Apostolus. Potest ergo iste in fundamento habere Christum, si nihil ei talis affectiois uoluptatisque proponat: quamuis superedificet ligna, scenum, stipulam, delicias scilicet huius mundi, amoresque terrenos, Christus est fundamentum: propter hoc saluus erit per ignem. Ea quippe quae superaedificauit, tribulationis ignis exuret, orbitates uidelicet & calamitates quae auferunt haec. Ac per hoc ei qui aedificauit, erit aedificatio ista damnosa, quia non habebit quod superaedificauit: eorum amissio ne cruciabitur, quibus fruendo utique laboratur. Sed per hunc ignem saluus erit merito fundamenti: quia si, utrum id habere mallet an Christum, a persecutore proponeretur, illud Christo non proponeret. Itemque: Vide, inquit, in Apostoli uerbis hominem aedificantem super fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos. Qui sine uxore est, cogitat quae sunt dei, quomodo placeat deo. Vide alium aedificantem ligna, scenum, stipulam. Qui autem matrimonio iunctus est, ait, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Vnius cuiusque opus manifestabitur. Si cuius opus permanferit, permanet enim quod quisque cogitat quae sunt dei, mercedem accipiet: quia unde cogitauit, hoc sumet. Si cuius autem opus arserit, damnum patietur: quia quod dilexerat, non habebit. Ipse autem saluus erit, quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Haec quantum concinant his, quae a nobis supra tractata sunt, in promptu est, diligere. Fundamentum enim, in cuius stabilitate salus nostra consistit, domus est intra urbis muros: quae distincta, nisi festinanter redempta fuerit, nec in iubileo uenditori salus supererit. Aurum, argentum, lapides preciosi, qui super hoc fundamentum aedificantur, tanquam agri sunt uel uillae: domus, quae cum urbis habitaculo possidentur. Qui uero contempta hac tam nobili aedificatione, fundamentum fidei ligna, scenum, stipulam, materiam scilicet igni debitam, superponit: ipse est qui uili mercimonio possessionem distraxit, & carnalia spiritalibus anteponit. Qui quidem damnum patitur, cum aedificium ipsius comburitur: cum rebus transitorijs occupatus, perpetuis agrorum suorum fructibus priuatur: gratia tamen fundamenti saluatur, quia si intra muros urbis, domum sibi seruauerit, tam animae quam corporis salutem integram recuperabit. Haec tenus de agrorum possessionibus seu uillarum domibus tractatum sit. Quia uero possessio huiusmodi perfectioribus congruit, & sub gratia noui testamenti,

1. Cor. 7.

Ibidem.

1. Cor. 3.

Ibidem.

\*diligere

multi perfectionis sectatores futuri erant: qui, ut interior locupletarentur, quae mundi sunt cuncta postponerent, ad Leuitarum urbes sermo deducitur, cum subinfertur:

**De domibus urbium Leuitarum.**  
Caput III.



**A**edes Leuitarum quae in urbibus sunt, semper possunt redimi. Si redemptae non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos: quia domus urbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel.

**I**nter urbes & uillas haec distinctio est, quod in uillis pauciores & habitaculis dispersi, in urbibus uero plures habitant & contigati. Villas igitur, hominum paucitas sine muris habitans: ciuitates autem, circumdata muris eorundem hominum multitudo facit. Porro tribus Leui, sicut scriptura declarat, ad ministerium diuinum assumpta, in distributione terrae sortem inter tribus ceteras non accepit. Ego enim fors & haereditas eorum, dicit dominus. In Leuitis ergo quorundam perfectio designatur, qui terrenae haereditatis sortem respuentes, portionem suam deum conpurant, & pro summis diuitijs gratiam illius sibi thesaurizant. Quid igitur in urbibus Leuitarum, nisi perfectorum unanimitate multitudo exprimitur, quorum mansio & popularium gradum amplioribus sanctitatis perfectibus excedit, & muris cingitur, sicut & aliae urbes filiorum Israel, dum non minorem solitudinem uirtutum suarum custodiam impendunt, quam populares quique statui suo, sine quo saluari non possunt. Sicut enim illi salutis suae periculum, sic isti gloriae suae metuunt detrimentum. Quia igitur urbes istae publicam excedunt stationem, ita ut etiam in inferiore gradu salus homini possit esse: de illarum domibus eadem lex constituitur, quae & de uillarum mansionibus, ut scilicet redimi possint: aut si redemptae non fuerint, in iubileo possessoribus primis restituantur. Dominus enim, inquit, urbium Leuitarum, pro possessionibus sunt inter filios Israel. Hoc est quod diximus, quia uirtutes quae ceteri filij Israel quibusdam temporum excolit interuallis, has isti iugiter obseruant, & in ipsis perpetuam sibi mansionem parant. Quia igitur etiam minus progressus spes est salutis, si Leuitae perfectio domibus suis inimici fraude nudata, ad comunem modum se reuocauerit: lege quae supra dictum est, mansiois distractae aut nunc redemptio, aut in fine illi restituito reseruatur.

Num. 18.

Psal. 88

3. Reg. 21.

Memores tamen esse debemus, de his ad praesens agi, qui a uoto liberi, perseveranti sibi necessitate non fecerunt: sed de domibus illis quid agere uellent, suo arbitrio reliquerunt. Sequitur:

**Suburbana autem eorum non uentent, quia possessio sempiterna est.**

De suburbanis urbium Leuitarum in Numeris legimus, quia praecepit dominus filiis Israel, ut darent de possessionibus suis Leuitis urbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, quae a muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum spatio tenderentur. Contra orientem, inquit, duo millia erunt cubiti, & contra meridiem similiter duo millia. Ad mare quoque quod respicit occidentem, eadem mensura erit, & septentrio onalis plaga aequali termino finietur. Si igitur in urbibus Leuiticis eorum conuersatio inteligitur, qui angustias quamuis fidelium, tamen secularium excedentes, ad ulteriora diuinae conuersionis ac dilectionis habitacula se extendunt: per suburbana quae circa illorum urbes latius diffunduntur, quid aliud exprimitur, nisi diuinae uisionis, quae speculationi huic succedit, circumquaque laxata libertas, ad quam hinc egredientes peruertuntur, & pascuam inueniunt. Hinc est enim quod ad significandam uitam illius perpetuitate, dum aequalis undique mensura porrigitur, etiam quadratura illa expressa est, quam supra notauimus, dum septem annis ferias tractaremus. Mille passus, undique, perfectam omnium qui in illa uita congregandi sunt, felicitatem insinuant. Quae tamen mille passus in duo millia cubitos postea transferuntur, quod idem esse arbitror, quia duo cubiti passum unum faciunt: illud tamen per hoc designari intelligo, quia tam corpore quam anima sanctorum beatitudo constabit, quoniam thronus Dauid nostri, iuxta quod in Psalmo canitur, erit sicut sol in conspectu dei, & sicut luna perfecta in aeternum. Recte ergo nunc dicitur de suburbanis Leuitarum, quae non uentent, quia sempiterna possessio est. Ad suburbana quippe illa quicumque peruenerit, nulli cessurus, ea perpetuo possidebit. Hinc iam emergentes, & locis obscurissimis dei gratia pertractatis, ad reliqua transituri, in fine iusti illius factum commemoramus, qui cum a rege Achab conueniret, ut accepta pecunia traderet illi uineam suam: Propitius, inquit, mihi sit dominus, ne dem haereditatem patrum meorum tibi. Sicut enim in figura omnia pene gerabantur ab illis, uidetur Naboth cum paternam haereditatem nec regia cederet potestati, sub quadam umbra mysterij, considerasse quantum nefas sit, si haereditatem suam deserat homo, non hanc quae in terra temporaliter possidetur, sed quae per dei gratiam iustis in perpetuum reparatur. De his tamen qui haereditatem suam distrahant, superius de-

creuit lex, ut si propinquos habet, per eos distracta possessio redimatur. Quam redemptionem sic exposuimus, ut qui de uirtutibus aliquis gradu lapsus est, per propinquum sollicitudinem in hoc quod fuerat, reformetur. Quia ergo necesse est ut fidei illius se tradat, & contra filijs acquiescat homo, per quem in haereditatem pristinam reuocandus est: alioquin nisi illi consenserit, per eum reparari non poterit: ipse quoque qui curam illius suscipit, cum quanta moderatione infirmum tractare debeat, admodum uentur, cum subditur:

**Ut non accipiant usuras a fratribus suis.**  
Caput V.



**S**i attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & uixerit tecum: non accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Time deum tuum, ut uiuere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges.

**Q**ui sunt qui usuras a fratribus exigunt & amplius quam de derunt, nisi quod ea discipulos cogunt, quae ipsi non faciunt, quorum scilicet exemplum non praerogauerunt. Quos ipse dominus arguens, Alligant, inquit, onera grauiora & iporabilia, & imponunt ea in humeris hominum, digito autem suo non lunt ea mouere. Time ergo, inquit, deum tuum, ut uiuere possit frater tuus apud te. Nota quod cum timendum se in hoc facto deus inuenit, tunc proculdubio offenditur, si frater infirmus nimio pondere praefocetur. Quo contra patriarcha Iacob cum a fratre suo Esau moneretur ut pariter incederet, ipse apostolicum illud in moribus suis representans, Quis infirmatur & ego non infirmor: Nosti, inquit, domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues ac boues foetas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morietur una die cuncti greges. Vt autem ad hanc misericordiam propensiores eos reddat, quomodo ipse illorum misertus sit, & quanta beneficia illis praestiterit, ad memoriam reuocat, cum subiungit:

Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti, ut dare uobis terram Chanaan, & essem uester deus.

Matt. 23.

2. Co. 11. Gene. 32.

Col. 1.

Quod aptissime & nobis congruit, quos ipse eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suae. Et nos itaque suscipiamus inuicem infirmitates nostras, sicut & ipse suscepit nos: cum nos ad moneat dicens, Requiescere facite lassum, & hoc est refrigerium meum, conqueratur & de nobis quod noluerimus audire.

Mal. 28.

De Israele cui se uendidit frater suus. Caput VI.



In paupertate compulsus, uendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit usque ad annum iubileum.

Exo. 21.

Primum hic iuxta literam quaerendum uideo, quomodo huic sanctioni contrarium non sit, quod in Exodo scriptum est: Si eme ris seruum Hebrorum, sex annis fuerit tibi, & septimo egredietur liber. Hic autem dicitur, quod usque ad iubileum permanebit emptus apud dominum suum. Videtur ergo quod eundem ibi septimum, quem hic iubileum nominauerit. Et ipse nanque iubileus in septima septimana septimus est. Quod & mysterio maxime congruit: quia qui quinquagesimus annus est, dum seculorum series attenditur, & generalis, quae fideles omnes in fine congregatura est, per septem septimanas quies exprimitur, ipse unicuique nostrum septimus est, quia post laborem senarium nobis tribuitur. Videndum itaque quis est Israelita, qui fratrem suum in seruum accipiat. Haec seruitus laudabilis est, cum alicui sanctorum in seruitutem nos tradimus, sicut & Elias dictus est dominus Elisei. Notandum uero quod primum de possessionibus quae distrahuntur, sermo habitus est: nunc autem ad illos qui seipso uendunt, scriptura descendit. Vbi persona cuius seruitutem suscipit, maxime discernenda est. Nam si alienigena est dominus ille, cui se Hebraeus uendidit in seruum: ignominiosa est seruitus, cum Hebraeus iste seruit indignus se: & qui de sacra stirpe processit, peccatori se subdit. Sed de hac seruitute paulo post tractabitur. Nunc autem de Hebraeo qui fratrem suum in seruum accipit, sermo in manibus est. In seruum igitur aliquis Hebraeo se tradit, cum omni obedientia se subdit maiori: & ad hoc etiam sub hominis subiectione se deponit, ut inobedientiam illam expiet, se primus parens noster etiam deo contumax fuit. Vendidit igitur se, cum ob intuitum sempiternae retributionis, humilitatem istam non refugit. Aliud autem est quod modo tractaui

Gene. 3.

mus, ad sapientem aliquem tanquam propinquum accedere, eius iumui doctrina, in forma exemplis, consilij acquiescere: aliud uero seruitutis, suscipere iugum, & non solum audiendi quae docentur, sed etiam exequendi quae imperantur, necessitatem sibi imponere. Quia tamen spontanea est seruitus ista, non tam seruitus quam libertas aestimanda est. Quod igitur reuerentia seruis talibus debeat, declaratur cum dicitur: Si paupertate compulsus, uendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit usque ad annum iubileum. Pauperes sumus omnes nos, quoniam illas perdidimus diuitias, quas in prima conditione conditor ipse nobis attribuit. Pauperes sumus: quia prudentiam qua mores nostro corrigere, & in gratiam creatoris nostri redire possumus, forsitan non habemus. Hac paupertate compulsus alicui iustorum in seruitutem nos uendimus, cuius & regamur sapientia, & subiciamur imperio: diuitias quas amisimus, aut multo ampliores, humilitatis nostrae precium accipienturi. Non ergo seruitute opprimendus est, qui ad seruiendum est deuotus: nec terroribus, tormentis uel cogendus, sed blanda potius admonitione & spe mercedis proposita, in his quae agenda sunt, animandus. Hoc est enim quod dicitur: Quasi mercenarius & colonus erit usque ad annum iubileum. Seruus quippe iste, non quasi seruus, sed tanquam mercenarius est, cum seruitutem ab eo non uolentia necessitatis, sed expectatio suae mercedis extorquet. Usque ad annum, inquit, iubileum. Tunc enim egredietur liber, & humilitas illius uertetur in gloriam. Tunc columba septimo die emissis, ad arcem ulterius non reuertetur, ad temporalem scilicet disciplinae clausuram: nec iam laborabit in parte, quae in uniuerso regnabit. Tunc sicut in Iob scriptum est, filij eius uerum nostrarum pergent ad partem: egredietur, & ad matrem amplius non reuertentur. Non reuertentur, inquam, necessitatis anxietudine, quasi aliquid ab eis indigentes, cum deus erit omnia in omnibus, sed tamen permanebunt cum eis uinculo perpetuae charitatis. Vnde & hic subiungitur: Operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum. Liberi cum quibus liber egredietur, retributio est operum illius, quae exeuntem commitabitur: iuxta illud, Et uideas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. Quod uero dicitur reuersurus ad cognationem & possessionem patrum suorum, simili modo & de Abraham scriptum reperies: quia deficientes mortuus

Gene. 8.

Iob. 39.

1. Cor. 15.

Psal. 137.

Gen. 15.

Gene. 35. Gen. 49. Nu. 31.

est in senectute bona, & congregatus est ad populum suum. Hoc ipsum & de Isaac, & de Iacob scriptura testatur. Ad Moysen uero loquitur ipse dominus, dicens: Uiscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Iosue quoque regi: Quoniam, inquit, audisti uerba uoluminis, & perterritus est cor tuum, idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non uideant oculi tui omnia mala quae inducturus sum super locum istum. In quibus omnibus luce clarior futura uita praenunciatio, & congreganda nostrae dispersio nis apparet promissio, quando ad nostram colligemur cognationem, & ad patrum nostrorum possessionem. Laxificat ualde quod sequitur, & cum magna uoluptate auditur, quod reddens dominus causam cur nostri curam susceperit, & seruitutem nostram praepro tempore suo, & uoce benignissima subdit, dicens: Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti.

4. Re. 22.

2. Re. 14. Psal. 76.

Psal. 89.

Eph. 6. 1. Cor. 7.

Iob. 21.

O utinam sic fiat dominator domine, ut re uoces eiectos tuos, ut auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas. Imminuti enim sumus propter peccata nostra, defecimus in ira tua. & ecce omnes morimur, & quasi aquae dilabimur in terram: peruenitque gladius tuus usque ad animam. Nunquid in aeternum irascere nobis, aut extendes iram tuam a generatione in generationem? Conuertere domine usquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos. Ad haec enim uocem tuam reuixit spes nostra, & quasi de somno suscitatus sumus, cum eam audiuissemus iam non in paradiso absconsi, sed in hoc exilio procul proiecti: tu dixisti, tu locutus es, tu inquam cui peccauimus, qui proieceras nos a facie tua. tandem flexum te ad misericordiam inuinaisti, dicens: Mei serui sunt filij Israel, & ego eduxi eos de terra Aegypti. Vbi notandum quod idcirco seruos suos nominet dominus, quos hominum seruos ante praedixerat, quia seruitutem illam quam hominibus exhibent, deo offerunt, in hoc ipso (sicut ait Apostolus) domino seruientes. Precio, inquit, empti estis. nolite fieri serui hominum. Licet enim hominibus seruiat quis, dei tamen, non hominum seruus est, si in seruitute quam hominibus impedit, dei gratiam semper inquit. Sicut ergo cum dicitur Petro, pascite oues meas: commonentur pastores, ut non suas, sed domini oues se pascere cogitent, & diligentiam adhibeat: sic cum dicitur, Mei sunt serui filij Israel, commonentur domini, ut non tyrannice eos opprimere, sed tanquam dei seruis reuerentiam eis habere meminerint. Vnde & subditur: Non ueneent conditione seruorum.

ne affligas eum per potentiam, sed metuito deum tuum.

Hinc enim contra pastores per Iezechielem pro ouibus dicitur: Quod perierat non quaesistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Quod contra in hoc loco: Ne affligas, inquit, eum per potentiam, sed metuito deum tuum. Sequitur:

Seruus & ancilla sint uobis de nationibus quae in circuitu uestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud uos, uel qui ex his nati fuerint in terra uestra. hos habebitis famulos, & haereditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in aeternum. Fratres autem uestros filios Israel, ne opprimatis per potentiam.

Simile quod in Regum quoque reperies, quae Salomon tributarios, de filiis autem Israel non constituit seruire quenquam, sed erant uiri belliciosos, & ministri eius & principes & duces, & praefecti curuum & eorum. Filij igitur Israel etiam seruientes, liberi sunt, quia spontanea & utilis eorum est seruitus, alienigenae autem, qui scilicet prauis moribus ab eis dissonant, etiam cum eis dominari uidentur, serui illorum sunt: sicut scriptum est, quia stultus seruiet sapienti. Prodest enim sapienti quod ad praesens humiliatur, stultus autem temporali potentia abutitur in perniciem suam. Quae si iustus potestas in alios data fuerit, haediscere se nesciant, & naturae qualitates agnoscant: inter peruersos uero, quos scilicet amor iustitiae non dum in filios transfudit libertatem, potestatis suae rigorem exercent: ut in quibus nondum est bona uoluntas quae mansuetudine nutriatur, cupiditas quae adhuc uiuit, seruili timore prematur: ne tanto peruersior fiat, si sibi relicta, implere possit quicquid male deliberat. Sicut igitur conditione naturae, deo sic ordinante, praepositus est homo uolucris, piscibus & bestijs terrae: sic lege iustitiae qui dei cultum & morum sanctitatem, humanae dignitatis honorem recipiunt, his meritis praefertur, qui per uitam reprobam comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis. Hos igitur & quicunque ex illis nascuntur, id est, quae prauitatem imitant, habent seruos iusti, eosque transmittit ad posteros: quia quoadiu in hac nostra uita mortali generatio generationi succedit, haec lex perpetuo conseruatur, ut iustus iniusto, suo merito praefertur. Qui etiam cum perpetuis tormentis traditi fuerint, tunc quoque iustus seruient: quia quantum sit

1ez. 34.

3. Re. 9.

Pro. 11.

Gen. 1.

Psal. 48.

quod per dei gratiam euaserunt, in doloribus suis illis ostendunt. Hinc ad Hebræos transeundum est, quos ignominiosa seruitus premit: qui seipos uili precio distrahentes, non iam contribulibus suis, sed extraneis subdiderunt. De quibus subiungitur:

¶ De Hebræo qui se peregrino alicui uendiderit.  
Caput. VII.

**S**I inualuerit apud uos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus uendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius, post uenditionem redimi potest. Qui uoluerit ex fratribus suis, redimet eum: & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis.

**N**otandum quod aliud est, agrum possessionis suæ uendere: aliud, seipsum seruituti addicere. Sicut enim supra tractauimus, agrum suum distrahit: qui uirtutem aliquam, cuius facultatem naturaliter munere diuino susceperat, carnali inuiditate seductus, exercere contemnit. Non tamen statim se subdit utrius, cum forte ad id quod expediret, minus studiosus existit. Nondum igitur seruus est, si peccati iugo nondum ceruicem supposuit: nam in xta dominicam sententiam, ille tantum qui facit peccatum, seruus est peccati. Quisquis igitur non solum iustitiam fructum sibi subtrahi permittit, sed etiam inimico subternit se ad obediendum uoluntati eius, hic seruus illius est, carnalis, ut ait Apostolus, uendatus sub peccato. Precium quippe quo se ipse distrahit, idem est quod & agrorum. noxijs siquidem uoluptatibus illecti, & uirtutes abijcimus: & captiuati, iugum peccati suscipimus. Peregrinus uero cui nos uendimus, ipse est, cuius manus etiam apud regem Dauid inualluit: qui cum ad illum uenisset, parcens Dauid fumere de ouibus suis, tulit ouem uiri pauperis, & exhibuit conuiuium peregrino illi qui uenerat ad se. Nota sunt quæ dicimus, & commemoranda tantum, non exponenda. Hic igitur peregrinus, hic aduena, qui hominis non naturalis est dominus, sed per nostram imprudentiam & deprauatam uoluntatis consensum superinductus: cum suggestioni illius nostra negligentia uires addiderit, uoluptatis pecuniam nobis tradit: & nostro consensu captiuatos, suæ seruituti nos subijcit. Si uendiderit, inquit, se ei aut alicui de stirpe eius. Qui sunt de stirpe diaboli, nisi maligni spiritus, qui de prauitate illius trahentes imaginem, dum per ueritatem eius imitati sunt,

quasi patrem illum sibi fecerunt? Sunt etiam de stirpe eius homines iniqui, quibus ueritatis uoce dictum est: Vos ex patre diabolo estis. Sicut ergo ipsius diaboli, sic & eorum qui de stirpe eius sunt, seruitus fugienda est: quoniam qui uel malignis spiritibus, uel prauis hominibus ad peccandum consentiunt, huius seruitutis laqueos non euadunt. Qui tamen se uendidit, post uenditionem redimi potest. Per quæ autem redimatur, docemur cum dicit: [Qui uoluerit ex fratribus suis, redimet eum.] Et ut omnes qui per misericordiam illi propinquauerint, & captiuitatis illius misericordiam fuerint, intelligantur: plures ex propinquis carnalibus enumerantur, cum dicitur: [Et patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis.] Nullus enim ex propinquis eius prætermittitur, cum quilibet consanguineus, cum etiam affinis, qui non parentum generatione, sed aliqua coniugij commixtione propinquus effectus est, ad hanc redemptionem admittitur. Quo modo autem per propinquos redimatur capitiuus iste, iam supra in agrorum redemptione tractatum est: quia scilicet per amicos redemptione confertur, cum per eorum studium captiuus ad libertatem reducit. Sed quoniam frigescit in multis charitas, & abundante iniquitate, pauci sunt qui ueram proximorum sollicitudinem gerant: quod super agris dictum est, idem super illo qui uendidit, repetitur cum subinfertur:

**S**i autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis a tempore uenditionis suæ usque in annum iubileum, & pecunia qua uenditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarij, supputata. Si plures fuerint anni qui remanent usque ad iubileum, secundum hos reddet & precium. Si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum. & reddet emptori quod reliquum est, annorum quibus antea seruiuit, mercedibus imputatis.

Primum notandum uideo, quod sicut de seruo quem Hebræus emit, sic & de isto qui se uendidit alieno, dicitur: quod nisi redemptus fuerit, usque ad iubileum seruiturus sit. De iubileo quippe solo supra decretum est, ut uenditiones in ipso reuertantur ad dominos suos. Aliis igitur septimis annis uacatio sola tribuit, in isto autem & seruis libertas, & sua possessio primis hereditas reformatur. Vnde quod in Exodo scriptum est, ut seruus Hebræus sex

annis seruiat, & septimo egrediatu liber: aut mystice tantum accipiendum est, aut si literæ sensus hic querat, ille magis occurrit quæ supra posuimus, ut septimus annus non quilibet intelligatur, sed ille potius qui septimorum septimus est, ut omnes alij, qui per septem septimanas illum præcedunt, pro sex annis habeantur, dum solus iste septimus dicitur. Quia tamen non solum in Exodo, sed etiam in Deuteronomio hoc legitur, ut seruus Hebræus post sex annos seruitutis, septimo liber dimittatur: si forte de quolibet septimo hoc intelligendum est, ergo in hoc loco cum usque ad iubileum seruiturus dicitur, quilibet septimus, iubileus nominatur. Si igitur ex utraque parte litera saluanda est, aut cum septimo anno seruus dimittendus dicitur, solus iubileus septimus est: aut in hoc loco cum usque ad iubileum seruiturus decernitur, omnis septimus, iubileus est. Hæc de literæ contrarietate dicta sint: quæ pluribus in locis adeo uel dubia, uel quasi sibi repugnans apparet, ut uix & cum magno labore diueris hinc & inde capitalis consideratis, quæ ad eundem sensum referenda uidentur, aut eluceat quod dubium fuit, aut consonet quod quasi contrarium prius apparuit. Nos tamen de litera tunc securius dubitamus, aut forte nonnunquam secus quam debeat aliquid pronunciamus, cum mysterium non impedit, seu quod dubie profertur, seu quod incautius forsitan definitur. Cum enim ad mysticos sensus te retuleris, quod interest, utrum omni anno septimo seruorum Hebræorum remissio celebretur, an in quinquagesimum deferatur. Nam & unusquisque iustorum post sex annos sui laboris, in septimo sua libertate donatur: & generalis tamen populi sancti libertas in finem differtur. Si igitur omnis septimus annus ex traditione legis, seruis Hebræos libertati restituit, hoc per illam remissionem designatum est, quod nunc interim quibusque iustis post mortem confertur. Si uero iubileus solus, quinquagesimus scilicet, hanc dignitatem obtinuit, ut in illo populo dei omnes à seruitute laxaret: uniuersalis nostræ libertatis, quæ post temporis finem speratur, typus ibi considerandus est. Nam nec alius nostrum plena libertas dici potest, donec quod interim animabus nostris tribuitur, etiam in corporibus nostris corruptione sublata perficiatur. Quomodo cumque igitur se habeat hæc umbratica legis traditio, manifestum est quod nobis seruiat: & nostræ libertatis, quæ aut singulis nobis post mortem confertur, aut omnibus pariter in fine seruat, typum gerat. Sic & de hoc quinquagesimo anno, quod superius diximus ipsum esse, qui est & quadragesimus nonus: quoniam annus qui in septem septimanis ultimus est, cum ad præcedentem iubileum respexeris, ab ipso quinquagesimus

erit. Scimus quendam qui ista differunt, aliter sensisse: & post quadragesimum nonum, quinquagesimum addidisse. Sed quoniam lex hoc aperte non discernit, nec ipse Iudæorum historiographus hoc declarat Iosephus, ubi hæc legis sanctionem commemorat: qua consideratione permoti, in hanc partem potius nostræ deflexerimus diffinitionis assensum, ut in quadragesimonono & in quinquagesimo, non nisi unum annum intelligeremus, sicut dictum est superius: ne scilicet duo anni uacationis proximæ sibi succederent, & filij Israel ex messe sexti anni in ultima septimana, non usque ad nonum annum, quod deum promississe supra legitur: sed usque ad decimum, necessarij uictum acciperent. Hoc tamen dicentes, melius sentientibus non præiudicamus: sed si quis ex manifesta autoritate nos docuerit, duos illos fuisse annos, non unum, gratias agemus. Nos uero quod nobis uisum est, ideo securi protulimus: quia in mysterio, ubi tota lectio, nis huius utilitas collocata est, parum distat, utrum unus aut duo fuerint anni, quadragesimus nonus & quinquagesimus. Nam qui duos dixit, quadragesimum nonum ad temporum retulit consummationem: quando scilicet CHRISTO descendente, mundi erit finis, & mortuorum resurrectio generalis. Clangorem uero buccinæ de qua dicitur, ut illo anno clangat buccina mense septimo, super illa tuba interpretatus est, quæ in Apocalypsi Iohannis septimo angelo tribuitur, & per Apostolum nouissima dicta est tuba, in qua omnes resurgemus: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Quod tamē scriptura contra dicere uidetur, & nobiscum potius facere, buccinarum clangorem iubilei tribuens, ubi sacerdotes iubentur circuire Iericho: & clangat, inquit, buccinis, quarum usus est in iubileo. Porro quinquagesimum, illam uitam intellexit, quæ post magnum iudicium secutura est, iam sanctis ad regnum translatis, & quod hic sperauerat afflicti. Nos autem qui eundem esse quinquagesimum diximus & quadragesimum nonum, per hunc unum hoc totum intelleximus significatum, quod ille per duos uitam scilicet quæ a resurrectione incipit, & postea finem non accipit. Vnde cum in spiritali interpretatione communis sit nostra intellectus, paruipendendum est quod in littera distentimus: quia ipsius literæ diuersitatem, ad unum mysterij finem referimus. Hæc idcirco prolixius profecuti sumus, ut excusatos redderemus nos, si ubi forte Iudaicam literam non ad plenum inuestigare potuimus: quæ multis in locis & multum sudoris afferit inuenienda, & parum utilitatis inuenta. Nunc ad propositum reuertamur. De seruo Hebræo loquitur scriptura, qui uendidit se peregrino: [Si ipse, inquit, potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis

Apo. 10.

1. Cor. 15.

Ios. 6.

à tempore uenditionis suæ usq; in annu iubi-  
leum: & pecunia qua uenditus fuerat, iuxta an-  
noru numeru & rationem mercenarij, sup-  
putata. Si plures fuerint anni qui remanent  
usq; ad iubileu, secundum hos reddet & preci-  
um. Si pauci, ponet ratioem cum eo iuxta an-  
norum numerum: & reddet emptori quod  
reliquum est, annorum quibus antea seruiuit,  
mercedibus imputatis. Notet diligens le-  
ctor, quod de illius serui redemptione qui se  
Hebræo uendidit, omnino tacetur, bonu est  
enim si iustus subditi perseueremus: qui uero  
ab alieno emptus est, suadet ut si poterit,  
redimat se. Inimici quippe seruitus quantoci-  
us fugienda est, & noxia uenditio redem-  
ptione cassanda. Porro redemptionis huius  
eadem ratio est, quæ superius & agrorum.  
Qui enim libertatem suam uult recipere, ne-  
cesse est ut pecuniam inimici, uoluptatem sci-  
licet, qua male illectus se distaxerat, reijciat  
à se, & à iugo illius collum excutiat. Serua-  
tur autem restituta pecunia temporis ratio,  
ut quantum trãfactæ tempus exigit seruitutis,  
nõ restituat: restituat uero partem aliquam ue-  
turi temporis, in quo liber esse desiderat. Quã-  
diu namq; peregrino huic subditus fuit, uolu-  
ptate usus uel potius abusus est, ad quã eius  
suggestioe peruenit, ex quo autem peruerso  
huic renunciat domino, & pecunia simul re-  
nunciabit quam ab illo percepit. Segtur:

**Non affliget eum uiolenter in cõspe-  
ctu tuo.**

Violenter, inquit, non affliget eum, ut sci-  
licet si ille se redimere uoluerit, iste uiolenta  
eum opprimat seruitute. Non igitur uiolen-  
tus erit illi in conspectu tuo. id est, nõ hoc pa-  
tieris quantum in te est, ut frater tuus libera-  
tem querens, iniustæ dominationis necessi-  
tatẽ sustineat. Quod etiam nobis obseruan-  
dum est. Si enim fratrem nostrum libertatis  
amor succenderit, pro uiribus cõcurrere nos  
oportet, ut pudendam dominationem effuge-  
re, & naturæ suæ dignitatem ualeat refor-  
mare. Qui tamen ad plenam non potuerint  
libertatem pertingere, quid de illis dominus  
decernat, protinus subinfertur:

**Quod si per hæc redimi non pote-  
rit, anno iubileo egredietur cum libe-  
ris suis.**

Si non poterit, inquit, non, si noluerit. Nã  
qui hic libertatem nõ appetit, nec in iubileo  
ad eã egredietur. Qui uero conatur quan-  
tum potest, etiam si plene hic illam obtinere  
non possit, iubileus cum uenerit, conatus illi-  
us implebit. Beati enim qui esuriunt & sitiunt  
iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. His igitur

Mat. 5.

tar libertas implenda promittitur, qui hostis  
antiqui tyrannidem derestantes, licet hoc bo-  
num perficere nondum ualeat, ut deo tamen  
soli subditi sint, pro uiribus elaborant. Ex  
quorum persona per Apostolum dicitur:  
Mente seruo legi dei, carne autem legi pec-  
cati. De quibus etiam hic subditur:

Ro. 7.

**Mei sunt enim serui filii Israel, quos  
eduxi de terra Aegypti.**

Dei itaque serui, quos ipse eduxit de terra  
Aegypti, de illo scilicet tenebroso profundo,  
de quo scriptum est: Impius cum uenerit in  
profundum malorum, contemnit: ad ter-  
rã sanctã libertatem tendentes, nonnunquã  
occurrente Amalech, id est, populo lamben-  
te, turba uidelicet carnaliu uoluptatum, quæ  
terram lambere semper querit, in hoc itinere  
retardantur. Sed licet sæpius uulnerentur,  
licet nunc uinci, nunc uincere uideatur: si ta-  
men domino suo fidem suam seruãt, ut in cer-  
tamine perseuerant, nunquam se hostibus  
uictos tradant: sed aut fortiter resistunt uictis,  
aut suis uulneribus congruum poenitentia  
medicamentum prouideant, quamuis opta-  
tæ pacis libertatem in hac forsitan uita mini-  
me consequantur, nec peccati prorsus effugi-  
ant seruitutem: speramus tamen de illius mi-  
sericordia, cui deuoti perstiterit, & recte agẽ-  
do, & commissã plangendo, quia post huius  
carnis depositionem iubileum suum inueni-  
ent: in quo nec peccatorum, quibus dolentes  
per infirmitatem cesserunt, uenia fraudabun-  
tur, & diu desideratæ libertati restituentur.  
Quia uero hæc omnia sub figura seruanda fi-  
lijs Israel tradita sunt, nec tamẽ in figuris ser-  
uire, sed saltem in præceptis minoribus, ipsius  
quoque iustitiæ participes fieri necessarium  
habebant: nunc quod sine figura audiant po-  
nitur, cum subinfertur:

Pro. 18.

Exo. 17.

**Ego dominus deus uester. Non fa-  
ciatis idolum, nec sculptile, nec titu-  
los erigitis: nec insignum lapidem  
ponetis in terra uestra, ut adoretis  
eum. Ego enim sum dominus deus  
uester.**

LEVITI  
ci caput  
XXVI.

Non facietis, inquit, idolum nec sculptile:  
tanquam aliud sit idolum, aliud sculptile. Sed  
sicut iam supra notauimus, teste beato Augu-  
stino, & coniunctio copulatiua, aliquãdo non  
aliud adiungit, sed quod dictum est exponit.  
Cum enim præmississet, non facietis idolum:  
ut diuersa idolorum genera demonstraret, nec  
sculptile, inquit, nec titulos erigitis. Tituli  
quippe, id est, statuae in memoriam aliquoru  
hominum erigi solebant, sicut de Absalom 2. R. 18.

scriptum est, quod erexerit sibi cum adhuc ui-  
ueret, titulum in ualle regis, in memoriam  
sui nominis: quam statuum marmoream Iose-  
phus fuisse testatur. Sicut ergo sculptile ali-  
quod non est adorandum propter se, tanquam  
ipsum deus sit, sic nec homo mortuus in ima-  
gine aliqua colendus est. Et si enim à Chri-  
stianis homo colitur, deus potius in illo ue-  
neratur. Sed quoniam etiam moles aliqua  
uel naturalis corporum pulchritudo, tunc  
temporis ab insipientibus admirationi habi-  
ta & pro deo uenerata est, sicut nonnulli uel ca-  
pita magnorum fluminum, uel proceras ar-  
bores coluisse dicuntur, etiam hoc genus ido-  
latriæ prohibetur, cum dicitur: [Nec insi-  
gnem lapidem ponetis in terra uestra, ut ado-  
retis eum.] Sequitur:

**Custodite sabbata mea, & pauete san-  
ctuarium meum. Ego dominus.**

Phil. 3.

Hoc & superius præceperat: sed ut eadem  
repetatur, teste Apostolo, quibusdã necessari-  
um est. Vñ & alius quidã de mudi huius sapieti-  
bus: Præcepta, inquit, quibusdã tradenda, qui-  
busdã inculcanda sunt. Sed quoniam ad præce-  
ptorum obseruationem, & remunerationis  
spes & ultionis timor, qui transgressoribus  
proponitur, etiam negligentium torporem  
excitat: iustum erat ut post multa quæ tra-  
dita sunt custodienda, iam iuxta finem uolu-  
minis doceremur, quid obediẽtibus præmis-  
sæ, quid uel cõtemporis supplicij seruaretur.  
Inde est ergo quod subinfertur, domino di-  
cente:

*Quid diuini præceptis obtemperan-  
tes præmij consequantur.  
Caput VIII.*



**S**in præceptis meis ambu-  
laueritis, & mandata mea  
custodieritis, & feceritis  
ea: dabo uobis pluias tẽ-  
poribus suis, & terra gignet fru-  
ctum suum, & pomis arbores reple-  
buntur.

Exo. 2.

Hæc omnia si Iudaice intelligantur, ma-  
nifesta sunt. Quia uero etiam ipsi in scri-  
ptura habent quod capiunt, & competentibus  
sibi promissis, ut deo seruiant, excitantur:  
apparet quod diuina sapientia cum eis lo-  
quens, quasi cum pueris agit, quibus poma p-  
mittit. Sed quid mirum si in scripturis istis  
sic sapiant, uel potius sic despiciant, qui Moy-  
sen in fiscella scirpea tanquam paruulum con-  
cluserunt, dum cælestes illius sensus, ad lite-  
ræ infirmitatem pueriliter reduxerunt? Susci-  
piatur ergo Moyse iste proiectus à suis, à fi-  
lia Pharaonis: & honore regio sublimatus,

ostendat nobis faciem suam: & linguam illã,  
qua cum deo loquebatur, nobis aperiat: quia  
cum essem, inquit, paruulus, loquebar ut par-  
uulus: quando autem factus sum uir, euacu-  
aui quæ erant paruuli. Dicit igitur: [Si in præ-  
ceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cu-  
stodieritis, & feceritis ea,] sic enim custodi-  
untur, si opere compleantur. [Dabo uobis  
pluias temporibus suis, & terra gignet ger-  
men suum.] Pluuia ista uisibilis, & bonis &  
malis communis est. Sed est quædam pluuia,  
quam soli nouerit iusti, de qua scriptum est:  
Pluuiam uoluntariam segregabis deus hære-  
ditati tuæ. Hæc spiritus sancti perfusio intelli-  
gitur, cuius etiam abundantia fluminis nomi-  
ne designatur, domino dicente: Qui in me cre-  
dit, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.  
Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi  
erant credentes in eum. Hæc igitur pluuiam,  
hunc spiritualem rorem, qui ab illis solis sen-  
titur, quorum mens interius inebriatur, pro-  
mittit deus obtemperantibus sibi, sicut etiam  
in euangelio legimus, domino dicente: Si di-  
ligitis me, mandata mea seruate: & ego roga-  
bo patrem, & alium paraclitum dabit uobis.  
Datur autem pluuia ista temporibus suis: quia  
nonnunquam utiliter subtrahitur spiritus san-  
cti gratia, ut homo sibi relictus, quid per se  
possit intelligat, & iterum tempestiue reddi-  
tur, ne usquequaque desertus intereat. Vnde  
scriptum est: Spiritus ubi uult spirat. & uo-  
cẽ eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo  
uadat. Postquam autem dominus hanc suaui-  
tatem nobis infuderit, continuo terra nostra  
dabit fructum suum, terra uero quæ pluuiam  
istam non suscipit, nunquam iustitiæ fructu  
gignit. Quæri tamen potest, cum sine ista gra-  
tia nemo præceptis illius obtemperare pos-  
sit, nec obedientia fructum asserre: quid est  
quod ut hanc gratiam percipiamus, ipse nos  
hortatur, ut præcepta illius facere debeamus?  
Sed hinc datur intelligi, quia primo cum la-  
bore seruandum est ei, dum adhuc nobis ue-  
tus consuetudo resistit, & carnalis appetitus  
impugnat nos, nec expugnat: postea uero  
dum paulatim caro deficit & spiritus conua-  
lescit, dum carnalis uoluptas siccatur, & plu-  
uia cælestis nobis infunditur: transit labor in  
iucunditatem, & obseruatio madorum dei  
magnam nobis exhibet delectationem. Nec  
tamen credendum est, quod saltem ad labo-  
rem illum sine gratia ipsius surgere possimus.  
in oibus em misericordia eius puenit nos: sed  
que primo datur ut incipiamus, postmodum  
ut abundemus magis, proficientibus multipli-  
catur. Sic post CHRISTI resurrectionem da-  
tus dicitur spiritus sanctus apostolis, non ut  
haberent quem prius non habuerant, sed ut  
magis illo abundarent quem prius acceper-  
ant. Et hic igitur custodientibus diuina præ-  
bb ij

1. Cor. 13.

psal. 67.

1oh. 7.

1oh. 14.

1oh. 3.

Act. 2.

1oh. 20.



cepta, pluuia promittitur gratia spiritualis: cuius quidem iam participes erant, si quae de uo praecipit, faciebant: ipsa tamen obedientia quam nobis gratia contulit, eiusdem gratiae nobis incrementum acquirit. Dicit ergo: [Dabo uobis pluuia temporibus suis, & terra gignet germen suum.] Terra ista, mens hominis est: quae suscepta pluuia caelesti, gignit suum germen, quando spiritus sancto impingua-

1. Cor. 13.

ta, bene agendi concipit uoluntatem. Quia uero charitas quae per spiritum confertur, & bona & benigna est: & sibi quippe consulit, & proximis se impendit: post terrae germinationem, arborum fructus promittitur, cum subinfertur: [Et pomis arbores replebuntur.] In arbore, & umbra est quae a folis ardore protegit, & fructus qui pacem. Arbor est igitur fructifera, qui quis proximo indigentibus & fructu suae liberalitatis, & umbram exhibet protectionis. Vnde dominus CHRISTVS, quia singulariter nos & ab hostibus protegit, & suo fructu nutrit: malus in Canticis nominatur, dicente sponsa: Sicut malus inter ligna sylvarum, sic amicus meus in medio filiorum. Pomis igitur istis tanto magis replemur, quanto nobis amplius confertur gratia, & huberius haec pluuia mentibus nostris infunditur.

Gal. 2.

Quoniam autem qui continens factus iustitiae, apprehendit illam, iucunditatem & exultationem ipsa thesaurizat super eum, apte subiungitur:

Eccl. 15.

Et apprehendet messium trituram uindemiam.

Nihil quippe laetius bona conscientia. Messium ergo trituram uindemiam apprehendit, quando anima quae se pro deo laborasse, & multorum operum se apud deum recolit meritum collocasse, ex bono suae conscientiae spiritualium laetitiam concipit: gaudium uero quod de transactis habetur laboribus, ad perseuerandum nos excitat: & ut nouos iterum subeamus, desiderium nostrum inflammat. Vnde & subditur:

Et uindemia occupabit sementem. Omnis bona actio, & messis & semen est. Vbi enim semen est uerbum dei, & ager nostrae mentis hoc semine suscepto bene agendi germinat concupiscentiam, huiusmodi germen tanquam ad messis suae peruenit maturitatem, cum sancta deliberatio ad propositae actionis se prouehit executionem. Quia uero bonis operibus sanctorum merces a deo restituitur, ipsum opus tanquam semen est, & retributio sempiterna messis illius est. Vindemiam igitur messis sequitur, cum iucunditas quam de transactis laboribus mens nostra concipit, ad alia agenda nos pertrahit: ut multiplicato semine actionis, multiplicetur etiam messis retributionis. Sequitur:

Luce. 8.

Et comedetis panem uestrum in satiritate, & absque pauore habitabit in terra uestra. Quamuis deliciae spirituales magis hinc bonos satient, quam reprobos quae libet carnalium affluentia uoluptatum: plena tamen iustorum satietas in futuro differtur, cum ex dei participatione replebuntur in bonis ipsorum desideria. quia tunc satiabor, inquit, cum apparuerit gloria tua. Sic & quod dictum est, absque pauore habitabit in terra uestra, ad aeternam magis pertinet uitam: quia licet sancti & dei praesumentes auxilio, multam sibi firmant fiduciam, iuxta illud: Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo: quando tamen in medio laqueorum ingrediuntur, audiunt ab Apostolo: Cum timore & tremore uestram salutem operamini. Calibi legitur, Beatus homo qui semper est pauidus. Postquam autem Ierusalem caelestis feras dominus confortabit, pensans omnes fines illius pacem: tunc uere absque pauore filij eius in illa habitabunt, quando nullius infestationis aduersae molestiam sustinebunt. Vnde & hic apte subiungitur: Dabo pacem in finibus uestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Additurque: Auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos uestros. Quae sunt malae bestiae, nisi spiritus maligni, qui bestialiter contra nos saeuunt? Istae ergo per CHRISTI gratiam nunc auferuntur a cordibus fidelium, ut illa ulterius non possideant, quia princeps mundi huius cum satellitibus suis eiecit foras: sed tamen foras missi, pugnas mouent, iustos iniquitant, & eorum pacem perturbant. Nondum igitur plene auferuntur, donec subtrahatur eis facultas impugnandi, sicut & dominatio possidendi. Gladius uero diuina animaduersio intelligitur, quae peccatores trucidat, sicut per Iob dicitur: Fugite a facie gladii, quoniam ultro iniquitatum gladius est. Hic gladius nunc per iustorum fines transit, quia temporali & transitoria illos afflictioe caligat. Postquam autem mitigauerit dominus circa nos omnem iram suam, & propicius nobis factus, peccatorum nostrorum non recordabitur amplius: tunc cessabit gladius in finibus nostris, quia repleti misericordia diuina, exultabimus & delectabimur omnibus diebus nostris. An tequam tamen ad perfectam huius pacis gaudium pertingamus, necesse est ut pugnautes & de hostibus triumphantes, pacis meritum acquiramus. Qui enim tribulant nos inimici nostri, deo nobiscum pugnaute, infirmabuntur & cadent in conspectu nostro. Hoc est nepe quod subditur:

Psal. 102. Psal. 16.

Psal. 117.

Eccl. 9. Phil. 2.

Pro. 13.

Psal. 147.

Iob. 12.

Iob. 19.

Psal. 89.

Persequemini inimicos uestros, & corrucnt coram uobis.

Quae inimicorum infirmitas manifestius exponitur, cum subinfertur:

Persequentur quinque de uestris, centum alienos: & centum ex uobis, decem millia.

Tam superius semel & iterum discreuimus, duo esse fidelium genera. Vnum enim est robustius, quod perfectionis amore temporalia postponere: & ut deum plenus possideat, eligit in hoc mundo nihil possidere. Aliud uero infirmius est, quod licet diuinas leges attendat, & secundum illas agat: quantum tamen eisdem legibus docetur non esse contrarium, temporali iucunditate fruitur, contra gratiam in herens, filios generans, & possessione terrenas non solum sibi, sed etiam suae successioni procurans. Qui autem huiusmodi sunt, necesse est in suo genere uitij resiliant, & criminum in centores spiritus debellare contendant. Isti igitur per quinarium numerum exprimuntur, eo quod sensibus subditi sunt, & uoluptate sensibilium teneantur. Per centenarium autem qui perfectus est numerus, uirtus contra ria designatur. Sed sicut de deo scriptum est, quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus: sic & de seruis illius munere dici potest, quoniam qui infirmi sunt in illis, fortiores sunt daemonibus. Hoc est ergo quod dicitur: Persequentur quinque de uestris, centum alienos. Qui uero robustiores sunt, & ad centenariam perfectionem perueniunt: multo ampliore hostium sternunt numerum, quod scriptura consequenter exprimit, dicens: [Et centum ex uobis, decem millia.] Misericors enim deus non permittit nos tentari supra quae sufferre possumus: sed iuxta uires militum suorum, temperat infestationes inimicorum. Ipse uincit in martyribus, ipse parcat in confessoribus: ut & infirmiores nimio certaminis pondere non frangantur, & quorundam fidelium fortitudo agone multiplicis coronet. Quibus autem armis uirtus inimica succumbat, declaratur cum subditur:

1. Cor. 11.

1. Cor. 10.

Cadent inimici uestri in conspectu uestro gladio. Gladius in scripturis uarias significaciones habet. Sed quoniam festinamus, illas tantum ponimus, quas materiam quae in manibus est, congruere uidemus. Nam paulo ante per gladium uindictam diuinam intelleximus: nunc autem alius nobis quaerendus est gladius, quo contra hostes utamur, gladius scilicet spiritus. quod est uerbum dei. Hoc gladio usus est dominus Iesus, cum diabolum praua suadentem, scripturarum autoritate confutauit, dicens: Scriptum est, non tentabis dominum de-

Eph. 6.

Mat. 4.

um tuum. Et, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hoc igitur & nos ut oportet. Si quando inimicus ad cor nostrum irrepere tentans, uenenum nobis iniquae persuasionis propinare uoluerit, legis sacrae praecipis instructi, eius suggestionibus obuiemus: sicut de iusto scriptum est, Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Quo contra de populo qui legem ipsam in ore habuit, & non in corde, qui diuinis eloquijs ornari maluit, quam armari, domino dicitur: Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Quia uero post expugnationem uitiorum tanquam sentibus extirpatis, sequitur germinatio uirtutum, apte subiungitur:

Luce. 4. Deut. 6.

Psal. 36.

Psal. 38.

Respiciam uos, & crescere faciam.

O si respiciat super nos misericordia tua domine, ut crescere nos facias: & tua charitas ageatur in nobis, ut deuoti seruiamus tibi, sequitur:

Multiplicabimini, & firmabo pactum meum uobiscum.

Ubi cunquē datur abundantia charitatis, tanquam terra impingua fructus habet as succedit, & bonorum operum multiplicitas inde consergit. Cum his autem qui in fructu abundantant, dominus pactum suum confirmat, ut fideliter obtemperantibus sibi, quae promissit exhibeat. Hoc enim cum illis qui in bono steriles sunt, efficitur irritum: quoniam qui praecipis diuinis non obtemperant, ipsi sua contumacia diuinis promissis se priuant. Deinde subiungitur:

Et comedetis uetustissima ueterum, & uetera nouis superuenientibus proficietis.

Nota quod dicitur. Vetera, inquit, proicietis, sed uetustissima ueterum comedetis. Quae igitur sunt uetera, quae praedicuntur proicienda? Nos uetera intelligimus, legis sacramenta, de quibus Apostolus ait: Omne quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Haec igitur uetera nouis superuenientibus proiciuntur: quia dum noui testamenti suscipimus instituta, legis ceremonias seruare contemnimus. Suis tamen figuris ueritas antiquior est: & iustitia quae per legem adumbrata est, antequam lex daretur, a patribus obseruata est. Ad hanc itaque, cum submotis umbris & uelociter templi scisso, per CHRISTI sanguinem reducimur, uel potius inducimur, uetustissima ueterum comedimus: quia iam non iustitiae figuris sub tpe datis oneramus, sed ipsius iustitiae quae apud deum aeterna est, pane reficimur. Alioquin dicat iudaeus, quod carnalem tantum in his amplecti debet inq

Heb. 8.

abundantiam, quæ sit ratio ut uetera projiciantur, & uetustissima comedatur: cum quod uetustissimum est imago projici, uetera uero comedi deberent. Quod si hæc non solum in scripturis, uerumetiam in nostris a scribis uelimus aduertere: uetus est cupiditas quæ ueterem facit hominem, antiquissima uero dei charitas: qui naturalis homini cibus, priusquam in has carnis deuolueretur illecebras, in ipsa sua conditione ppositus est. Vetera ergo projicimus, cum per Christi gratiam noxias uoluptates respicimus: cum autem diuina charitate reficimur, cibo nostro uetustissimo renouamur. Sequitur:

Ponam tabernaculum meum in medio uestri, & non abiiciet uos anima mea.

Si hoc de tabernaculo quod fecit Moyses, Iudæus intelligat, iam constructum erat & inter illos constitutum. In principio quippe huius uoluminis dicitur, quod de tabernaculo cum Moysse locutus sit deus. Quapropter & uerius & lætius illud dei tabernaculum in hoc loco accipimus, de quo per psalmistam dicitur: In sole posuit tabernaculum suum. Per spicuum nanque fecit nobis filius dei tabernaculum corporis sui, quod etiam ipse templum nominat, dicens: Soluite templum hoc, & post triiduum excitabo illud. [ Et non abiiciet, inquit, uos anima mea. ] Postquam uerbum caro factum est, data est hominibus potestas filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Porro filios suos abijcere non potest paternus affectus, sed sicut mater, inquit, consolatur filios suos, ita & ego cõsolabor uos. Itemque, Nunc quid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non miseretur filio uteri sui? Et si illa obliuiscatur, ego tamen non obliuiscar tui. Deinde subditur:

Et ambulabo inter uos, & ero uester

psal. 18.

Ioh. 2.

Ioh. 1.

Isa. 66.

Isa. 49.

deus, uosque eritis populus meus.

Hoc est quod etiam per prophetam de illo dicitur: Post hæc in terra uiuus est, & cum hominibus conuersatus est. Quæ illis conuersatio licet prius & impius conspicua fuerit, non nisi tamen prius utilis fuit. Illis ergo solis promittitur, præcepta scilicet diuina seruantibus, quibus ad salutem confertur. Hi sunt beati illi quibus dicitur, [ Ero uester deus, uosque eritis populus meus. ] Quis enim similis tui popule qui saluaris? Gens sancta, genus electum, funes ceciderunt tibi in præclaris, & hæreditas præcipua collata est tibi. Faciatur igitur partes filij hominum: pro magno æstiment plenam promptuaria, scotosas oues, crassas boues, numerum filiorum, filiarum ornatum, beatus non est populus, nisi cuius dominus deus eius. Completa autem dominus promissiones suas, ita subiungens:

Et ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegyptiorum, ne seruiretis eis: & qui confregi catenas ceruicium uestrarum, ut incederetis erecti.

Reducit nobis ad memoriam sua beneficia, ut nos ad amorem suum accendat. Venderamus enim nos Pharaoni, principi uidelicet huius mundi, qui a deo diuisus est, cui seruirebamus in luto & latere in operibus terrenis: sed redemit nos dominus precio sui sanguinis, & eduxit nos de lacu miseræ & de luto fecit. Benedic anima mea domino, & ne sis ingrata beneficijs illius. Veniat & audiatur oes timentes eum quanta fecerit tibi, qui dirupit uincula tua, qui confregit iugum tuum, ut incederes erecta, & leuares ad eum oculos tuos: ne seruires ultra Aegyptijs tenebrarum rectoribus, qui dicebant tibi: Incuruare ut transcamus. Hinc ad comminationes dicitur transcundum est, quibus ostenditur quæ transgressoribus supplicia debeantur.

Baruch. 3.

1. Pet. 2. psal. 15.

psal. 143.

psal. 39.

psal. 102. & 103.

Isa. 51.

# RADVLPHI FLA

VIACENSIS, IN LEUITICVM MOYSI, LIBER XX.

Quæ uindicta contemptribus inferatur.



**V**OD si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea: si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ a me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoque hæc faciam uobis.

Si non audieritis, inquit, me, nec feceritis omnia mandata mea. Quis est qui omnia quæ dominus præcepit, faciat? Non eius beatitudinis fumus, nec eius meriti, ut in uniuersis illi obtemperemus. Non est enim homo super terram qui faciat bonum & non peccet, nec iustificabitur in conspectu eius omnis uiuens. Quid est ergo quod tam fortiter astrinxit dicens, Nisi feceritis omnia mandata mea? Sunt igitur quædam mandata quæ necessitatem afferunt exequendi, nec sine salutis periculo possunt uiolari. Sunt enim quædam subtiliora, quæ suaderi solent potius quam iube ri, sicut de uirginibus dicit Apostolus præceptum domini se non habere, consilium tamen dare. In his igitur quæ consilium & præceptum non habent, relinquitur homo suo arbitrio, utrum faciat: an non faciat: in quibus autem salus hominis periclitatur, si non fiant, necessesse est ut omnia fiant. Dicit enim, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, & similia: quæ quisque oia noluerit obseruare, iram diuinam non poterit euitare. Leges uero de quibus subdit, si spreueritis leges meas: illas in hoc loco accipimus, quæ de figuratiuis obseruationibus traditæ sunt, sicut supra legimus: Hæc est lex lepræ, hæc est lex mulieris parietis, hæc est lex mûdor: siue immûdor: aialium, & multa huiusmodi. Istæ itaque leges licet non iustitiæ ueritatē, sed solâ iustitiæ formâ habeant, tamen deo præcipiente suo tpe spernedæ non fuerunt: quia contempus quilibetque præceptorum, reputat seruis in cõtumaciam: cum aliquo tpe transgressio, si per obliuionem uel quæcūque difficultate contingat, plerumque uenialis sit. Dicat ergo: [ Si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ a me constituta sunt. ] Iudicia dicit, quæ super transgressores mandatorum: aut legum exerceri mandauit, uidelicet super fures, adulteros, homicidas, sabbati uiolatores: quæ

Ecclesi. 7.

psal. 142.

1. Cor. 7.

Exo. 20.

Matt. 5.

Leu. 19.

Leu. 11. 12

Is. 14. 15.

aut occidi iussit, aut per mensura criminis flagellari. [ Et ad irritum, inquit, perducatis pactum meum. ] Pactum dei nobiscum est: quod si fecerimus ea quæ præcepit, consequemur quæ promissit. Hoc pactum ad irritum perducitur, cum præceptis postpositis, diuinis nos fraudamus promissis. Si ergo, inquit, spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, ego quoque hæc faciam uobis. Audiamus quæ contemptribus comminetur:

Visitabo uos uelociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos uestros, & consumat animas uestras.

Supra obtemperantibus sibi futuritatē promissit, & pluriâ tēporiâ: nec econtra puaricatoribus egestatē minatur atque ardore. Primo uero notandum est, quod diuina uisitatione non solum ad misericordiam dei referenda est, uelut ubi dicitur, Visitauit nos ories ex alto, sed etiam ad uindictâ. Cuius uisitationis multa exempla poni possent, nisi quod hic manifestum est, & prolixitatem amodo uitare propositum nobis est. Dicit itaque: [ Visitabo uos uelociter in egestate & ardore. ] Egestas est, cum anima ab amore iustitiæ recedens, naturalem suam iucunditatem amittit: & unde salubriter intus pascatur, spiritus sancto priuata non inuenit. Hanc egestatē passus est adolescens ille, qui imprudenter à patre discedens, & in longinquâ proficiens regionem, continuo cepit egere. Quâ illius egestatē ardor subssecutus est: quia paternæ domus peditis delictis, fame urgete, ad siliquas porcorum cibum deuolutus est.

Hoc quippe omni animæ quæ deum deserit, solet contingere: postquam non habet in moribus suis unde pascatur, quær it foras in rebus sensibilibus unde cõsolat. Subit ergo illâ concupiscentiæ ardor, quæ nunquam possit extinguere: quod pedito naturali cibo, siliquis uoluptatū carnalium nunquam poterit saturari. Me dereliquerunt, ait dominus, fontē aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ non possunt aquas cõtinere. fugitiuas uidelicet uoluptates procurauerunt sibi, quæ stabilitatis suæ certitudinē nullam amatoribus suis possunt exhibere. Hinc egestatis ardore sponsa CHRISTI sub gratiæ illius obumbratione se euasisse in Canticis gloriatur, dicens: Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quam desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Hunc ardorem in sancta ecclesia se temperatum per Isaiam dominus pollicetur, dicens: Pro saluica

Luce. 1.

Luce. 15.

Iere. 2.

Cant. 2.

Isa. 55.

ascendet abies, & pro urtica crescit myrtus. Velociter ergo, inquit, uisitabo uos in egestate & ardore. Hæc enim uindicta peccatoribus statim restituitur, ante illam manifestam ultionem ignis æterni: quoniam iniquitas sui tormentum secum habet, sicut & iustitia præmii. Vnde & in Deuteronomio: Deus, inquit, fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & reddens odientibus se statim, ita ut ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur. De ardore uero isto quid dixerit, considerandum est. [ Qui conficiat oculos uestros, & consumat animas uestras. ] Confectio quasi quedam commixtio solet intelligi, ubi diuersæ species pariter commiscantur. Conficiuntur ergo mentis oculi carnalis ardore concupiscentiæ, cum aliud ratio nobis sequendum ostendit, aliud noxi appetitus exposcit. Inde quasi lippitudine quadam & superflui humoris abundantia, pupilla tenebratur interior: nonnunquam uero & cæcatur, cum puritatem intelligentiæ perturbat ardor concupiscentiæ. Sic nanque de quibusdam scriptum est: Super eos cecidit ignis, & non uiderunt solem. Ardor igitur iste & præuicatorum oculis conficit, & animas consumit: quia si quid in eis bonæ affectionis supererat, contrariis motibus expugnatur, & quasi flammis appositus sensum aduiliatur. Vnde & subditur:

**Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur.**

Hoc filios Israel historialiter passos, in Iudicibus sic legimus: Cum fuisset Israel, ascendeat Madian & Amalech, & ceteri orientaliū nationum: & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta uasabant. Sed maxime in moribus nostris hoc considerandum est. Semen quippe uerbi dei, postquam diuina custodia destituti fuerimus, hostibus nobis insidiatibus, diuersis modis deperit apud nos. Aut enim priusquam germinet, de memoria tollitur: aut cum germinare cœperit, antequam radices in altum mittat, aliquarum tribulationum æstu superiecto siccat: non nunquam uero rerum quæ in mundo diligitur, sollicitudinibus infertis tãquam sentibus emergentibus, suffocatur. Hic est enim humanus sese esse. Cum semel labi cœperit homo, & ad peccandum deflexerit intentionem suam, non statim prius affectum perdit iustitiæ: sed primos lapsus suos arguens, & displicens ipse sibi, ad motionis alicuius uerbo stimulus, surgere tentat: iam tamen hostibus suo merito traditus, nisi diuinitus adiuuetur, dum surgere nititur, iterum precipitatur. Cui autem peccandi consuetudinē fecerit, paulatim incipit negligere seipsum: & tanquam multis confusus uulneribus, atque exanguis effectus, sen-

Deut. 7.

Psal. 57

Iud. 6.

Matt. 13. Mar. 4. Luca. 8.

sum etiã doloris amittit. Hinc enim scriptum est: Impius cum uenerit in profundum malorum, contemnit. Sed hic secundus gradus est, de quo paulo post tractabitur. Nunc de illo agitur, qui adhuc in incipit fluctuatione conitutus, quãquã uitij se captiuū tradiderit, primam tã libertatis suæ de proximo reminiscens, cum exhortationis semen suscepit, meliora quidẽ pponit: sed contrariis motibus raptus, aut statim proiecit quod mēte susceperat: aut si diutius in eo permanserit, æstu tentationis accedente, uerbi germen antea deperit, quod ualeat. Frustra ergo, inquit, seretis semetẽ, quæ ab hostibus deuorabitur. In mente etenim quæ præiudicium patitur suæ peruersitatis, cito germinatio consumitur propositi rectoris. Deinde subiungitur:

**Ponam faciem meam contra uos.**

Supra obedientibus sibi, Non abiiciet, inquit, uos anima mea. Nunc autem, ponam faciem meam contra uos. O comminatio metuenda. Quo enim diuinam fugietiram, cui iratus est deus? Quo ibo, inquit, à spiritu tuo? & à facie tua quo fugiam? Quid tã aliud à præceptorum illius contemptoribus sperari potuit? Sicut enim ipse diligit iustos, sic iterum psalmistã ei dicit: Odisi oēs qui operantur iniquitatẽ. [ Ponã ergo, inquit, faciem meã cõtra uos. Et corruetis coram hostibus uestris, & subijciemini his qui oderunt uos.

Superius dictum fuerat, Persequemini inimicos uestros, & corruent corã uobis. Nunc uero, Corruetis corã hostibus uestris, & subijciemini his qui oderunt uos. Sicut nanque cui deus adiutor est, omnes suos despicit inimicos: sic homo suo reatu diuino destitutus auxilio, præda hostium fit. Sequitur:

**Fugietis nemine persequente.**

Sicut iustus superius dixerat, Absque pauore habitabit in terra uestra: sic nunc contumacibus metum etiam irrationabilem minatur, dicens: [ Fugietis nemine persequente. ] Scriptum enim est: Cum sit semper timida nequitia, testimonium dat condẽnationi. Itẽ in Iob: Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrãnidis eius. Sonitus terroris semp in auribus illius. & cum pax sit, ille insidias suspicatur. Sic nõ est homini securitas sine deo, quia turris fortissima nomen domini, ad quam iustus in confugiis quasi leo confidit: pauor autem his qui operantur malum. Fugietis ergo, ait, nemine persequente. Hinc ad secundum transit gradum, quẽ paulo ante commemorauimus, quo per peccãdi assiduitatem homines in cõtemptum labuntur, & in illam mortem de qua scriptum est: A mortuo quasi qui non sit, perit confesio. Hunc igitur scriptura sic explicat, domino dicente:

Pro. 18.

Psal. 138.

Psal. 145.

Psal. 5.

Sapient. 17

Iob. 15.

Pro. 18.

Pro. 28.

Pro. 10.

Ecc. 17.

**Sin autẽ nec sic obedieritis mihi, addam correptiones uestras septuplũ propter peccata uestra: & conteram duritiã superbiam uestrã, daboq; cælum uobis desuper sicut ferrum, & terram æneam.**

Si nec sic, inquit, obedieritis mihi. Tanquam diceret: Si post multiplices lapsus nolueritis ad cor redire, & peccata uestra considerate, humiliter meum explorare auxilium, ut mea uirtute ab hostibus liberemini, ante quorum faciem antea corrueratis: si inquam in peccatis uestris non fueritis humiliati, ut suscipiam uos de uia iniquitatis uestræ, sicut scriptum est de quibusdã, qui propter iniustitias suas humiliati sunt: addam correptiones uestras septuplum propter peccata uestra, & conteram duritiã superbiam uestrã. Superbi enim inique agunt usquequaq; , quando in malis suis obstinate perseverantes, etiam post perpetrata flagitia superbiam non deponunt. Conteram ergo, ait, duritiã superbiam uestrã, addens correptiones uestras septuplum propter peccata uestra. Quod dicit septuplũ, nõ nisi augmentum quoddam ipsius uindictæ significat: uel cũ dicitur, & redde uicinis nostris septuplum in sinu eorũ: id est, maius tormentum conscientijs eorum repende, quã ipsi nostris inflixerit corporibus. Multa huiusmodi reperies, uelut cum dicitur: Qui occiderit Cain, septuplum punietur. & in Ecclesiastico, non semines, inquit, mala in sulcis iniustitiæ, & nõ metes ea in septuplum. Nec solus septenarius, sed & alij numeri aliquando sic in scripturis ponuntur: ut quia aut perfecti sunt, aut per se magni, seu ceteris quibus in ipso loco subiunguntur, maiores: nihil aliud quã rei de qua agitur, multiplicatẽm designent. Hinc est quod paulo ante tractauimus: Persequentur quinque de uestris, centum alienos: & centum de uestris, decem millia. Item in psalmo: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Id est, Multi qui tecũ iudicaturi putabatur, meritum quod habere uidebantur, sunt amissuri, si plures de his, qui ad dexteram tuam in iudicio credebantur cõstituenti. Item in Daniele: Millia millium ministrabant ei. Qua summa nihil aliud, quã multitudinem tantam quẽ humanam excederet æstimationẽ, propheta uoluit designare. Itẽ in psalmo: Currẽ decem millibus multiplex. Hæc idcirco diximus, ut quæ in hac sententiã quã tractamus, correptiones siue plagas in septuplũ addendas legerimus, nõ nisi augmentum tũ earundẽ correptionũ siue plagarũ intelligamus. Dicitur itaq;: [ Addã correptiones uestras septuplũ, daboq; cælũ uobis desuper sicut ferrum, & terrã æneam. ] Per ferrũ & æs, ni-

Psal. 106.

Psal. 78.

Ge. 4.

Ecc. 7.

Psal. 90.

Dan. 7.

Psal. 67.

hil aliud quã duritiã hic uult intelligi. Nam in Deuteronomio ubi similes peccatorum per cœnæ describitur, nõ sicut hic cælũ ferrũ, & æs terræ dedit, sed e cõuerso: Sic cælũ, inquit, quod supra te est, æneũ: & terra quã calcas, ferrea. Vñ nihil interesse indicat, cui ferrũ uel æs attribuat, cũ idẽ in utroq; designat. Cælũ ergo sacrã scripturã, terrã uero mentẽ humanã intellige. Cælũ autẽ sicut ferrũ est, & terra æneã cũ peccatoris aia frigore suã iniquitatis infensibilis reddita, ex auditu sanctæ p̄dicatiõis nullũ rorẽ concipit utilis cõpunctionis. Cũ em̄ sapientia foris p̄dicet, & late p̄ orbẽ in plateis det uocẽ suã: dñi prophetiã legit, dum euangelii recitatur: qd est qd unus audit & corrigitur, alius audies in nullo mutatur, nisi qd huic p̄ dei gratiã cælũ exhibet rorẽ suũ, ut terra illius germinet: alij uero suo merito uerbi diuini medicina subtrahit, ut (sicut supius diximus) argui se audiat & contẽnat: & somno lætali grauatus, sub increpatione diuina nihil salubris timoris cõcipiat: Quisq; sigit talis est, pro salute sua laborare contẽnt: fieri tñ non potest ut nõ labore. Hõ em̄ ad laborẽ nascit. Laborant itaq; oēs, & boni & mali: sed boni fructuosum laborẽ querunt, mali uero inutiliter laborant. Labor, ait Salomon, stultorũ affliget eos, qui nesciunt pergere in ciuitatem. Hoc quoque hic subditur:

**Consumetur in cassum labor uester: non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.**

Superius ut fructũ iustorũ ostenderet, & mores suos inuouat, & usq; ad proximos bonitatis suæ ramos ostendit: Terra, inquit, gignet germẽ suũ, & pomis arbores replebit. Nunc autem ut eorũ sterilitatem insinuet, qd telas textit araneæ, & opera eorũ opa inutilia: Consumetur, ait, in cassum labor uester: non proferet terra germẽ, nec arbores poma præbebunt. Nota qd primo gradu uastationẽ frugũ dñis cõminatus est, dicens: Frustra seretis sementẽ, quã ab hostibus deuorabitur: nunc autem tantã terræ ipsius ariditatẽ p̄nunciat & cœli siccitatẽ, ut omni humore subtracto, nec germen in terra nascatur, quod saltẽ ab hostibus deuoretur. Hic nanque processus iniquitatis est, ut postquã à iustitiæ fratu labi cœperit homo: primũ ad id quod expedit, languidius affurgat, deinde ipsam etiam bene agendi uoluntatem perdat. Sed quia mens quæ spiritualibus priuatur affectibus, non sic stupida remanet, ut non ad aliquid moueatur: sed cum naturales motus excedunt, bestiales impetus carnis succedunt, apte subinfertur:

**Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec uolueritis audire me, addam plagas uestras usq; in septuplum pro-**

Deut. 28.

Pro. 1.

Iob. 5.

Ecc. 10.

pter peccata uestra: emittatq; in uos bestias agri, quæ consumant uos & pecora uestra, ad paucitatem cuncta redigant, desertatq; sicut uia uestræ.

Ratio, propria hominis est: sensus aut corporis, cum pecoribus communes habet. Succedentibus ergo bestiis, consumuntur homines cum pecoribus, & ad paucitatem cuncta rediguntur: quia postquam mens humana uitiosis affectibus ceperit deuari, uix in cogitationibus eius aliquid relinquitur, quod rationi concordet: uix in motibus exterioribus, quod modestiam uel honestatem conferuet. Apud eos uero qui eiusmodi sunt, uia sanctæ terræ desertæ sunt: quia dum mentes nostræ contrariis motibus absorbentur, nullus est q per sanctitatis itinera gradiatur. Hos igitur homines quidam sapiens describens, & bestiis traditos, imo in bestias transformatos insinuans, ait: Euenit ut quem transformati uitis uideas, hominem æstimare non possis. Auaritia feruet, alienarum opum uiolentus eripit: lupi similem dixeris. Ferocis atque iniqui etus linguam litigijs exercet: cani comparabis. Infidiator occultus, subripuisse fraudibus gaudet: uulpeculis exæquetur. Iræ intemperas fremit: leonis animum gestare credatur. Pavidus ac fugax non metuenda formidat: cerui similis habeat. Segnis ac stupidus torpet: asinum uiuit. Fœdis immundisq; libidinibus immergitur: sordida suis uoluptate detinet. Hæ sunt bestię quæ in dei contemptores emittuntur, bestiales uidelicet affectus, quibus miserorum mentes discerpuntur. Has aut emittere dicit dominus, eo quod homines in hos labantur mores, quos se deserentes sibi ipse relinquit, & facere perhibetur quod fieri permittit. Quid autem miseris istis ad infelicitatis augmentum potest superaddi, nisi ut prauæ agentes benedicantur: & ut ipsorum oculos sua prorsus peruersitas fugiat, iniquorum fauoribus seducantur? Hinc em subiungitur:

Quod si nec uolueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoq; contra uos aduersus incedam: & percutiam uos sepius propter peccata uestra, inducatisq; sup uos gladii ultoræ fœderis mei.

Quis est iste gladius, nisi blanda & seductoria uaniloquorum adulatio: quæ dum peruersos actus nostros suis commendat laudibus, quod supererat uitalis spei, miseris subtrahit, nequando uidelicet ad se redeant: & sua exhorrentes scelera, damnare incipiant? Ab hoc gladio se petebat liberari Dauid, cum deprecaretur dominum, dicens: Qui das salutem re-

Psal. 143.

gibus, qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me: & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est uanitate. Inducam, inquit, super uos gladium ultorem fœderis mei, Hoc est quod per Apostolum dicitur, quia inmittit illis dominus spiritum seductionis, ut credant mendacio, qui non cõsenserunt ueritati. Quia uero cum iniquitates suas deserere noluit, eas quæ illi possunt defendere conatur, ad reproborum multitudines confugiunt: & eorum exempla sibi proponentes, multorum quasi autoritate quod inique agunt, tegere moluntur. Hoc est quod sequitur:

Cumq; cõfugeritis in urbes, mittam pestilentiam in medio uestri: & trademini hostium manibus, postquam confregero baculum panis uestri.

Sicut in urbibus communis conuersatio multitudinis, sic per urbes publici signantur mores eorum, qui latam & spatiosam mortis sequuntur tuam: multi enim sunt qui incedit per eam. Ad has igitur urbes cum se conferunt qui a domino recesserunt, tanquam ex multorum exemplis suæ peruersitatis patrocinium habituri, pestilentia corrumpuntur: & sibi incurrunnt perniciem, ubi suorum flagitiorum querebant defensionem. Quæ est enim pestilentia quæ mittitur in medio eorum, nisi generalis iniquitatis mutua cõsideratio: eorum autem quæ sub oculis non sunt, relatio: dum nunc per oculos, nunc per aures, infelices animæ mortem hauriunt: & sicut aere corrumpuntur corpora, sic ipsæ talibus exemplis & cõfabulationibus suis ægritudines colligunt. Et trademini, inquit, hostium manibus. Nonne & hoc antea dixerat, Corruetis coram hostibus uestri, & subijciemini his qui oderunt uos? Cur ergo repetit, quod iam fuerat comminatus? Sed nimirum aliud est, cum ad pugnam exeuntes, hostibus ad tempus cedunt, & subijciuntur eis, uirtute scilicet inferiores: aliud, cum in ipsis urbibus, ad quas ultimum habent confugium, capiti traduntur hostibus, iure deinceps perpetuo possidendi. Sic & in congressu spirituali primum cedimus hostibus, cum ad prædandum demonibus cõsentimus: postmodum urbium procuramus nobis refugium, ut ex aliena nequitia solatium capiamus. Sed ueniet dies in qua ciuitates istæ, uel potius ciuitas hæc Babylonia, quæ omnium iniquorum mater est, tradatur hostibus, ab eorum subiectione nunquam amplius reuocanda: ut quorum communicauit peccatis, subdatur etiam & tormentis. Hinc euangelica tuba commonet nos, ut consentiamus cito cum aduersario nostro, cum uerbo scilicet dei, quod nostris iniquitatibus aduersatur:

2. Thes. 2.

Mat. 7.

Mat. 5.

dum fumus cum eo in uia, id est, dum in huius uitæ transitu concordandi tempus habemus: ne forte, inquit, aduersarius tradat te iudici, & iudex tortori, & mittaris in carcerem: neq; em exies inde, donec reddas nouissimam quadrantem. Hæc igitur ultima traditio ex illa prima descendit origine, quod dum in uia fumus, cum aduersario nostro consentire ne gligimus. Cum autem uerbo dei non obtemperamus, merito nostræ inobedientiæ, panis ipsius celestis refectio fraudatur. Nullius enim reficit mentem, cuius non format a citionem. Ex hac igitur inedia cum hostibus cõgredientes, uiribus destituimur: quibus cedentes, dum subdimur uitis, perpetuis etiã tormentis addicimur. Hanc itaq; plagam ultimam cum sex intulisset, primæ illius quam sub egestatis nomine superius designauerat, memoriam fecit: ut qui hinc finem horret, ab illo principio dum potest declinet. Sic ergo cõiunxit: Trademini hostium manibus, postquam confregero baculum panis uestri. Baculum panis, quæ Iezechiel nunc uirgam panis, nunc baculum nominat, quasi sustentaculum panis intellige. Ex cibo namq; uires præbentur edentibus. Quod manifestius Isaias exposuit, cum p baculo robur panis posuit. Nolo præterire q hæc quatuor plagæ, fames & bestię, gladius & pestilentia, per Iezechiel sub hoc ordine commemoratae sunt. Sic enim ibi legitur: Factus est, inquit, sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, ut præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam, & conteram uirgam panis eius, & immittam in eam famem: & si fuerint tres uiri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Quod si & bestias pessimas induxero super terram ut uastem eam, & fuerit in uia, eo quod non sit pertransiens propter bestias: (non enim iter est uerbo dei, ubi bestiales regnant affectus) & tres uiri isti fuerint in ea, uiuo ego, dicit dñs deus, quia nec filios nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur. Vel si gladii induxero sup terram illam, & tres uiri isti fuerint in medio eius, uiuo ego, dicit dominus deus, non liberabunt filios neq; filias, sed ipsi soli liberabuntur. Si autem & pestilentiã immisero super terram illam, & Noe & Daniel & Iob fuerint in medio eius, uiuo ego, dicit dominus deus, quia non filium, non filiam liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Quia uero ista propter Iudæos dicta sunt, q de patriarcharum stirpe processerant, & eorum se filios gloriabantur, quorum mores non imitabantur: & iustum non est, ut pater filium habeat confortem salutis, quem non habuit focium sanctitatis: mox ad apostolos apostolorumq; successores sermo transit propheticus, qui cum discipulorum mores sibi cõfor-

Ieze. 14.

7. 4.

Isa. 3.

Ieze. 14.

mauerunt, a fame, bestiis, gladio, pestilentia, secum pariter eriperunt. Hos igitur sic prænunciat, dicens: Quoniam hæc dicit dominus deus, Quod si & quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem, & bestias malas & pestilentiam, misero in Ierusalem, ut inferticiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Sed iam ad propositum reuertendum est. Trademini, inquit, hostium manibus, postquam confregero baculum panis uestri. Qui baculus quæ admodum apud Iudæos cõtingendus esset, cõsequenter exponit, dicens:

Ieze. 14.

Ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, & reddat eos ad pondus: & comedetis, & non saturabimini.

Hic satis aperuit, quod quæ cunq; præmissa sunt, allegorice discutienda sunt. Hoc enim ad literam, nisi desperare uelit, nec Iudæus accipiet. Quomodo namq; in urbe obfessa, clibanorum posset esse penuria, ut non nisi in uno panes coquerentur? Neq; enim hostes qui exterius obsident, etiam clibanos qui intra muros sunt, destruere possunt. Quid etiã est, qd mulieres istæ quæ panes in obsidione parant, sic implent summam denarii, ut nec plures nec pauciores ualeant reperiri? Si enim affligendi erant peccatores panis penuria, ut quid in coquetibus numerus iste cõseruatus est? Mysterium igitur discutiamus, & horum omnium quæ dicta sunt, rationem inuenire poterimus. Decem quippe mulieres, legis doctores intelliguntur, cuncta quæ ibi scripta sunt carnaliter intelligentes, & uim dictorum suis interpretationibus eneruantes. De his uero decem mulieribus, etiam in Regum scriptum est, qd egressus rex Dauid, cum fugeret a facie Absalom, reliquit decem mulieres cõcubinas ad custodiendam domum. Ad quas ingressus est Absalom, cum uenisset Ierusalem, ut scilicet cõdaret patrem suum. Rex autem Dauid post mortem filij, cum reuersus esset in domum suam, tradidit eas in custodiam, alimeta eis præbens: & non est ingressus ad eas, sed erant clausæ usq; ad diem mortis suæ, in uiduitate uiuentes. Manus fortis quippe noster Christus dominus, cum a domo sua recessisset, sicut ipse Iudæis minatus est, dicens: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: inualescente apud illos apostata archægelo, quem speciosissimam ipse condiderat, quem quasi filium habuerat, reliquit decem mulieres ad custodiendam domum, phariseos scilicet, qui legis quidem profitebatur doctrinam, sed diuinorum præceptorum uirtutem carnalibus suis traditionibus postponabant. Qui tamen diuina dispositione populo præerant: nihil quippe in terra fa-

2. Re. 15.

2. Re. 16.

3. Re. 20.

Mat. 23.



Iob. 5.  
Iob. 34.

ne dei nunc fit, q̄ regnare facit etiā hypocritas p̄pter peccata populi. Iſtæ mulieres non maronæ, ſed concubinæ ſunt: quia non in libertatem ſpiritus, ſed in ſeruitutem carnis filios generant. Ad has igit̄ ingreſſus eſt inimicus, quia mentes illarum ſibi cōiunxit: & regi Dauid qui prius eas poſſederat, contumeliam irrogauit. Dauid autem recludit illas in cuſtodiam, quia iudicij ſui diſtinctione intra literæ anguſtias illarum coartans intelligētiam, ad ſpatioſam myſteriorum amplitudinem non educit. Quibus tñ alimenta tribuit: q̄ ut præſentem tranſigat uitam, temporales ſumptus non ſubtrahit. Ad has autem nec cum domũ reuerſurus eſt ingrediatur, ſed uiduæ permanebunt uſque ad diem mortis ſuæ: quoniam in fine cum perfido illi populo ſuæ fidei conferet gratiam, illos tamen doctores nequam ſibi coniunget, qui ad ſpiritualē legis intelligētiam non aſcendēt: ſed uiduæ permanebunt iſtæ mulieres uſq̄ ad diem mortis ſuæ, quia donec à priſtino ſenſu deſiciant, ad thori regalis coniugiũ non accedent. Hæ ſunt itaque mulieres de quibus dictum eſt, quod in uno clibano coquant panes, q̄ ſub literalitatum ſenſu ſacræ legis uerba diſcutiūt. Vt em̄ ait beatus Gregorius, mente coquimus, quicquid attentius cogitamus. Vnum igitur clibanum nouerunt, ſecundum neſciūt in quo panes multiplicentur: ſicut illi quinque q̄ in manibus domini Ieſu creuiſſe legūtur, ita ut turba ſufficeret & ſuperreſſent. In uno igitur clibano coquentes, ad pondus panes reddunt: quia hoc ſolum quod uerba ſonant, auditoribus ſuis miniſtrant. Vnde fit ut quicquid de panibus eiſdem comederit, ſaturari non poſſit. Quæ em̄ affectio uel fatuſitas homini poſſit cōferri, cum audit decerni quid de caudis arietum fiat, cui pecoris oblati pectusculũ uel armus cedat, ubi concrementur adipēs, quo ſi mus cum corio deferatur. Huiusmodi namq̄ deliramenti plena eſt lex, ſi iudaico ſenſu nihil præter literam ibi cogitetur. Non eſt ergo mirum, ſi baculus panis apud eos confractus ſit, quorum mens ueram legis intelligētiam, quæ ædificare eos poſſet, non inueniēs, icuina remanſit. Vt tamen & noſtra ſub hoc capitulo requiramus, ſicut decem leproſi euāgelici, præceptorum legalium uiolutores deliquant, ſic per decem mulieres has, uoluptates carnis quæ legi diuinæ cōtrariæ ſunt, poſſumus intelligere: quæ in uno clibano coquunt panes, dum amorē ſpiritus neſcientes, ſub feruore carnis omnes ſuas illecebras coaceruāt. Hos panes ad pondus reddunt, ad momentũ ſcilicet temporis illudentes nobis potius, q̄ paſcētes nos, ut in panibus earum nunquam ſaturitatem inueniant comedentes. Parcius ſi quidem ſolet miniſtrari, quod cum ponderis diligentia diſtribuitur. Vnde Iezechiel panis

Iob. 6.

penuriam in populo ſuo futuram prænunciāns: Comedet, ait, panem in pondere & in ſolitudine, & aquam in meſura & in anguſtia bibent. Sequitur:

Ieze. 4.

Sin autē nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis cōtra me: & ego incedam aduerſum uos in furore contrario: & corripiam uos ſeptē plagis propter peccata ueſtra, ita ut comedatis carnes filiorum ueſtrorum & filiarum ueſtrarum.

Hactenus legiſlator cum Iudæis agens, nō Iudæorum tantum, ſed omnium qui dei mandata contemnit, plagas deſcripſit: nunc ſpecialiter ad ipſos Iudæos uerba conuertit: nec iam myſtice, ſed prophetice, quas diuerſorũ regum oppreſſione propter peccata ſua clades paſſuri eſſent, prædicat. Sin autem nec per hæc, inquit, audieritis me. Sunt autem multi, qui & morũ ruinam, & futuræ damnationis cōminationem paruipendunt. Quapropter ex rebus quas diligunt, flagellandi ſunt: ut eorũ ſaltem ſubuerſionem doleant, quorum integritatem deſiderant. Quod ſi quis etiam prædicia iuxta literā uelit accipere, nō ſoſiſo nobis myſteria loquantur, ſed & Iudæos prima fronte terreat, quibus tunc temporis ſcribentur: eadem in omnibus erit ratio, ut q̄ ſpiritualia dona non ſentiebāt, ſenſibilibus flagellis attriti corrigerent. Hæc igitur ſic proſequitur legiſlator, domino loquente: ¶ Sin autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis cōtra me: & ego incedam aduerſum uos in furore contrario, & corripiam uos ſeptem plagis, p̄pter peccata ueſtra, ita ut comedatis carnes filiorum ueſtrorum & filiarũ ueſtrarũ. ¶ Furor domini non perturbatio, ſed uehemēs illius uindicta, quæ ſcelerum magnitudinem puniat, intelligenda eſt. De comedendis uero filiorum carnibus ſeu filiarum, q̄liter apud Iudæos impletum ſit, & Regum narrat hiftoria, quod ſub Eliſeo propheta mulier quæ dā in Samaria, Syris obſidentibus ciuitatem, filium ſuum comederit: & Iofephus idem factũ teſtatur in Ieruſalem, dum à principibus Romanis obſideretur. Pauca uero quæ ſcripta leguntur, ſatis innuunt, quod multa fieri potuerunt, quæ nulla ſcriptura produntur.

4. Re. 6.

Deſtruam excelsa ueſtra, & ſimulacra confringam.

Hinc arguitur eorum ſtultitia, qui in ſimulacris habebāt fiduciam: quæ cum ſeruati nō poſſent ne ſubuerterentur, utique nec cultoribus ſuis ad eſſe ualebant.

Caderis inter ruinas idolorum ueſtrorum.

Pſal. 19.

Similes, inquit, illis ſiant qui faciunt ea, & oēs qui conſidunt in eis.

Et abominabitur uos anima mea in tantum, ut urbes ueſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuarium ueſtra, nec recipiam odorem ultra ſuauiſſimum.

Quomodo ſuauiſſimus deo dicatur ſacrificiorum odor, in principio uoluminis huius, ubi de ſacrificijs agitur, diſcuſſum eſt. Maniſeſte autem hic prænunciatur, quod iam per mille annos uidemus impletum. Poſtquam à Romanis ſubuerſæ ſunt urbes eorum, ſanctuarium eorum deſerta permanferunt: & ritus ſacrificandi quo prius delectabatur deus, nō ut iſti deſipiunt, ad tēpus intermiſſus: ſed ut iſte ſapit & prædicat, ultra non eſt recipiendus. Verbes autem quæ reædificatæ ſunt, uidemus q̄d gētibus ſint traditæ: ipſi uero de terra illa periecti, & ubiq̄ gētium diſperſi, quod diuinam gratiam perdiderint, abiectione ſuæ ſeruitutis oſtendunt. Hoc eſt enim quod ſequitur:

Diſperdamq̄ terram ueſtram, & ſtupebit ſuper eam inimici ueſtri, cum habitatores illius fuerint.

Ect. 19.

Stupor inimicorum in Deuteronomio manifeſtius declaratur, cū dicitur: Et dicent oēs gentes, Quare ſic fecit dominus terræ huic? Quæ eſt hæc ira furoris eius immenſa? Et reſpondebunt, Quia dereliquerunt pactum domini quod pepigit cum patribus eorũ, quando eduxit eos de terra Aegypti, & ſeruiuerunt dijs alienis.

Vos autem diſperdam in gentes, & euaginabo poſt uos gladium.

Qui hiftorias legit, non eum latet quoties in ipſa ſua diſperſione gladijs hoſtium Iudæi traditi ſint.

Eritq̄ terra ueſtra deſerta, & ciuitates dirutæ. Tunc placebunt terræ ſabata ſua, cunctis diebus ſolitudinis ſuæ. Quando fueritis in terra hoſtili, ſabbatizabit & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eo quod non requeuerit in ſabbatis ueſtris, quando habitabatis in ea.

Terra hæc ſtolidam ſenſum nō habet, ut aliquid placere ei poſſit uel diſplicere: ſed p̄ terram, terræ habitatores intellige. Si qui enim remanſerūt de pauperibus populi poſt illud commune excidium, quia prius potētium rapinas & oppreſſiones paſſi fuerant, & uiderāt eorum ſeditiones & bella, quibus ſe mutuo tradidat, ſicut Iofephus narrate didicimus: gau-

debant cum ſub Romano imperio requies illis data eſſet, & ipſius etiam terræ ſolitudinē amplectebatur, quod ſcilicet peſſimis poſſeſſoribus eſſet nudata. Poſtquam autē & Chriſtiana religio in partibus illis, ſicut ubique terrarum, plantata eſt: tunc Iudæis in terra hoſtili peregrinātibz, ſpirituale ſabbatum ibidem obſeruari cœpit, quod in ſabbatis Iudæorum terra non uiderat: qui cum ab utili labore quieſcerent, à prauitatibus tamen ſuis q̄ eſcere neſciebant. Sequitur:

Et qui de uobis remaſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regione hoſtium.

Superius fuerat comminatus, quod poſtq̄ diſperderet eos in gentibus, gladium euaginareret poſt eos, hoſtium ſcilicet cædibus illos exponens. Nunc infert quod ſi qui remaſerint, quibus interim parcat, metus tamē urgebit eos, ne ſimilia patiant. Cuius metus magnitudinem cōſequenter exprimit, cum ſubiungit:

Terrebit eos ſonitus folij uolantis, & ita fugient quaſi gladium.

Modo illo locutionis, quæ hyperbole dicitur, quæ (ut ait quidam ſapiens) p̄ mendacium ad ueritatem tendit, non enim quantum ſonat, perſuadere intendit: hoc ſignificare uoluit, quod ad leuiſſimos quoſque motus perturbarentur: & ſub aliena poteſtate conſtituti, ſemper gladium ſibi imminere ſuſpicarentur. Tale eſt & illud, ubi Pharaon loquitur ad Iofep̄: Ego, inquit, ſum Pharaon: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Item Moyſes ad Pharaonem: Cuncti greges pergent nobiſcum, non remanebit ungula ex his, quæ neceſſaria ſunt in cultum domini dei noſtri. Sequitur:

Ge. 41.

Exo. 10.

Cadent nullo perſequentē, & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes: nemo ueſtrum inimicis audebit reſiſtere.

Cadent, id eſt, caſuiros ſe putabunt, mortē ſemper ſuſpectam habentes: etiam nullo perſequentē, id eſt, cum nullus forte de illorum cogitet læſione. Et corruent, inquit, ſinguli ſuper fratres ſuos: id eſt, à fratribz ſuis petentes auxilium, nō ſubleuabuntur: deo quippe deferente, uana eſt ſpes in homine poſita: ſed corruent ſuper eos, omnibus pariter timore concuſti, nec aduerſus inimicos ſtare audentibus. Quia uero non ſemper timor erat futurus inanis, ipſe enim paulo ante comminatus eſt, quod euaginareret gladium poſt eos, apte ſubiungitur.

Peribitis inter gentes, & hoſtilis uos

terra consumet.

Cōsumet, dictū est, non penitus absumet, sed ad paucitatē rediget. Nā quod nō essent prorsus consumendi, declaratur cū subditur: Quasi & de his aliqui remanserint, ta- bescunt iniquitatibus suis in terra ini- micorum suorum, & propter pec- cata patrum suorum & sua affligen- tur, donec confiteantur iniquitates suas & maiorum suorum, quibus pre- uaricati sunt in me, & ambulauerūt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum.

Habent Iudæi tempus pœnitentiæ: confi- teantur iniquitates suas, & misericordiam cō- sequentur. Notandum autem qd̄ contra eos qui de circumcissione manufacta gloriātur, di- citur, quod mens eorum incircumcisa sit. Vn- de satis apparet, quam circumcissionem ab ho- mine deus exigat, dum eos qui carne circum- cisi erant, incircumcisos appellat. Ad cogniti- onem uero iniquitatum suarū iam multi ex illis uenerunt: & cōsummatione temporum instante, multo plures uenturi sunt. Postquā em̄ plenitudo gentiū intrauerit, tūc ois Israel saluus fiet. Quod & Osee manifeste ppheta- uit, dicens: Dies multos sedebūt filij Israel si- ne rege, & sine principe, & sine sacrificio, & si- ne altari. Et post hæc reuertentur filij Israel, & querent dominum deum suum, & Dauid regem suum in nouissimo diebus. Isaïas quo- que, quia post cecitatē quæ in Israel facta est, adhuc speraret deum illis futurum propitiū, ostēdit ubi ait: Expectabo dominū qui ab- cōdit faciem suam à domo Iacob, & præsto- labor eum. Hoc igitur & hic subiungitur, do- mino loquente:

Tunc orabunt pro impietatibus su- is, & recordabor fœderis mei quod pepigi cum Abraam, Isaac & Iacob.

O felices meriti uiros, quorum respectu post tot generationes uenia postferis præro- gatur. Hos enim & ipse Moyses prætende- bat, dominum pro populo rogans & dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra po- pulum tuum? Quiescat quæso ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Recor- dare Abraam, Isaac & Israel seruum tuorum, quibus iurasti per te ipsum, dicens: Mul- tiplicabo semē uestrum sicut stellas cæli. Ora- bunt ergo, inquit, pro impietatibus suis, & re- cordabor fœderis mei, quod pepigi cū Abra- am, Isaac & Iacob. Atque subiunxit:

Terræ quoque memor ero, quæ cū relicta fuerit ab eis, complacebit si- bi in sabbatis suis, patiens solitudinē propter illos.

Quæ est ista terra, & cuius meriti, ut eius memoriam se dominus habiturum testetur? Terra, inquit, q̄ cum relicta fuerit ab eis, com- placebit sibi in sabbatis suis. Et quidem cum à Chaldæis captiuus populus duceretur, scri- ptum est quod de pauperibus terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ in uinitores & in agricolas. Hæc igitur intelligi potest ter- ra relicta ab eis, qui captiui ducti sunt, patiens solitudinem propter peccata eorum. Huius em̄ quāuis gratum esset quod à superborum op- pressionem quietem acceperat, & quasi sabbatizabat in eorum absentia: fieri tamen nō po- terat, ut super suæ gentis exterminio non do- leret. Huius ergo se memorem futurum do- minus pollicetur, ut scilicet eorum precibus qui in terra fuerant derelicti, natio solo ca- ptiuitatem restituat. Hinc est enim quod Da- nieli pro hoc ipso roganti, angelus qui appa- ruerat illi: Ego, inquit, ueni propter sermōes tuos: & nemo est adiutor meus, nisi Michael princeps uester, Michael quippe, ut ait beat⁹ Gregorius, eorum qui in Iudæa remanserāt, præpositus inuenitur. Vnde cum dicitur, qd̄ Michael in adiutorium prophete uenerit, in- telligitur quod eorum lachrymæ qui in Iu- dæa remanserant, preces illius adiuuerint. Si uero ad hanc ultimam Iudæorum captiuita- tem, huius capituli sententiam referamus: ter- ra derelicta ab illis, sancta intelligitur ecclesia, quæ cum in ipsis fundaretur, in radice scilicet illius oliuæ, cuius naturales ipsi rami fuerunt, fracti sunt ab ea: & recedentes, oleastro locum dederunt. Hæc enim est terra quæ aperuit os suum in confessione, & suscepit sanguinē fra- tris eorum melius loquentē quā Abel. Vn- de & ipsa informata charitatis illius exemplo qui pro impijs sanguinem fudit, pro inimicis orat, & pro populo illius infidelitate domino supplicat. Hæc terra quanquam sua multitu- dine gaudeat, dolet tamen quod in fide con- sortes illos non habeat: & quod sola ab eis re- manserit, postquam illi peccatis suis exigētibus eiecti sunt. Huius itaque terræ memor e- rit dominus, cum in fine mundi preces eius suscipiet, & populum illum incredulum, ad fidei gratiam tanquam ad paternum solum ad- mittet. Iuuabit ergo eos patrum merita, iu- uabit terra, preces uidelicet sanctæ ecclesiæ: sed & ipsi rogabunt pro se, postquam cognouerint iniquitatē suam. Inde est quod subdit: Ipsi uero rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint.

4. Re. 23.

Dan. 10.

Ro. 16.

Heb. 12.

Antequam autem ueniat tempus illud, di- uini interim est beneficij, quod in terra hosti- um positi non occiduntur, sed promissæ mi- sericordiæ referuntur. Vnde subiungitur:

At tamen etiam cum essent in terra hostili, non penitus abiecti eos: neq; sic despexi ut consumerentur, & irri- tum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorū, & recordabor fœderis mei pristini, quādo eduxi eos de terra Aegypti, ut essem deus eorum. Ego dominus deus.

Gen. 4.

Psalm. 58.

Hic est Cain ille, qui licet pro sanguine fra- terno arguatur à domino, securitatem tamē accipit quod non occidetur. Ipsa nanque ec- clesia in psalmo loquens, ostensum sibi dicit super inimicos suos ne occidat eos, ne forte antiqui illius populi memoria deleatur. Con- cludēs autem legislator omnia quæ supra tra- ctata sunt:

Hæc sunt, inquit, præcepta atque iu- dicia & leges, quas dedit dominus in- ter se & inter filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

Inter præcepta, leges atque iudicia, superi- us in capite huius ultimi libri discreuimus: re- tulimusq; præcepta ad mores, & in ceremo- nijs leges accepimus, iudicia super transgres- sores. Restat nouissimum de uotis tractatus, hac conclusione quam præmissimus, à totius uoluminis corpore sequestratus, & sequestra- tione ipsa magis commendatus.

De uotis, si quis animam suam deo sponderit. Caput II.

LEUITI- CI CAPUT XXVII.



Occutusq; ē dominus ad Moysen, dicens: Lo- quere filijs Israel, & di- ces ad eos: Homo qui uotū fecerit, & spopō- derit deo animam suam, sub æstimati- one dabit precium.

Quicquid offerat hō deo, nisi seipsum ob- tulerit, non est gratiam habiturus: & q̄ dem omnia quæ superius tradita sunt, hūc in- tendunt finem, ut homo consecratur deo, ui- tijs moriens, & iustitiæ uiuere incipiens. Cō- gruētissime igitur factum est, ut hoc ultima uoluminis exprimeret sanctio: & quasi in lu- cem proferret, quod diuersarum figurarum

præmissa series adumbrabat. Dicitur ergo: [Homo qui uotū fecerit, & sponderit deo animā suam.] In pluribus legitur hist orijs, quod dñi gentium, dæmones scilicet, quos p̄ dñs gentes colebāt, homines sibi iusserint im- molari. Pascitur enim maligni spiritus mor- tibus nostris, & gratum eis est sacrificium, cū homo sic corpore moritur, ut ad æternum in- teritum spiritus pertrahatur. Deus autē crea- tor noster, qui mortem non fecit, nec delecta- tur in perditione uiuentium, humani sangui- nis effusione non gaudet: sed quicunque effu- derit, inquit, humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Quod uero legimus, quia pre- ciosa est in conspectu domini mors sanctorū eius: preciosa apud ipsum est charitas filiorū eius, quæ pro confessione nominis ipsius con- tra impios decertātes, ut hinc illi conseruet, igni, gladijs & bestiarum moribus se expo- nunt. Nemini tamen præcepit ut occidat se, aut alteri manus iniiciat tanquam deo iusti- mam oblaturus: sed tantum si necesse fuerit, alienas manus sibi uiolenter illatas, pro pie- tate deuotus excipiat. Quod em̄ Abrax man- dauit ut filiū sibi immolaret, satis ex sine cla- ruit, quia non filij querebat necem, sed pater- næ obediētæ nobis imitandam proponebat imaginem. Pecora igitur sub sacramento tē- pori congruo uoluit sibi dominus immolari, ut per creaturam sibi subditam doceretur ho- mo, fieri non posse ut deo cōsecraretur: & spi- ritualiter uiueret, nisi carnis in eo mortificatio præcessisset. Talibus autem signis homo fue- rat instruendus, nō tamē in signa talia trans- ferendus. Qui ergo sponderit deo animā suā, qm̄ lege uictima, immolare se ipsum nō potest, iubetur ut redimat se: & quæ morte p̄ pria non expletur, saltem mortis precio uo- uentis deuotio compleatur. Hæc iuxta literā dicta sint. Spiritualiter autē qui animam suam deo uouet, absque homicidij reatu potest ex- hibere quod uouet. Hostia quippe uiuens effi- cimur, cum uitia nostra corrigentes, macta- mus quodāmodo quod \* fuimus, & incipim⁹ esse quod nō eramus, exhibentes nos deo tā- quā ex mortuis uiuentes. Hæc est animā no- stræ redemptio: quoniam uita præterita quæ in peccatis acta est, tūc à nobis redimitur, cū subsequētis iustitiæ precio compensatur. Sic- ut exhibuistis, ait Apostolus, membra uestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc ex- hibete uos seruire iustitiæ in sanctificationē. Ista ergo redemptio ab omnibus quidem qui animas suas deo spondēt, exigitur: nec tamē omnibus eadem assignatur, sed sub æstimatio- ne, inquit, dabit precium. Aestimandæ itaq; sunt singulorum uires, ut secundum quod u- niuersi uel uel sexus uel ætas patitur, pre- cij huius quantitas exigatur. Vnde & subdi- tur:

Sapient. 11.

Gen. 9.

Psalm. 115.

Gen. 22.

\* sumus

Ro. 6.

Si fuerit masculus a uicesimo anno usque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti, ad mensuram sanctuarij. Si mulier, triginta.

Inter mares & sceminas iam non semel supra distinximus, masculinam uirtutem in eis considerantes, q omnia mundi oblectamenta postponunt, qui carnalem copulam respuunt, & deo soli placere contendunt. Fceminas autem illas intelleximus, quæ sensibilibus uoluptate carere non possunt: discernunt tamen in ipsis sensibilibus, quid iuxta dei leges liceat, quid interdicitur: & ab illicitis abstinentes, in eorum quæ concessa sunt, uoluptate sapius eneruiter dissoluuntur. Aetas quoque spiritus hoc modo discernitur. Alia enim incipientium teneritudo, alia proficientium uirtus: qui in hoc quod arripuerunt, usu ipso conualescentes, uitiorum certamina iam fortiter sustinent. Tertius uero gradus est triumphantium, qui se datis motibus contrarijs, non tam fatigantur eorum molestia, quam mente mutata, ad id quod bonum est, suis affectibus rapiuntur. Prima igitur aetas quasi nouella arbutula, bonorum consilij rigatur: secunda iam radicibus altius porrectis, & robore collecto, malignorum spirituum status patitur, nec tamen frangitur: tertia sub magna spiritus tranquillitate, quasi sub serenitate aeris, sola sui fructus habertate lætatur. Hi tres profectuum articuli, ut breuiter tangam, patenter in propheta possunt distingui, ubi in aqs quæ de templo egrediebatur, se introductum commemorat: Mensus est, inquit, mille cubitos, & transfudit me per aquam usque ad talos: rursumque mensus est mille, & transfudit me per aquam usque ad genua: & mensus est mille, & transfudit me per aquam usque ad renes. Aquas nanque doctrinæ, quæ de domo dei procedunt, quia per sanctorum ora ministrantur: tunc unusquisque ingreditur, cum operari incipit quod docetur. Primum uero intrat usque ad talos, ubi competenter incipientium rudimenta signantur. Ad genua quoque illius tunc aqua istæ perueniunt, cum in præceptis iustitiæ non solum pedem ponit, sed etiam constantiq; robur acquirit. In genibus em hominis uirtus consistit. Porro tertius gradus est, cum etiam renes nostros aquæ sacræ circumluunt: in renibus siquidem uoluptas accipitur, cum non iam contra carnis impetum fortes stamus: sed ipso mitigato, carnis fastidium illecebras: & ad ea quæ sacra lex præcipit, nostras affectiones transferimus: ut dicere possumus cum psalmista, Bonum mihi lex oris tui: &, Quia tu possedisti renes meos. Nota ergo, & hæc eadē in hoc loco præstatū incrementa discerni reperies. Primum nanque articulum ponit lex, ab uno mense usque

le. 47.

Psal. 118. Psal. 138.

ad quintum annum: secundum, ab anno quinto usque ad uicesimum: tertium autem, a uicesimo usque ad sexagesimum annum. In mense luna perficit cursum suum, & per lunam uoluntas humana congrue designatur, propter inconstantiam suam: quoniam sicut scriptum est, stultus ut luna mutatur. Ex quo ergo deliberationem suam firmat homo, & plena uoluntate quasi mense consummato spondet deo seruitutem suam, iam in sortem domini computatur: & secundum suæ prouectū ætatis, fructus ab illo exigitur, quo præcedentis reatus damnatio redimatur. Porro ætatis ipsius rudimenta, intra quintum terminantur annum: quia in primis aut circa suorum sensuum, aut circa exteriorum motuum, qui alienis subiacent sensibus, custodia occupatur. Mox intestinum aduersus eum mouetur bellum: & appetitus contrarij ius exigentes antiquum, in apertum prorumpere, & quod exterius iam compositum est, perturbare nititur. Hic igitur uirtus necessaria est, ut qui nondum sedari possunt, possint saltem frenari: nec dominari permittantur, quibus nondum potest silentium imperari. Hoc est quod a quinto anno in uicesimum secundus tenditur articulus: p uicenarium quippe, bellantium ætas exprimitur, eo quod a uiginti annis & supra, filij Israel armis assignentur. Quia uero legitime certantes uictoria non fraudantur, sicut scriptum est: Resistite diabolo, & fugiet a uobis: post expulsionem uitiorum, germinatio succedit uirtutum. Sic a uicenario tenditur in sexagesimum, cum sublatis impedimentis, circa sanctos labores homo liberius occupatur. Per senarium namque, siue cum solas unitates suas, siue cum decem, siue cum ceterum multiplicat: & per sex & per sexaginta, & per sexcenta, nostrorum operum labor exprimitur. Sex enim diebus omnia deus opera sua compleuit. Ista igitur ætas quæ ab annis uiginti in sexaginta porrigitur, eo quod cæteris perfectior sit, cæteris per legislatorem preponitur. Dicitur namque: Masculus a uicesimo anno usque ad sexagesimum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarij: mulier, triginta. Post aliæ duæ subiunguntur ætates, his uerbis:

Ecc. 27.

le. 4.

A quinto anno usque ad uicesimum, masculus dabit uiginti siclos, fcemina decem. Ab uno mense usque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli, pro fcemina tres.

De diuisionibus ætatum iam diximus: de precijs uero quæ a singulis exiguntur, ex his quæ dicta sunt, facili intellectus patet. Quinquagenarius nanque qui perfectioribus imponitur, a uiginti siquidem annis usque ad se-

xaginta, masculus quinquaginta siclos dare iubetur, propter iubilei sacramentum, & quia spiritus sanctus die quinquagesimo discipulis datus est: mentis tranquillitatem significat, cum sedato uitiorum tumultu, charitas per spiritum nobis infusa, conscientias nostras pacificat. Inde est quod quinquaginta sicli isti, ad sanctuarij mensuram ponderari præcipiuntur, quæ uiginti obolos habet, est, denarium geminarum: quo numero charitas exprimitur, quæ per duo sua præcepta legem complect, & in quibus duobus præceptis uniuersa lex pedit. Quinquaginta igitur sicli ad mensuram sanctuarij, uidelicet pax quam charitas intus format, quos tam proximis quam creatori cõciliat, nõ quam cupiditas uirtutibus expulsi sibi interdum usurpat, hoc perfectorum precium est: quisquis hoc dederit, & perfectus & masculus est. Habent autem & fcemina sui generis perfectionem, cum in conuersatione seculari per logam iustitiæ consuetudinem sibi competentem, acquirunt tranquillitatem. Sed quoniam perfectio hæc a uirili illa quam præmissimus, inferior est, minore quoque numero designatur, cum triginta tantum sicli fcemina deputantur. Et in triginta tamē quædam plenitudo consideratur, eo quod triginta annis iuentutis ætas impletur. Aetati uero mediocri, quæ in certamine frequens est, sicut supra diximus, uirtus est necessaria: & uiris maior quam mulieribus, quanto & maius est quod aggrediuntur, ut nec illicitis cedant, & a licitis quibusdam abstineant. Viginti ergo siclos dare præcipiuntur uiri, qui numerus bellatores format: & mulieres decem, numerum & ipsum integrum, sed minoris summe: ut quod per sexum uirtuti deperit, ex ipsa numeri minoratione cognoscas. Et ab uno, inquit, mense usque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli, pro fcemina tres. Quinarius eadem ratione complet triginta, quæ precij quantitas perfectioribus imposita est. Quinarius igitur ac ternarius, illarum summarum quædam sunt principia: dum & quinquies decem, quinquaginta: & ter decem, triginta faciunt. Cum itaque lex quinque siclos incipientibus assignat, satis apparet quod a conuersorum rudimentis quædam tantum exigat uirtutum primordia, donec paulatim proficiendo, ad sui generis unusquisque perfectione conscendat. Hactenus laboris & operandi tempus dispositum sit: restat ut emeritis prouideatur, & eorum qui sanctis laboribus iam fracti sunt, imbecillitati parcatur. Sequitur ergo: Sexagenarius & ultra, masculus dabit quindecim siclos, fcemina decem.

Act. 2.

Mat. 22.

Mat. 20.

uit excedere. Aetate igitur fessos, & qui ad laborem minus idonei sunt, iam quidem nõ cogit laborare, sed tranfacti laboris remunerationem præcipit expectare. Spes itaque sola ab eis exigitur, ut sicut fortes in opere fuerint dum uiguit ætas: sic nunc cum iam multum laborare nõ possunt, in expectatiõne suæ mercedis inueniantur longanimes. Hoc est quod dicitur: [Sexagenarius & ultra, masculus dabit quindecim siclos, fcemina decem. Per quindecim nanque, sanctorum spes multis in locis significatur, sicut iam supra tractauimus, propter septem & octo, ex quibus idem numerus constat: & per quos sui partes tam animarum nostrarum requiem, quam corporis resurrectionem designat. Denarius etiam, si

Si pauper fuerit, & æstimatione reddere non ualebit, stabit coram sacerdote: & quantum ille æstimauerit, & uiderit eum posse reddere, tantum dabit.

Cõdescensionis dispensatio sacerdotibus credita est: sed hic iam queritur, ut fidelis & prudens inueniatur, ne aut nimij pondere rigoris inualidos opprimat, aut humanis fauoribus seruiens, dominici peculij prodigus existat.

Si quis animal aliquod uouerit. Caput III.



Animal autem quod immolari potest domino, si quis uouerit domino, sanctum erit & mutari non poterit: id est, nec melius malo, nec peius bono.

Videtur legislator ad primum illum respicere gradum, quem paulo ante inter unum mensem & quintum annum, temporis spatium terminauit. In his enim primordijs conuersationis homo positus, a modicis incipit: & nunc aliquid boni operis, nunc pro satisfactione prætorum delictorum, aliquæ carnis afflictionem deo promittit. Hoc enim est animal bonum siue malum. Congruè siquidem per animalium figuram exprimitur, quod per hoc animale corpus impletur. Malum autem

Iſa. 45.

Pro. 20.

re animal, afflictio carnis intelligitur: quod scilicet patienti moleſta ſit, non quod diuinæ legi cōtraria. Hæc ſunt quippe mala, quæ dominus per Iſaiam creare dicitur: de quibus per Salomonem ſcriptum eſt: Malum eſt, malū eſt, dicit omnis emptor: & cum receſſerit, tūc gloriabitur. Quicumque etenim per tempora les tribulationes æternam emit uitam, ad præſens moleſtum eſt illi quod patitur: ſed cum hoc quod deſiderat adeptus fuerit, tunc gloriabitur. In tātum igitur omnis apoſtaſia deo execrabilis eſt, ut quicquid ſemel ſanctificatum fuerit, non patiarur ad id quod fuerat, reuocari: ſed omnem excludens mutationem, animal quod ſibi uouet, hoc exigit: & ne aut melius malo, ſibi ſcilicet quā in uolo fuerat, carnis caſtigatio: aut peius bono, minor uidelicet quā promiſſa eſt boni operis executio, uoti locum ſuppleat, interdicit.

Quod ſi mutauerit, & ipſum & quod mutatum eſt, conſecratum erit domino.

Hoc eſt quod diximus, quicquid conſecratum fuerit, reuocari fas nō eſt: ne ſcilicet uergetur in peius, quicquid illi ſubtractū fuerit qui ſumme bonus eſt. Quia uero non ſolum boni operis executio, ſed & prauæ correptionis deo accepta eſt, apte ſubiungitur:

Animal immundum quod immolari domino non poteſt, ſi quis uouerit, adducetur ante ſacerdotem: qui diſiudicans utrum bonum an malum ſit, ſtatuet precium. Quod ſi dare uoluerit is qui offert, addet ſupra æſtimationem quintam partem.

Anguſtias hic patietur iudeus, ſi interrogetur qualiter iuxta ſuam literā recte poſſit domino uoueri, quod domino non licet offerri. Nos uero ſicut modo tetigimus, libere pronunciamus, quia de re quæ deo grata non eſt, gratum illi offerri ſacrificium, cum exterminatur & corrigitur, quod uoluntati illius erat contrarium. Sic Dauid aquam, pro cuius deſiderio milites in mortis periculum miſerat, cum accepſſet, & ſe ſuper hoc reprehēdiſſet: fundens in terram, libaſſe eam domino dicitur: quia gratum deo ſacrificium exhibitum eſt, cum inepta carnis cōcupiſcentia, ſpiritus ſeruore caſtigata eſt. Animal itaque immundum uoueri quidem poteſt, ſed niſi redemptū fuerit, ipſum per ſe placere nō poterit. Vouetur igitur, ſed redimatur: ut cuius ingrata eſt oblatio, grata poſſit eſſe redēptio. Et hoc totum quod dicimus, tale eſt: Præua actio diuinæ uoluntati contraria eſt: ſed ſi redimatur, & penitentia præcio compēſetur, hoc acceptū eſt. Quiſquis igitur hoc animal immundum

uouerit, cum ad reme diū acceſſerit, ſtabit coram ſacerdote: & de iudicio illius, præcij quæritas pendebit. Conſiderabit autem ſacerdos utrum bonum an malum ſit, & ſecundum quod uiderit, ſtatuet precium, bono amplius, malo minus. Bonum hic aut malum, ad offerētis referitur iudicium: quia cui reatus ſuus nondum diſplicet, bonū æſtimat animal quod uouet. Tanto maius ergo precium ab illo exigendū eſt, quanto melius ſua æſtimatione putat eſſe quod redimit: ut ſcilicet grauius iudicetur, quod nondum iudicare ſe nouit. Porro mali animalis redemptio minus conſtabit, ut cui malum & amarum eſt quod a deo receſſit, qui ſtēp̄ inſequitur quod commiſit, tātō magis illi ſub ſacerdotis paratur iudicio, quanto magis ſibi ipſe non parit. Quinta uero æſtimationis pars, quæ ſupra ad hūc præcipitur, quid ſignificet, longe ſuperius libro tertio diſputatum eſt. Diximus enim ibi quod conſeſſionis typum teneat, propter quinarium qui in corporis ſenſibus reperitur, eo quod per conſeſſionem mala a nobis occulte commiſſa, ſenſibus exponuntur alienis, & ad alterius notitiam produciuntur. Additur itaq; pars quinta ſuper taxatam præcij quæritatem, cum macerationem carnis per quam culpa redimitur, commendat humilitatis cōſeſſionis. Hæc autem quæ ſuper animalibus dicta ſunt, ad illam pertinent ætatem, quæ paulo ante ab uno menſe incipiens, quinto terminata eſt anno, in qua conuerſorum rudimenta nunc de laboribus ſuis deo uotum faciunt, nunc per penitentia mala redimunt quæ commiſerunt. Hinc ad ſecundum tranſitur gradum, in quo iuſtus pietatis ſpecie non contentus, conſcientia domicilia mundarum fatagit: & legem membrorum repugnantem legi mentis, expugnare contendit. Hoc eſt nanque quod ſubditur:

¶ Si quis domum ſuam uouerit.  
Caput III.



¶ Homo ſi uouerit domum ſuā, & ſanctificauerit domino, conſiderabit eam ſacerdos utrum bona an mala ſit: & iuxta quod ab eo fuerit cōſtitutum, uenundabitur.

¶ Vobis modis offenditur deus: corde, & opere: dum aut iniquitatem in corde uerſamus, aut quod male deliberatum eſt, ad effectum producimur. Quiſquis ergo deo ſpondet animā ſuā, utriq; exhibeat neceſſe eſt: ut & mentem ſuam ſanctificet, & corrigat actionē. Sed & reatus uterq; tā cordis quā opis, pari lege redimendus eſt. Sicut enim per peccatō

Leu. 14.

feritur hoſtia, ita & pro delicto. Vtriuſq; hoſtiæ lex una erit: ad ſacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Hoc ſupra legimus & tractauimus, hoc & in præſenti ſancitum agnoſcimus. Mentis enim interior habitatio priuſquam deo conſecratur, nō poteſt eſſe niſi immunda. Quod ſi immunda eſt, condemnatur utique poſſeſſore ſuum, & dignum reddit utque alienis uenundari debeat, & inimicis exponi: quibus tortoribus merito ſuo competens ſupplicij talentum, iuſtitia diuinæ perſoluatur. Cum igitur uouerit domino domum ſuam, ſtabit coram ſacerdote. & conuentus ſuper conſcientia ſua, quo precio tranſacti temporis delictum redimi oporteat, ſacerdotis iudicium expeſtabit. Ad ſacerdotem quippe hæc pertinet æſtimatio, ſicut peccati, ſic & delicti: ſicut operis, ſic & cogitationis. Conſiderabit ergo domum illius ſacerdos, utrum bona an mala ſit, ſicut de pecore immundo paulo ante diſertum eſt: & pendet utrum conſcientia ſua reatum paruipendat, aut malum reputans intimo condemnare affectu: & ſicut uiderit, ſic iudicabit. Venundabit igitur domum, id eſt, uenundandam pronūciabit, ſicut de leproſo ſuperius dictum eſt: Contaminabit eum, id eſt, contaminatum docebit. Domus quoque niſi ab illo qui uouit, redempta fuerit, iuxta ſacerdotis æſtimationem uenundabitur: & inimicis traditus homo, quali dignum ſua domus precium, dignam ſui delicti poenā exigetur. Vile eſt igitur illi, ut diuinum præueniat iudicium, & domum ſuam redimens, compleat uotum ſuum, & iuſtum pro domo ipſa ſatisfactionis precium præbeat: ne ſi nunc diſſimulauerit, mortis æternæ talentum poſtea coactus exoluat. Redemptiōnis autem hæc erit lex, ut oblationem ſua æſtimationis condici humilitate cōſeſſionis, ſicut paulo ante de pecore immundo tractatum eſt. Vnde & ſequitur:

Leu. 15.

¶ Si autem ille qui uouerit, uoluerit redimere eam: dabit quintam partem æſtimationis ſupra, & habebit domum.

¶ Si quis agrum ſuum uouerit.  
Caput V.



¶ Uod ſi agrum poſſeſſionis ſua uouerit, & conſecrauerit domino, iuxta menſuram ſementis æſtimabitur præcij. Si

triginta modiis hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis uenundetur argenti. Si ſtatim ab anno incipientis iubilei uouerit agrum, quanto ualere poteſt, tanto æſtimabitur. Sin autem poſt aliquantum temporis, ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui ſunt, numerum uſque ad iubileum, & detrahetur ex precio. Quod ſi uoluerit redimere agrum ille qui uouerat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ, & poſt ſidebit eum. Sin autem noluerit redimere, ſed alteri cui libet fuerit uenditus: ultra eum qui uouerat, redimere non poterit: quia cum iubilei uenerit dies, ſanctificatus erit domino: & poſſeſſio conſecrata, ad ius pertinet ſacerdotum.

¶ Mouet me, & quaſi quadam aſteritate perturbor in uerbis ſpiritus ſancti, quod ea quæ domino uouentur, ſtatim uenundari præcipiuntur. Si uouerit, inquit, homo domum ſuam, & ſanctificauerit domino, uenundabitur. Si agrum poſſeſſionis ſua uouerit, uenundabitur. Quid eſt quod domus aut ager cum ſanctificatus domino fuerit, ſtatim de uenditione illius agitur: quem ſi ille qui obtulerit, redimere uoluerit, nec illo quo alienus quilibet admittitur precio, ſed quintam æſtimationis partem addere iubetur? Si uero non redemerit, quid cauſæ eſt, quod per ſacerdotes uenundata poſſeſſio, aliarum uenditionum remiſſiōem amittit: ut à primo poſſeſſore ſuo qui eam obtulerat, nec ante iubileum redimi, nec in iubileo poſſit illi reſtitui? Hæcine eſt diuina manſuetudo, ut quæ illi assignantur, aſterius quā humana tractentur? Sed ſentite, inquit, de domino in bonitate: quia bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde. Perturbetur hic iudeus: nam materiā non habet perturbationis, intelligentia ueritatis. Neque enim alienum eſt à dei bonitate, ſi oſtēdat populo ſuo dura, ut fugiant à facie arcus: id eſt, ſi ad hoc in præſenti terreat eos, ut interim dum adhuc minatur, & arcus illius in ſcripturis tenſus nondum percutit, peccata aut per petrare timeant, aut redimant perpetrata: & cum iſtus uenerit, iram non ſentiant. Non fecit, inquit, taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Cum igitur per ſacerdotes domum aut agrum ſibi conſecratum uenundari iubet, oſtendimus paulo

Sapi. i.  
Pſal. 77.

Pſal. 59.

Pſal. 147.



ante uenundationem istam doctrinae esse, non fauitiae: cum doceret homo qui ad deum accedit, cuius sit meriti, quid dignus pari: cum praemonetur, ut festinet pro peccatis suis dare precium saluatori spontaneus, ne postmodum seueritate iudicantis exigatur inuitus.

Illud quoque, quod redemptori maius imponitur quam emptori, utique iustissimum est, nimirum cum ille redimat perpetuo possessurus: hic autem emat sine aliqua sua utilitate, tantum de humana perditione gaudium habiturus, praesertim cum illud crementum nunquam inuenturus sit emptor, quod superaddere iubetur redemptor. Tertium uero quod etiam in praesenti capitulo propositum est, cur scilicet redimi non possit quod per sacer dotes uenditur, nec in iubileo reuocari: terrorem nobis incutit, si intelligatur. Cogitandum quippe est, quia cum se uel sua uendiderit homo, plerumque diuino beneficio reuocatur & sibi restituitur: cum uero deus illum uendiderit, fieri non potest ut amplius reparatur. Considera, inquit Salomon, opera dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. Quod autem per sacerdotale iudicium fit, deus ipse facit, sicut scriptum est: Quodcumque ligaueris super terram, ligatum erit & in caelis. Expectatur itaque homo, ut se redimat aut sua quoadiu uiuit: qui si ante mortem redemptionem suam neglexerit, exinde uenditur alteri, nec ulterius uendito redemptionis spes ulla relinquitur. Cum enim iubilei uenerit dies, communis scilicet resurrectio beatorum, sanctificatus erit domino: quia sententia damnationis quae in illum processit, firma erit, & diuinae iustitiae reputabitur. Sicut enim omnia munda sunt mundis, sic apud dei sanctitatem etiam peccata nostra sanctificantur, cum ea sic ordinat uentur. Inde est quod supra legimus: Sanctificabor, inquit, in his qui appropinquant mihi: cum percussisset filios Aaron, qui ignem obtulerant alienum. Cum ergo iubileus uenerit, sanctificatus erit domino, quicquid per sacerdotem uenditum est: ut uidelicet per illum confirmetur, quod per istos statutum est.

Omnia quippe possessio consecrata, ad ius sacerdotum pertinet: quia de his qui intus sunt, & se deo uouerunt, ipsi iudicant: eorum autem qui foris sunt, iudicium non usurpant. Consecratarum autem possessionum ad eos pertinet ius, ut scilicet restituant eas offerentibus, si secundum quod uouerant, illas uoluerint redimere: aut certe uendant alteri, si isti reuocare suas sibi possessiones neglexerint. Quoniam igitur expedit unicuique, ut sua prius redimat, quam alienae uenditionis praetudicium patiat: iustum est ut agri huius qui propositus est, redemptionem discutiamus: & quis sit iste ager, quo uero pacto redimi debeat, inuestigemus. Si quis, ait, agrum pos-

sessionis suae uouerit, & consecrauerit domino, iuxta mensuram sementis aestimabitur precium, sicut supra in aetatum distinctione notauimus, post medium hominis statum, in quo uitiosis affectibus contrahitur, & carnis impetus debellatur: postquam pace coepta domum suam sanctificauerit homo, & cordis sui possessor extiterit, expulsionem uitiorum sequatur necesse est germinatione uirtutum. Hinc est quod etiam in hoc loco post sanctificationem domus, agri quoque sanctificatio subinfertur: quod utrumque in hominis mente considerandum est, quae & domus illi est, dum eam inhabitat: & ager, dum cultorem suum iustitiae frugibus locupletat. Quoniam autem ager iste mortis aliquando fructus protulerat, cum passiones carnis operarentur in nobis, & ex corde nostro germinatio uitiosa con-

surgeret: si quis eum consecrare uoluerit, utique redimendus est. Redemptio uero non in sola constat poenitentiae contritione, sicut paulo ante super pecore immundo & consecratione domus tractatum est, sed & in compensatione iustitiae. Inde est quod longe superius in hostijs quae pro peccato iubentur offerri, non solum hircus & capra uerum & ouis im maculata decernitur. Per Isaiam quoque dominus ostendens quod ad delendum praecedentis reatum iniquitatis, subsequenter ualeat pietas actionis: Quiescite, inquit, agere per uerse, discite bene facere, quae iuste iudicium subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite, & arguite me. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbentur. Et hic igitur precium quod agro imponitur, iustitiae magis uidentur habere typum, quam poenitentiae sacramentum. Quo precio ager iste & emitur & redimitur: emitur possessio sempiterna, & redimitur culpa transacta. Dicitur itaque: Si quis agrum possessionis suae uouerit & consecrauerit domino, iuxta mensuram sementis aestimabitur precium. Semen est uerbum dei. In hoc semine singuli habemus mensuras proprias, alius enim plus capit, alius minus. Vnicuique enim nostrum data est gratia secundum mensuram donationis CHRISTI. Attende quae si magnam mensuram huius seminis. Si talis est homini causa cum uxore sua, non expedit nubere. Quid autem responsum est discipulis hoc dicentibus? Non omnes capiunt hoc uerbum, sed quibus datum est. Magna igitur mensura est homini, ut carnalem copulam fugiat: sed non omnes capiunt hoc uerbum. Sic & illud quod cuidam dictum est, Vade, uende omnia quae habes, multum illi fuit. Tristis enim abiit, & obedire contempsit. Aestimanda est igitur agros capacitas. & quia fructus iustitiae precium ipsorum est, quo uel redimantur, uel emantur: perpendendum est, quam mensura

Ro. 7.

Leu. 3.

Isa. 1.

Luce. 8.

Eph. 4.

Mat. 19.

Ibidem.

Ibidem.

feminis ager capiat, quid bonae exhortationis homo sustineat: & hoc a singulis exigendum, quod singulorum uires non excedat. Nec omnes singulis mensurae poni potuerunt, sicut nec diuersa preciorum quantitas enumerari: sed quod de una dixit legislator, hoc & de ceteris intelligi uoluit, ut scilicet iuxta sementis modum temperaretur & precium. Sic ergo subiunxit: Si triginta modijs hordei seritur terra, quinqueaginta siclis uenundetur argenti. Quisquis illa recolit quae ante discussa sunt, facile intelligit, quid in quinqueaginta siclorum precio designare uoluerit legislator. Haec est enim summa, quae in aetate tertia perfectis imposita est. Vnde satis apparet, ad illa quae de animae uoto superius decreta fuerant, ista omnia referenda esse, quae deinceps de animalibus, de domorum agrorumque consecratione subiunxit: nec in his alia decerni, sed eadem latius & multiplicius aperiri. Quinqueaginta sicli superius in animarum suarum redemptione perfectis assignati sunt. Hic autem dicitur: Si triginta modijs hordei seritur terra, quinqueaginta siclis uenundetur. Nonne manifesta sanctionis utriusque consonantia reperitur? Quod enim in homine per aetatis tertiae plenitudinem, hoc subsequenter & in semine per numeri quantitate exprimitur. Tricenarius namque quoniam in annis humani corporis statum consummat, pro perfectione non solum hic, sed etiam ibi positus est. Nam ubi lex uiris quinqueaginta siclos in precio dedit, ibidem triginta mulieribus assignauit. Eri bi quidem cum duorum numerorum, quinqueagenarij uidelicet & tricenarij, collatio facta est, distinctam in tricenario perfectionis mensuram acceptimus: hic autem cum singulariter ponitur numerus iste, nec alius additur in eiusdem generis substantia, cui debeat comparari, neque enim sementis huius alia quantitas hic posita reperitur, absolute per tricenarium perfectionis typus exprimitur. Quod uero sementis haec non triticea, sed hordeacea commemoratur: nihil interesse uidetur, eo quod in semine uerbi dei nec hordeum desit, nec triticum: dum nunc hordei more medullam suam tenacibus figurarum integumentis inuoluit, nunc simpliciter docens, sensuum suorum uirtutem sine palaeum uelamine nobis exponit. Noua ergo lex, triticum: uetus, hordeum nobis ministrat. Hoc est hordeum de quo legimus, quoniam Absalom a facie patris exclusus ob reatum necis fraternalis, cum misisset ad Ioab & semel & iterum, & ille uenire nolisset, misit & succendit messem hordei, quae in parte agri illius erat. sicque Ioab ad se uenire coegit, quo usus internuncio, ad patris praesentiam est introductus. Ioab enim

qui interpretatur inimicus, quem nisi aduersarium illum innuit, de quo dictum est: Esto consentiens cum aduersario tuo? Hic inimicus, uidelicet sermo dei, qui nostris prauitibus aduersatur, in agri sui parte messem hordei possidet, ubi scilicet scripturarum ager suae doctrinae grana sub sacramentorum paleis abscondit: quae pars nisi per sancti spiritus ignem fuerit succensa, & in intelligentiam subtilior est assumpta, nequaquam ad nos intrabit Ioab, quia sermo diuinus nobis suorum sensuum uirtutem non exhibebit. Succensa uero segete, Ioab ad nos ingreditur: & causam nostram peragens, paternam nobis faciem ostendit. Si enim spirituales sensus scripturarum obscuritas erigatur, sapientiae suae lucem nobis infundit, quae prius absentabatur, & ad dei notitiam nos introducit. Legislator itaque triginta sementis modios commemorans, hordeum quam triticum ponere maluit, ut nec legi per sectio doctrinae deesse sciat, si lex eadem subtilius examinetur. Ager itaque mentis spiritalibus exercitijs comparandus est, ut possideamus animas nostras in perpetuum. Huius autem agri precium quantitate feminis imitatur, si in eius aestimatione, quam mensuram praceptorum caelestium uires nostrae sustineant, consideretur. Sed habenda est & temporis ratio, ut qui post utilem deliberationem prolixiora uitae huius percipit spatia, profectus sui quotidiana capiens incrementa, precium augeat: cui uero cursum suum festina mors intercipit, in precij quantitate remissio nem accipiat. Inde est quod subiungitur: Si statim ab anno incipientis iubilei uouerit agrum, quanto ualere potest, tanto aestimabitur. Sin autem post aliquantum temporis, supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui sunt, numerum usque ad iubileum, & detrahetur ex precio. Ab anno, inquit, incipientis iubilei, id est, incipientis quinqueagesimae, quam iubileus consummat, ac expectatione suae remissionis illustrat. Iubileum autem uniusquisque nostrum post hanc uitam statim inuenit, si de corpore mundus exit. Tunc enim ad hereditatem suam iustus reuertitur, sicut scriptum est: Cum dederit dilectis suis somnum, ecce haereditas domini. Cum ergo longae conceduntur induciae, priusquam ex hac uita migrare cogatur, caueat ne indultum sibi tempus amittat: sed multiplicans agri sui precium per exercitia pietatis, maiores agri ipsius expectet fructus in retributione mercedis. Quia uero nec ipsa iustitia debet esse supba, in memoriam reducit iniquitatis transactae, cui subiungitur: Quod si uoluerit redimere agrum ille quoniam rat, addet quintam partem aestimatae pecuniae & possidebit eum. ]am supra distinximus, quod

Matth. 5.

Psal. 126.

Eccl. 7.

Mat. 16.

Ti. 1.

Leu. 10.

1. Cor. 5.

2. Re. 14.

redemptio sit reatus preteriti, sicut emptio boni successuri. Quia uero in hoc loco idem est redemptor qui emptor, hic enim non emit ut perdat, sed ut possideat: super æstimatam precij quantitatem iubetur, ut quintam partem superadijciat, ut scilicet deuotioni præsentis, præcedentium quoque delictorum uel eorum quæ nec nunc uitare potest, confessionem adiungat: quoniam iustitia cum iudicio, sedis diuinae præparatio est. [Sin autem noluerit redimere, sed alteri cui libet fuerit uenditus: ultra eum qui uouerat, redimere non poterit. quia cum iubilei uenerit dies, sanctificatus erit domino: & possessio consecrata, ad ius pertinet sacerdotum.] Iuxta literam hoc est quod dicit: Si ille qui uouerat, noluerit agrum redimere, & alteri fuerit uenditus, cum iubileus uenerit, non reuertetur ad eum uenditum, sed ad sacerdotes: quoniam possessiones quæ domino consecratæ sunt, ad ius pertinent sacerdotum. Quis autem in his mysticus sit intellectus, paulo superius expositum est. Sequitur:

Psal. 88.

Si ager emptus est, & non de possessione maiorum sanctificatus fuerit domino: supputabit sacerdos iuxta annorum numerum usque ad iubileum precium, & dabit ille qui uouerat eum domino. In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum, qui uendiderat eum & habuerat in sorte possessionis suæ.

Superius cum non consecratio, sed uenditio possessionum tractaretur, intelleximus uirtutem nostram emporæ & emptoræ, diabolum: nunc autem cum ille qui agrum emit, sanctificare illum domino dicitur, non est qualiter ad diabolum hoc referatur. Restat ergo ut sicut ibi legimus, quod nonnulli seipsum contribulibus suis paupertate cogente uendiderint, & uenditionem illam utilem accepimus, cum remunerationis intuitu iuniores spiritualium patrum præceptis se subdunt: sic & in agris intelligamus, quos tunc patribus uedimus, cum propter eorum sollicitudinem nobis impensam, non solum actiones, sed etiam uoluntates nostras imperijs illorum subferimus. Ad tempus igitur empti sunt agri isti, non de possessione maiorum uel hæreditarij: quoniam in uolucres cæli & in bestias terræ data est dominatio parentibus primis: homines autem ad subiectionem hanc adduxit non natura, sed culpa: quia peccatis nostris exigentibus hoc actum est, ut opus habeamus & per alios regi, & sub alienæ iugo potestatis humiliari. Porro agros ipsos emptores huiusmodi deo sanctificant, cum nunc arguendo, nunc

Gen. 1.

2. Ti. 4.

obsecrando, nunc increpando, mores nostros diuinæ uoluntati conformant. Hoc est agrorum precium quod ipsi deo offerunt, non enim agros ipsos, sed agrorum precium dare dicuntur: quia plantare possunt & rigare, sed creatoris est incrementum prebere. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, si non incrementum dederit deus. Quia sub ipso aliquid faciunt, dei enim sunt adiutores: unusquisque, ait Apostolus, propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Agrorum itaque precium offerunt domino, iuxta annorum numerum usque ad iubileum. Usque ad iubileum enim labor eorum necessarius est: cum autem iubileus uenerit, iam non dicit amplius homo homini. Cognosce dominum, omnes nanque cognoscent eum: a maiore usque ad minorem, & erunt omnes docibiles dei. Tunc reuertetur ager ad priorem dominum qui uendiderat eum: quia tunc iustis omnibus libertas integra restituetur, quando iam non erit culpa, cui potestatis humane correctio debeat. Quia uero rebus emendis aut uendendis, siue etiam redimendis, nunc quinquaginta siclos in precio, nunc triginta, nunc decem statuerat legislator: quis siclus eorum quæ domino consecrantur, commercio debeat, generaliter subdit, dicens: Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus uiginti obolos habet.

Siclus ergo sanctuarij quod charitatis typum tenet, iam superius tractatum est. Ipse nanque denarium in obolis suis gemitur: & charitas duobus præceptis suis lege consummat. Non igitur gloriæ Cain, offerens munera de fructibus terræ suæ, non confidat hypocrisis per diem affligens carnem suam, faccū & cinerem sternens, quæ se commendat tonsa cute, detibus atris, dum uult libertas dici mera, ueræque uirtus: solo siclo sanctuarij, omnis oblatio nostra ponderatur, nec considerat deus quantum a nobis accipiat, sed ex quanto affectionibus interioribus, omni nescit actioni precium datur: & quod sine charitate fit, per nihil computatur. Quia igitur dicitur de his qui deo uouent animas suas, quod a minimis inchoandū sit: declarati etiam, qui sint perficienti gradus, qui consummatio uirtutis, quæ uel peccatorum redemptio: adhuc edocendus erat homo, ne se peruenisse ad diuinam gratiam æstimaret, & ut a domino uocaretur, sua merita præcessisse, cum manifeste contradicat ipse, dicens: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos: & Apostolus, Ut secundum electionem, inquit, propositum dei maneret, non ex opibus, sed ex uocante dicitur e non natis: Maior seruiet minori, & Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Hoc ipsum & sub horum dei huius paleis occultatur, dum subinfertur:

1. Cor. 3.

Ibidem.

Iere. 31.

Ioh. 6.

Gen. 4.

Isa. 58.

Ioh. 5.

Ro. 9.

Gen. 25.

Mal. 1.

Quod primogenita domini sunt.  
Capitulum VI.

**P**rimogenita quæ ad dominum pertinent, nemmo sanctificare poterit & uouere: siue bos siue ouis fuerit, domini sunt.

Ro. 11.

NVllus igitur dicat quod prior dederit illi, ut retribuere tibi, primogenita quæpe bouis & ouis, domini sunt: & misericordia eius præuenitur tam innocentia cordis nostri, quæ nostræ sanctitatis actionis. Ipsi ergo ascribendum est, quod ad illum conuersi sumus: quod autem ante conuersionem peruersi fuimus, corrigendum. Et hoc est quod subditur:

Quod si immundum est animal, redimet qui obrulit, iuxta æstimationem suam, & addet quintam partem precij.

Hoc totum paulo ante tractatum est, cum non de primogenitis, sed de his animalibus quæ domino uouentur, ageret lex. Differt tamen quod ibi sacerdos his quæ redimuntur, statuit precium: hic autem iuxta æstimationem offerentis redemptio fit. Hoc uero si spiritaliter intelligatur, non dissonat: quia & sacerdotis est audienda sententia, cum ad redimendam immunditiam nostræ poenitentia nobis modus imponitur: & unusquisque conuenire debet conscientiam suam, quæ sibi potissimum cognita est, & secundum æstimationem suam, dignam deo satisfactionem offerre. Sequitur: Si redimere noluerit, uendetur alteri, quantumcunque ante fuerit æstimatum.

Mat. 5.

Nota qualiter expressit, ut minari uideatur cum dicit: Vendetur alteri, quantumcunque fuerit æstimatum. Non ait simpliciter, quantum fuerit æstimatum: sed, quantumcunque fuerit. Tale est & illud in euangelio: Non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

Omne quod domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager: non uendetur, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit dominum.

Videtur legislator quasi contraria loqui. Cui enim ante & domum sanctificatam, & agrum consecratum, uendendum dixerit & redimendum: nunc quasi generaliter de omnibus de

cernit, dicens: Omne quod domino consecratur, non uendetur, nec redimi poterit. Unde datur intelligi, duo esse genera consecratorum: unum, quod sic domino sanctificabatur, ut tamen ad ius pertineret sacerdotum, & ad illorum distraheretur arbitrium: aliud, quod ipsi assignabatur deo, & quasi peculium illius reputabatur: quod iam nec uendi licebat, nec redimi, nec post dedicationem illam alio transferri. Sic puerum Samuelem domino sanctificatum legimus, non ut redimeretur, sed ut appareret in conspectu domini, & maneret ibi iugiter. Samson quoque nazareus dei dicitur est ab infantia sua, usque ad diem mortis suæ.

1. Re. 1.

Iudic. 13.

Quodcumque ergo sic domino consecratur, ut aut immolandum esset, aut in eius obsequijs perpetuo retinendum: nec redimi, nec uendi poterat, nec decretum uouentis mutari. Sic ergo forsitan literæ satisfiet. Nos uero cum ad mysterium redimus, liberum habemus exitum, omnia quæ domino consecrantur, & redimenda pronunciantes, & non redimenda. Redimuntur enim, cum per congruam satisfactionem, debitam sibi declinant damnationem. Et tamen redimi prohibentur, ne scilicet dato pro eis precio, ad iniquos usus amplius reuocentur. Neque enim fas est, ut qui deo uouit continentiam, qui uirginitatem uouit, qui terrenis possessionibus renunciauit: uotum suum reuocans, aut carnalem ineat copulam, aut diuitias repetat, & primam sponsonem aliqua facultatum suarum erogatione se componaturum confidat. Verat ergo dominus, ne sibi consecrata per eos qui uouerant, redimantur: uetat etiam, ne per sacerdotes uendantur. Vendunt quippe sacerdotes sanctificata, cum accepta mercede temporali, subiectorum peccata non redarguunt, & eorum animas diabolo deuorandas exponunt. Unde ad prophetam dominus loquitur, dicens: Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant & non dolebant: & uendebant ea, dicentes: Benedictus dominus, diuites facti sumus. Sanctitatem ergo animarum maxime amplectitur dominus: quia si defraudetur, nulla omnino redemptione placatur. Unde subiungitur: Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino.

Zach. 13.

Et omnis consecratio quæ offertur, ab homine non redimetur, sed morte morietur.

Quantum ad literam, de mundis tantum animalibus hoc intelligendum est, quæ domino uouentur: mystice uero generalis est sententia, quia omne quod domino consecratur, morte morietur necesse est, iuxta illud Apostoli: Qui autem sunt CHRISTI, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs, qui enim in carne sunt, deo placere non possunt.

Gal. 5.

Ro. 8.

Ro. 2.

Laudent igitur homines ieiunia sua, uigilias, refectiōem pauperum, uisitatiōem infirmos. sancta sunt ista omnia. sed si quis coram deo mundans conscientiam suam, uitia illius mortificat, hoc sanctum sanctorum est: cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. Quia uero dei gratia cœpit commendari, dictumque est quod ipse sanos inchoat: dicendum etiā erat, quia ipsa est quæ nos cōsummat. Inde est qd subditur:

¶ Quod omnes decimæ domini sunt.

Caput VII.



Mnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, domini sunt, & illi sanctificantur.

Psal. 98.  
Psal. 22.

Numeri sui plenitudinem denarius cōtinet. & sicut numerus idem ab uno incipit, sic in decimo consummatur. Cum igitur dominus & primogenita & decimas suas esse testatur, mystice nos docet, ab ipso esse quod ad bonum surgimus: ab ipso, si usque in finem perseveramus. Hoc est enim quod etiam Psalmissa pronunciat, dicens: Misericordia eius proueniet me: & misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Quæ tamen ipsius est, nos redimimus & nostrum facimus, si omnem curam subinferentes, gratiam illius apud nos perire non sinimus: & si humilliter confitemur, eius esse muneris, non nostræ uirtutis, si cursum nostrum sine laudabili perficiamus. Hoc ergo subiungitur:

Si quis autem uoluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum.

Sicut autem domino uirtutis est ascribenda perfectio, sic dispositiō illius uitæ nostræ consummatio relinquenda. Non est enim in hominis arbitrio, quem uitæ huius exitū forciatur: cum plures senectus paulatim deficiens uitæ subducatur, alijs infirmitas grauis uitam extorqueat, quidam ferro cæsi, quidam bestiis expoliti sunt. Quosdam consumpserunt incendia, quosdam maria submerferunt. Quia igitur nescit homo quid horum omnium sibi referretur, ad omnia debet animum præparare: & quodcūque ex his sibi prouenerit, cū gratiarum actione suscipere: sicq; diuinam

dispositionem, suam faciet oblationem. Hoc itaq; sub decimarum typo signatur, cū subinfertur:

Omniū decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris uirga trāsunt, quicquid decimum uenerit, sanctificabitur domino. Nō eligetur nec bonum, nec malum, nec altero cōmutabitur.

Bouis, ouis & capræ differentiam, in principio uoluminis huius cum de hostijs tracta remus, latius exposuimus. Cum autem dicitur, bouis, ouis & capræ, quæ sub pastoris uirga trāsunt: ad memoriam nobis reuocatur, quod si boni filij sumus, uitam istam sub paterna disciplina peragimus. Hic enim flagellat deus omnem filium quem recipit. hic lapides templi foris tunduntur, ut postmodum in structura ipsius sine securi, sine malleo collocentur. Omnes ergo qui sub uirga pastoris transeunt, quicquid sibi decimum uenerit, gratanter offerant: & mortis exitum qualiscunq; fuerit, bono animo sustinētes, suam necessitatem in mercedis retributionem conuertant. Sicut enim dictum est, non possunt eligere bonum aut malum. diuinæ quippe dispositionis ē, non electionis humanæ, ut duro uel placido sine uita terminetur. Et tamen subiungitur:

Heb. 12.

3. Re. 6.

Si quis mutauerit, & quod mutauerit, & pro quo mutatum est, sanctificabitur domino, & non redimetur.

Si quis mutauerit, id est, si quis mutari uoluerit: & morte fortassis acerba pteritus, remissius se consummari petierit, utrunque debet domino sanctificare, & ad ipsius arbitrium utrunque referre: sicut ille qui nostrā in se transferens infirmitatem, quasi mutare suam decimam uoluit, & precibus redimere, cum ait: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Sed statim post hanc mutationem, utrunque domino sanctificauit, cum subiunxit: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Ad hunc hominis finem, legislator etiam Leuitico huic finem dedit, & uolumen istud conclusit, dicens:

Mat. 26.

Mat. 14.

Luce. 22.

Hæc sunt præcepta quæ mādauit dominus Moyse ad filios Israël in monte Sinai.

FINIS.